tingit ⁊ om̃i ineſſe. hoc aũt dictũ eſt pus Quare ſi b q̇dem om̃i c. a vero om̃i b: rurſum idem fit ſylls Silr aũt ſi ad vtraſqʒ ppõnes negatio ponať cuʒ ↄtingere Dico aũt vt ſi a ↄtingit nulli b. ⁊ b nulli c Nam per ſumptas q̇dem ppõnes nullus fit ſylls. cõuerſis autẽ rurſum idem erit ⁊ qui pus Manifeſtũ eſt igiť quoniã negatiõe poſita ad minorẽ extremitatem vel ad vtraſqʒ. aut nõ ſylls aut fit q̇dem ſed nõ pfectus: ex ↄuerſione em̃ fit neccãrium. Si aũt altera q̇dem ppõnuʒ vlis. altera vero pticularis ſumať ad maiorẽ quidẽ extremitatẽ: poſita q̇dẽ vli erit ſylls pfectus Nam ſi a om̃i ↄtingit b: b ãt alicui c. ↄtingit a ãt alicui c. Hoc aũt manifeſtũ ẽ ex definitõe ↄtingentis Rurſuʒ ſi a cõtinget nulli b. b aũt continget alicui c ineſſe. neceſſe eſt a ↄtingere alicui c nõ ineſſe. demõſtratio aũt eadẽ Si aũt puatiua ſumať particularis ppoſitio: vlis aũt affirmatiua. ppoſitione ſimiliter ſe habente: vt ſi a q̇dem om̃i b ↄtingit b autẽ alicui c ↄtingit non ineſſe. per ſumptas q̇dem propõnes nõ manifeſtus fit ſillogiſmus Cõuerſa aũt particulari ⁊ poſito b alicui c cõtingere ineſſe. eadem erit ↄcluſio q̃ ⁊ pus. quẽadmodum in his qui a pncipio ſunt Si autem (que ad maiorẽ extremitatẽ eſt particularis) ſumatur: que aũt ad maiorẽ vlis. ſiue vtreqʒ affirmatiue ponanť. ſiue puatiue. ſiue nõ ſimilis figure. ſiue vtreqʒ indiffinite vel pticulares. nullo modo erit ſylls Nihil em̃ prohibet b tranſcendere a ⁊ nõ pdicari de equis In quo b tranſcẽdit a ſumať c. Huic em̃ neqʒ om̃i neqʒ nulli neqʒ alicui neqʒ nõ alicui ↄtingit a ineſſe ſi q̇dem ↄuertanť ſm ↄtingere ppõnes. ⁊ b pluribꝫ ↄtingit q̃ʒ a ineſſe Amplius aũt ex terminis manifeſtum eſt. Nam ſic ſe habentibꝫ propoſitionibꝫ continget pmum poſtremo ⁊ nulli ⁊ omni ex neceſſitate ineſſe Termini aũt cõmunes om̃i ineſſe ex neceſſitate. animal albuʒ homo. non contingere vero animal album veſtis Manifeſtum eſt quoniaʒ hoc modo ſe habentibꝫ terminis nullus fit ſillogiſmus. Nam omnis ſillogiſmus vel eius qð eſt ineſſe vel ex neceſſitate vel ↄtingere Ergo eius q̇deʒ (quod eſt ineſſe ⁊ neceſſarij manifeſtum eſt) quoniam nõ eſt Nam affirmatiuus interimit puatiuuʒ. priuatiuus quoqʒ affirmatõem Relinquiť ergo ↄtingere eſſe. hoc aũt impoſſibile Oſtenſuʒ eſt em̃ quoniam ſic ſe habentibꝫ terminis ⁊ omni poſtremo pmũ neceſſe ẽ ⁊ nulli ↄtingit ineẽ Quare nõ erit eius q̇ contingere eſt ſillogiſmꝰ Nam cõtingens nõ erat neceſſarium. Manifeſtũ aũt ⁊ qm̃ cum vniuerſales ſunt termini in cõtingentibꝫ ppõnibꝫ ſemper fit bonus ſyllogiſmus in prima figura. ſiue ſint predicatiui ſiue puatiui: verum ex pdicatiuis quidẽ pfectꝰ ex puatiuis aũt impfectus. Oportet aũt ↄtingere ſumere id nõ neceſſarijs ſed ſm dictã definitõem aliquotiens aũt latet hmõi Si autem hec q̇dem ineſſe: illa vero propoſitum cõtingere ſumatur: quandoqʒ ad maiorem quidẽ eſt extremitatem contingere ſignificauit. perfecti erunt om̃es ſyllogiſmi contingentes ſm dictam determinatõem Quando autẽ que ad minorẽ imperfecti om̃es ⁊ priuatiui ſillogiſmi nõ cõtingentis ſm determinatõem. ſed eiꝰ qð eſt nulli a non omni ex neceſſitate ineſſe ſi enim nulli aut nõ omni ex neceſſitate dicimus ↄtingere nulli ⁊ non omni ineſſe. Cõtingit em̃ a omni b: b. aũt om̃i c ponãtur ineſſe. Quoniam igiť ſub b eſt c. a aũt ↄtinget om̃i b Manifeſtũ eſt qm̃ ⁊ c om̃i ↄtinget a ineſſe. fit aũt pfectꝰ ſyllogiſmus Similiter aũt ⁊ cũ puatiua eſt a b ppoſitio. b c aũt affirmatiua. ⁊ hec quidẽ cõtingens: illa vero ineſſe ſumpta eſt: pfectus erit ſillogiſmus. qũo a cõtingit nulli c ineſſe. Quoniam ergo in eſſe poſito ad minorem extremitatẽ ſunt pfecti ſillogiſmi manifeſtum eſt. Quando aũt ↄtrarie ſe habentes erũt ſyllogiſmi per impoſſibile monſtratio Similiter aũt erit manifeſtũ ⁊ qm̃ impfecti Nãqʒ oſtenſio nõ eſt ex ſumptis ppõnibꝫ. Primũ aũt oſtendenduʒ eſt. qm̃ ſi cũ eſt a neceſſe eſt eſſe b. ⁊ cum poſſibile eſt a. poſſibile eſt eſſe b ex neceſſitate: Sit em̃ ex ſic ſe habentibꝫ terminis. vt in quo q̇dem a poſſibile: in quo aũt b impoſſibile. ſi ergo vnum ſit poſſibile cum poſſibile eſt eſſe fiet. ſi aũt impoſſibile alteruʒ. qm̃ impoſſibile eſt nõ vtiqʒ fiet. ſimul aũt ſi eſt a poſſibile ⁊ b impoſſibile. continget a fieri preter b. ſi autẽ fieri ⁊ eſſe. nam qð fit qñ factum eſt: eſt: Oportʒ aũt accipe nõ ſolum in generatione impoſſibile ⁊ poſſibile. Sʒ etiã in hoc verũ eſt eſſe ⁊ in hoc qð actu ineſt. ⁊ quocũqʒ mõ aliter dr poſſibile In om̃ibꝫ em̃ ſimiliter ſe habebit: Amplius cũ ẽ a. b eſſe nõ. qm̃ vno aliquo exiſtente a erit b. oportet opinari. Nihil em̃ eſt ex neceſſitate vno aliquo exiſtẽte ſed duobꝫ ad minus. vt quando ppõnes ſic ſe

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

habent vt dictū eſt ſm ſyllogiſmū Nā ſic de d d aūt de c ⁊ c. de c ex nccītate. ⁊ ſi poſſibile vtra ꝗ ⁊ ɔcluſio erit poſſibilis. Queādmodū ergo ſi quis ponat a quidē ꝑpōnes. b aūt ɔcluſionē accidit nō ſolum cum a nccāriū ſit. ⁊ b neceſſarium eſſe. ſ⁊ etiam poſſibili poſſibile Hoc au oſtenſo manifeſtū eſt qm̄ falſo poſito ⁊ non impoſſibili ⁊ qđ accidit ꝓpter poſitionem falſum erit ⁊ nō impoſſibile. vt ſi a quidem falſum eſt non tamen impoſſibile. Cū aut ſit a. eſt ⁊ b. ⁊ b erit falſum quidem. nō tm̄ impoſſibile. Nā oſtēſum eſt quoniā ſi cū eſt a: eſt b. ⁊ cū poſſibile eſt a. erit ⁊ b poſſibile. poſitū ē āt a poſſibile eē. et b erit poſſibile. ſi eñ impoſſibile b. idem ſimul erit poſſibile et impoſſibile

¶Queritur Utrum ex puris de ɔtingēti valeat ſyllogiſmus in pͥma ⁊ tercia figuris. ¶ Arguit pͥmo ꝙ nō. q2 nō ſequitur in barbara. oīe albū ɔtingit eſſe aſinū. omnē hominē ɔtingit eſſe albū. ğ omnē hominē cōtingit eſſe aſinū. ⁊ tñ ibi arguit in barbara. ¶ Secūdo ſic. non ſequitur. omnē hominē ɔtingit eſſe albū. omnē hominē contingit eſſe nigrū. ergo quoddā nigrum ɔtingit eſſe albū. ⁊ tñ arguit ex ambab9 de ɔtingenti in darapti. ğ ex ipſis nō valet ſyll'us in tercia figura ¶ Tercio ſic. arguendo in ceſare. ex puris de ɔtingenti eſt bona ɔña. q2 maiore cōuerſa reducitur ad celarent. ergo in ſecūda figura ex puris de ɔtingenti maiore negatiua ⁊ minore affirmatiua. fit bon9 ſyll'us. qđ eſt ɔtra phm In oppoſitū eſt phus in textu

Primo videbit de iſta formatōe ſyll'oꝝ. Ex puris de cōtingenti in pͥma figura. Et ſecūdo idem videbit in ſecūda et tercia figuris

Sciendum primo. ꝙ poſtq̃ phus pͥmiſit quedā pͥambula valentia ad formatōem ſyll'oꝝ ex ꝑpōnibus de ɔtingenti. oſtendendo ɔuerſionē illaꝝ in oppoſitaʒ qualitatē ⁊ multiplicē acceptōem ipſaruʒ. Hic ɔſequēter ꝓſequit illam formatōem ſyll'oꝝ de ɔtingenti. oſtēdens pͥmo qualiter in pͥma figura fit ſyll'us ex ambab9 de ɔtingenti ⁊ ex vna de cōtingenti ⁊ alia de ineſſe. ⁊ poſtea qūo fit ex vna de ɔtingenti cū alia de nccārio. Et tercio oñdit idem in tercia figura. ſcilicʒ quomodo valet in illis tribus diſpoſitionib9

¶Sciendū ſecūdo. ꝙ q̃uis hoc ordine procedat in textu. tñ ad faciliorē memoriā habendā de iſta formatōe ſyll'oꝝ. pͥmo dicet de formatōne ſimplici ſyll'oꝝ ex ambab9 de ɔtingenti in trib9 figuris. ⁊ hoc in pͥſenti q̄ſtione videbitur. ⁊ poſtea agetur de mixtitis ex alia de ineſſe vel ex alia de nccārio. licʒ in textu pͥus agatur de ipa mixtione. q̃ de ſimplici formatōe ſyll'oꝝ ex ambab9 de ɔtingēti in ſecūda ⁊ tercia figuris. vt dictū eſt

¶ Cōcluſio pͥma. Ex ambab9 de ɔtingenti in in pͥma figura ſi maior ſit vl'is ſemꝑ eſt bonus ſyll's Probat ɔcl'o. q2 vel ambe ſunt vl'es. vel maior tm̄. Si pͥmum vel ambe ſunt affirmatiue. vel minor tm̄. ⁊ tūc eſt bon9 ſyllogiſmus. q2 pͥmus modus fit in barbara. ſecūdus in celarent. q̄ regulant per dici de om̄ ⁊ dici de nullo Uñ ſicut maior extremitas affirmat ɔtingēter de medio diſtributo ꝓ omni illo qđ ɔtingit eſſe ſub ipō. ⁊ minor extremitas ſit ſub medio ɔtingenter. etiā maior extremitas affirmabitur ɔtingēter de minore. ⁊ ſi maior negeť de medio contingenter. ꝓ quolibet ſuppoſito eius negabiť etiā de minore. Uel ambe ſunt negatiue vel minor tm̄. ⁊ tūc nō fit ſyllogiſmus ꝑfectus ꝑ ſumptas ꝑpōnes. ſed poterit fieri neceſſarius. ɔuerſa minore in oppoſitam qualitatem. ⁊ ſi minor ſit negatiua. tunc ɔuertetur in affirmatiuam ⁊ reducetur ad barbara. Et ſi ambe ſin negatiue minor ɔuertetur ⁊ reduciť ad celarent. Et ſi maior ſit tm̄ vl'is hoc poterit fieri quadrupl'r. vel ambe ſunt affirmatiue vel minor tant tm̄. ⁊ ſic fit ſyllogiſmus ꝑfetus in darij vel in ferio. Sed ſi ambe ſint negatiue vel minor tm̄ nō fiet ſyll'us ꝑ ſumptas ꝑpōnes. ſed conuerſa minore in oppoſitam qualitatem fiet ſyllogiſmus neceſſarius. ⁊ reducitur ad darij vel ad ferio. ⁊ ſic nunq̃ valet in pͥma figura minore negatiua. niſi inq̃tum equalet vni affirmatiue. Et ſic ptʒ ꝙ ex puris de ɔtingenti tm̄ ſemꝑ valet ſyll'us in pͥma figura. ſi ambe ſint vniuerſales. vel maior. et ſic ſunt octo combinationes vtiles.

¶Concluſio ſecūda: Si ambe de contingenti ſint particulares. vel maior tm̄ nūquam valet ſyll'us in pͥma figura. ⁊ ſic ſunt octo ɔbinatōnes inutiles. Probať ɔcluſio. q2 ſi maior ſit particularis. mediū poterit excedere maiorem extremitatē ⁊ verificari de minore extremitate. ea parte qua excedit ipſam. ideo nō ſequereť verificatio maioris extremitatis de minore. ꝓpter qđ in tali diſpoſitione poterint dari termini in q̄b9 omni ⁊ in quib9 nulli. Termini in quib9 om̄i ſunt aīal. albuʒ. homo. Termini in q̄b9 nulli ſunt aīal albū veſtis

Dubitatur primo. Utrū ex ambab9 de contingenti in ſecunda figura poſſit fieri bonus ſyllogiſmus.

Ad dubiū reſpondetur cū textu ꝙ nō. q2 ambe pͥmiſſe de cōtingenti ſiue ſint affirmatiue ſiue negatiue equiualēt duab9 affirmatiuis. ſed ex puris affirmatiuis nunq̃ valet ſyllogiſmus in ſecūda figura. ergo Q3 aūt iſte ſyllogiſm9 nō valeat in ſecūda figura probat phus duplici rōne. Prima eſt. q2 tres pͥmi modi ſecūde figure reducūtur ad primam figurā per ɔuerſioneʒ vl'is negatiue. ſed vl'is negatiua de contingenti nō nccārio nō pͥt conuerti ſimpliciter vt probať in pͥſenti textu. q2 ſequereť ꝙ affirmatiua conuerteretur ſimpl'r. ğ illi modi nō poſſunt reduci ad pͥmaʒ figurā ꝑ conuerſionem. Nec poſſunt reduci ꝑ impoſſibile q2 ſi capereť oppoſitum ɔcluſionis cum altera pͥmiſſarū ſolum inferreť vna de cōtingenti. que ſtaret in veritate cū altera pͥmiſſarū. vt arguendo in ceſare hoc modo. nulluʒ album contingit calidum. omneʒ hominem cōtingit eſſe calidū. ergo nullum hominē ɔtingit eſſe albū. ſi detur contradictoria ɔſequentis. ſcʒ nō ɔtingit nullum hominē eſſe calidum. ⁊ ipſam añcederent iſte due. neceſſe eſt quēdam hominē eſſe album. ⁊ neceſſe eſt nullū hominē eſſe album tūc capiatur iſta affirmatiua ſic in ferio arguendo. nullū album ɔtingit eſſe calidū. neceſſe eſt quēdam hominē eſſe albū. ergo ɔtingit quēdam hominem nō eſſe calidum. iſta ſtat in veritate cuʒ prima minore. in qua dicebať. ɔtingit omnē hoiem eſſe calidum. Scđa rō phi. q2 in tali diſpoſitione poſſent dari termini in quib9 om̄i de nccītate. vt album aīal hō. ⁊ in quib9 nulli de neceſſitate. vt albū aīal lapis. et poſſet argui ex ipſis in quolibet modo ſecūde figure ponendo album pro medio.

¶Dubitať ſecūdo Utrū in ſecūda figura ex ambab9 de ɔtingenti ſemꝑ eſt bonus ſyllogiſmus ſi altera pͥmiſſaꝝ ſit vniuerſalis Ad dubiū reſpondeť ꝙ ſic. q2 vel ambe ſunt vl'es. ⁊ ſic ſunt quatuor ɔbinatiōes. vel maior vl'is ⁊ minor particularis. ⁊ ſic etiā erunt quatuor. vel ecōtra. ⁊ ſic iterum erūt quatuor variando penes affirmatōem ⁊ negationem. ⁊ in om̄ib9 iſtis ſi ambe ſint affirmatiue vel minor tm̄. erit bonus ſyllogiſmus in tercia figura. ſed ſi ambe ſint negatiue vel minor tm̄ erit impꝑfectus. ſed poterit ꝑfici minore ɔuerſa in oppoſitam qualitatem. ⁊ reducitur ad aliquem modum pͥme figure. ⁊ ſic in tercia figura ex ambab9 de ɔtingenti ſunt duodecim ɔbinationes vtiles. ſex ꝑfecte ⁊ ſex imperfecte. ſed in eadē tercia ex ambab9 de contingenti ſi fuerint ambe particulares nūquam fit bonus ſyllogiſmus. Patʒ q2 ibi poſſunt dari termini in quib9 maior extremitas ineſt om̄i minori de neceſſitate. vt animal homo albū. ⁊ in q̄b9 nulli de nccītate vt aīal lapis album

¶Ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ in iſto ſyllogiſmo eſt bona ɔſequentia. ⁊ ſicut cōcluſio eſt falſa ita ⁊ maior. ſcʒ om̄e albū ɔtingit eſſe aſinū. ⁊ ſm ſenſum qui hic accipiť ſenſus eſt. om̄e qđ ɔtingit eſſe albū cōtingit eſſe aſinū. ⁊ illa eſt falſa. Unde regula generalis eſt ꝙ iſta de ɔtingenti ad vtrūlibet capiendo ſm ſecūdaʒ expoſitonem. ſi ſubiectū ſit accidentale ⁊ pͥdicatuʒ ſit ſubſtātiale ſemꝑ eſt falſa. dūmodo ſit in accidentib9 cōmunib9 q̄ nō ɔtingūt ſolum tali ſubiecto ineſſe ſi ipſa ſit vl'is. q2 ſi ſit particularis poterit eſſe vera ¶ Ad ſecūdam dr. ꝙ in ſenſu ɔpoſito eſt falſa. ⁊ in iſto ſenſu nō ſeq̄tur. ſed bene ſequitur in ſenſu diuiſo ⁊ eſt vera. ¶ Ad terciam dr. ꝙ ceſare non poteſt reduci ad celarent ꝑ ɔuerſionem ſue maioris. niſi ſit ex puris de ɔtingenti. q2 vl'is de ɔtingēti negatiua nō ɔuertitur ſimpliciter. vt dictum eſt.

Determinatis aūt his inſit a omni b. b autē contingat omni c. neceſſe eſt igitur a contingere omni c ineſſe Nō eñ cōtingat b autē omni c ineſſe ponatur. Hoc aūt falſum quidem. nō tamen impoſſibile. Si ergo a quidem nō ɔtingit omni c. b aūt ineſt omni c. a nō omni b contingit: Fit eñ ſyllogiſmus per terciaʒ figuram ſed poſitum erat om̄i b a ineſſe cōtingere neceſſe eſt ergo a omni c contingere. falſo eñ poſito non impoſſibili. qđ accidit eſt nō impoſſibile eſt aūt et per primā figuram facere ſyllogiſmuʒ ponentib9 b ineſſe c. nō ſi b omni c ineſt. a autē omni b contingit. et omni c continget a. ſed poſitum eſt a nō om̄i c ineſſe Oportet aūt accipere oī ineſſe nō ſm tēpus determinantes vt nūc aut in hoc tempore ſed ſimpliciter. ꝑ hmōi eñ ꝑpoſitiones et ſyllogiſmos faciūt. quoniaʒ ſm nūc ſumpta propōne non erit ſyllogiſmus Nihil eñ fortaſſe prohibet quādoq̃ et omni mouenti hominē ineſſe. vt ſi nihil aliud moueatur niſi homo Mouens aūt omni equo contingit ſed homo nulli equo cōtingit. Amplius ſit pͥmū quidem animal mediū aūt mouēs. poſtremū vero homo Ergo propōnes quidem ſimiliter ſe habebūt Concluſio vero neceſſaria erit non contingens. Ex neceſſitate eñ homo aīal

Manifeſtum eſt igitur quoniā vniuerſale ſumendū ſimpliciter ⁊ non temporaliter determinatos. Rurſum ſi pͥuatiua ꝑpoſitio vniuerſalis a b. ⁊ ſumať a quidē nulli b ineſſe. b aūt ɔtingat om̄i c ineſſe His igitur poſitis necē eſt a ɔtingere ineſſe nulli. c. Non eñ ɔtingat. b. autem ponatur ineſſe c. ſicut pͥus. neceſſe igitur a alicui b ineſſe. Fit autem ſyllogiſmus per terciam figuraʒ. hoc aūt impoſſibile quare contingit a nulli c. Poſito eñ falſo impoſſibile ē qđ accidit. Igiť ſi ſyllogiſm9 nor eſt ɔtingentis ſm definitionem. ſed nulli ineſſe ex neceſſitate. Hec eñ eſt cōtradictio facte ypotheſis. Poſitum eſt eñ ex neceſſitate a alicui c ineſſe. Syllogiſmus autem per impoſſibile oppoſite eſt cōtradictiōis. Amplius ⁊ ex terminis manifeſtū quoniam non erit ɔcluſio ɔtingens. Sit eñ a quidem coruus. in q̄ autem b intelligens. in quo autem c homo. Nulli autem b ineſt a. nullum eñ intelligens coruus. b aūt ɔtingit omni c. omni eñ homini ineſt intelligere Sed a ex neceſſitate nulli c. Nō igitur ɔcluſio erit ɔtingēs. ſed nec nccāria ſemper. Sit eñ a quidē mouens. b aūt ſcientia in quo auteʒ c homo. ergo a quidem nulli b inerit. b autē oī c cōtingit. ⁊ nō erit ɔcluſio neceſſaria. Non eñ neceſſe eſt nullū hoiem moueri. ſed nō neceſſe eſt aliquem Manifeſtū eſt igiť quoniam ɔcluſio eſt eius quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe. ſumendum autem melius terminos. Si autē priuatiuum ponatur ad minorem extremitatē ɔtingere ſcđs ex ipſis quidem ꝑpoſitionib9 ſic ſumptis nullus erit ſyllogiſmus Conuerſa aūt ſm ɔtingens ꝑpōne erit queādmodum in priorib9. Inſit autem a omni b. b autem contingat nulli c Sic ergo habētib9 ſe terminis nihil erit neceſſariū. ſi autem ɔuertitur b c. ⁊ ſumatur b contingere c. in omni fiet ſyll'us quemadmodum prius. Sil'r autē habent termini poſitione. Eodem autem modo et cum priuatiue ſunt vtreq̃ dimenſiones. ſi a b quidem non ineſſe b. c autem nō cōtingere ſignificet. Nam per ea quidē que ſumpta ſunt nullo modo fit neceſſarium. Conuerſa aūt ſm contingens propoſitione erit ſyll'us. Sumatur eñ a q̄deʒ nulli b ineſſe. b aūt ɔtingere. nulli c. naʒ ꝑ hoc nihil neceſſariū. Si aūt ſumatur b omni c ɔtingere. qđ verū eſt a b aūt ꝑpō ſic ſe habeat. rurſus erit ſyll'us idē. Si aūt nō ineſſe ponať b oī c. ⁊ nō ɔtingere nccārium eſſe. nō erit ſyll's vllo modo. ſiue pͥuatiua ſiue affirmatiua ſit a b ꝑpoſitio. Termini aūt communes ex nccītate q̄dem ineſſe albū aīal nix non contingere aūt album aīal pix. Manifeſtū eſt igiť quoniaʒ cum vl'es ſunt termini. ⁊ hec quidem ꝑpoſitionuʒ ineſſe. illa ſo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſumaꝛ ꝯtingens. quãdoq; ad minorē extremitatem ꝯtingere ſumiꝛ ꝓpoſitio ſemper fit ſyllogiſmus. verum qñq; quidem ex ipſis. quãdoq; aũt ꝯuerſa ꝓpoſitione. quãdoq; vtrũq; horum eſt. ⁊ ob quã cãm diximus Si hec aũt q̄dē vniuerſalis. illa vero particularis ſumatur dimenſionum quãdo ad maiorem q̄dem extremitatem vniuerſalis ponitur ⁊ ꝯtingens ſiue negatiua ſit ſiue affirmatiua. particularis autē affirmatiua ⁊ ineſſe erit ſyllogiſmus ꝑfectus quēadmodum et cum vniuerſales ſunt termini Demonſtratio aũt eadem que ⁊ ꝑmo. Quando aũt vniuerſalis quidem fuerit ad maiorem extremitatem ineſſe autem ⁊ nõ ꝯtingens. altera aũt particularis ⁊ ꝯtingēs ſiue negatiua ſiue affirmatiua ponantur vtreq;. ſiue hec quidem negatiua illa vero affirmatiua in oĩbꝫ erit ſyllogiſmꝰ imperfectus. Verũ aliȷ̄ quidē ꝑ impoſſibile oſtendenꝛ Aliȷ̄ vero ꝑ ꝯuerſionem ꝯtingentis. quēadmodum in prioribꝫ Erit aũt ſyll'ꝰ per ꝯuerſionem. ⁊ quando vniuerſalis q̄dem ad maiorem extremitatem poſita ſignificauit ineſſe vel non ineſſe Particularis autem cũ ſit ꝓuatiue ſumetur ꝯtingere. vt ſi a quidem om̄i b ineſt. b autem alicui cõtingit nõ ineſſe Cõuerſa em̄ b c ſm̄ ꝯtingere fit ſyllogiſmus Quãdo aũt non ineſſe ſumetur particulariter poſita. nõ erit ſyllogiſmus. Termini quidem ineſſe. album. aĩal nix non ineſſe autē album aĩal pix. per infinitum em̄ ſumenda demonſtratio. Si autem vniuerſale quidem ponatur ad minorem extremitatem particulare aũt ad maiorē ſiue ꝓuatiuũ ſiue affirmatiuũ. ſiue ꝯtingens. ſiue ineſſe. vtrũuis nullo modo erit ſyllogiſmus. Nec cũ particulares vel indiffinite ꝓpoſitiones ſumantur ſiue contingere ſumpte ſiue ineſſe ſiue permutatim. nec ſic erit ſyllogiſmꝰ Demonſtratio autem eadem que in prioribꝫ. Termini autē communes ineſſe quidem ex neceſſitate animal album homo non cõtingere vero. animal album tunica. Manifeſtum igitur vniuerſali poſito ad maiorem extremitatem ſemper fit ſyll'ꝰ. ad minorē aũt nunq̄ȝ vllo modo

¶ Queriꝛ. Utrum in omnibꝫ modis prime figure valeat ſyllogiſmus ex mixtione de ꝯtingenti ⁊ de ineſſe ¶ Arguiꝛ ꝙ nõ. q̄ nõ ſequitur in barbara. om̄e mouens ꝯtingit eſſe aſinũ. omnis hõ moueꝛ. ergo omnem hominem ꝯtingit eē aſinũ Et ſi dicaꝛ minor nõ eſt de ineſſe ſimpliciter. ſed de ineſſe vt nũc. ideo nõ ſequitur ¶ Contra hoc arguiꝛ ſecũdo. ꝑmiſſa de ineſſe vt nũc magis ꝯuenit cũ illa de ꝯtingenti q̄ȝ premiſſa de ineſſe ſimpl'r. ergo ex hoc magis debet ſequi ꝯcluſio qñ poniꝛ premiſſa de ineſſe vt nũc q̄ȝ qñ de ieſſe ſimpliciter ¶ Tercio ſic. ſi in tali mixtione valeret ſyllogiſmus. vel ſequeretur ꝯcluſio de ꝯtingenti ad vtrũlibet. vel de contingenti neceſſario. Nõ primũ. q̄ datur inſtantia. vt nullus intelligens eſt coruꝰ. omnem hominē ꝯtingit eſſe coruũ. ergo nullum hominē ꝯtingit eſſe intelligentē. iſta eſt de ꝯtingenti nccãrio ⁊ non de ꝯtingenti nõ neceſſario ſiue ad vtrũlibet. Nec ſecũdum arguendo ſic. nullũ ſciens moueꝛ. omnē hominē ꝯtingit eſſe ſcientem. ergo nullũ hominē ꝯtingit moueri. illa eſt de cõtingenti nõ neceſſario. ergo in tali diſpõne non ſequiꝛ vniformiter aliq̄ ꝯcl'o In oppoſitum eſt phs in textu

¶ Sciendũ primo. ꝙ poſtq̄ȝ viſum eſt de formatõe ſyll'oꝝ ex ambabꝫ de ꝯtingēti in oĩ figura. Cõſequenꝛ videndũ eſt de formatõe ſyllogiſmoꝝ ex vna de ꝯtingenti ⁊ alia de ineſſe.

¶ Sciēdum ſecũdo. pro iſta formatione ſunt tria ſupponēda. Primũ ē ꝙ in tali mixtione in ꝑmiſſis ſemꝑ debet capi ꝯtingens ad vtrũlibet ſiue nõ nccãrium. licet in ꝯcluſione qñq; ſumaꝛ aliter. ſcȝ pro ꝯtingenti poſſibili. vt poſtea patebit. Secũdũ eſt ꝙ illa de ꝯtingenti debet capi in illo ſenſu ꝙ ꝑdicatũ ꝯtingat illi cui ſubiectuȝ ineſt ⁊ in tali ſenſu ꝙ ꝑdicatũ ꝯtigat illi cui ſubiectũ ꝯtingat ineſſe. ita ꝙ in ea ſubiectũ debet capi ꝓ ſuppoſitis in actu tm̄ Terciũ eſt ꝙ illa ꝑmiſſa q̄ poniꝛ de ineſſe dȝ ſumi de ineſſe ſimpl'r. q̄ ſi poneret de ieſſe vt nũc poſſent dari termini de nccitate in q̄bꝫ omni ⁊ in quibꝫ nulli.

¶ Concluſio prima. Ex maiore de cõtingēti ⁊ miore de ineē in ꝑma figura fit ſyll'ꝰ ꝑfectꝰ valēs ad ꝯcluſionē de ꝯtingenti ad vtrũlibet. Probaꝛ ꝯcl'o. q̄ illo mõ ſyll'i affirmatiui regulanꝛ ꝑ dici de oĩ. ſi em̄ maior extremitas ꝯtingit ineſſe medio diſtributo ꝓ quolibet ſuppoſito eius etiã ineſt ꝯtingenter minori q̄ eſt ſuppoſitum mediȷ̄. Et negatiui ſil'r ꝓbanꝛ per dici de nullo. Sil'r ex maiore de ineſſe ⁊ minore de ꝯtingēti fit ſyll'ꝰ imꝑfectus in ꝑma figura. Primũ ꝓbat phs ꝑmo oſtendendo ꝙ ſi añs ē poſſibile ꝯñs erit poſſibile. Nam ſi añs eſſet poſſibile ⁊ cõſequēs impoſſibile añs poſſet aliq̄n eſſe verũ cũ eſſet poſſibile ⁊ tñ ꝯñs ſemꝑ erit falſum. cũ eſſet impoſſibile. g̊ in bona ꝯña qñq; ex vo falſum ſeq̄reꝛ. Tũc ꝓbaꝛ q̄d dem̄ eſt q̄ bene ſeq̄tur oē b eſt a. om̄e c ꝯtingit eſſe b. g̊ om̄e c. ꝯtingit eſſe a. Nã ſi capiaꝛ ꝯtradictoriũ ꝯcl'onis ſcȝ neceē ē q̄dã c nõ eſſe a. cũ minore poſita ineſſe vt nũc ſeq̄tur ꝯtradictoriũ maioris in bocardo. ⁊ illud eſt impoſſibile. ⁊ nõ ſeq̄tur ꝓpter minorē poſitã ineſſe. q̄ erat poſſibilis. ⁊ ex añte poſſibili non ſeq̄tur ꝯñs impoſſibile. g̊ illud ſeq̄baꝛ ꝓpter oppoſitũ ꝯtradictoriũ ꝯcl'onis q̄d nõ p̄t ſtare in veritate cũ ꝑmiſſis. ſed repugnat añti. Poſſet etiã ꝓbari ponendo minorē de ineſſe. q̄ illo facto ſi oppoſitũ ꝑme ꝯcl'onis ſtaret in ꝟitate cũ ꝑmiſſis due ꝯtradictorie ſtarent ſimul in ꝟitate. vt pȝ i terminis ſcatiuis. omis hõ eſt aĩal. oē albũ ꝯtingit eſſe hoiem. g̊ oē albũ ꝯtingit eſſe aĩal. ſi oppoſituȝ ꝯñtis. ſcȝ neceē eſt q̄ddã albũ nõ eē aĩal ſtaret in ꝟitate cũ ꝑmiſſis ⁊ poneret minor ineſſe dicendo oē albũ eſt hõ. ſeq̄reꝛ oē albũ eſſe aĩal. ad quã ſeq̄tur oē albũ ꝯtingit eē aĩal q̄ eſt ꝯtradictoria alterius. Et eodē mõ ꝓbarenꝛ aliȷ̄ modi ꝑme figure. Secũda ꝑs pȝ. ſcȝ ꝙ iſti ſyll'i ſint imperfecti q̄ indigent aliquo ad ſui ꝓbatõem. vt viſum eſt. nec imediate regulanꝛ ꝑ dici de oĩ aut dici de nullo. q̄ minor non ſumitur ſimpliciter in actu ſub medio. ſed in potētia ⁊ cõtingenter. ſed affirmatiui ſyllogiſmi regulãtur ꝑ illud ꝑncipium qñcũq; aliqua duo ſunt eadem ſimpliciter. tũc q̄cquid ꝯtingit eſſe ſub vno ꝯtingit eſſe ſub alio. ⁊ negatiui ꝑ illud ꝑncipiũ qñcunq; aliqua duo diuerſa ſunt ſimpliciter quicq̄d ꝯtingit eſſe ſub vno poſſibile eſt nõ eē ſub alio

¶ Concluſio ſecũda. Poſita maiore de ineſſe et minore de ꝯtingenti in prima figura ſolũ ſequiꝛ ꝯcl'o de ꝯtingenti accepto ꝓ poſſibili formaliter et nõ de contingenti ad vtrũlibet. ꝓbatur ꝯcluſio illud formaliter ſequiꝛ in aliq̄ diſpõne q̄d ſemꝑ ſequiꝛ ſȝ in hac diſpõne qñq; ſequiꝛ ꝯcluſio de contingenti nccãrio qñq; de nõ neceſſario. vt patet in tertia rõne añ oppoſitũ. g̊ nulla illarũ ſequiꝛ formaliter ſed ſolũ ſequiꝛ cõcluſio de ꝯtingenti ꝓ poſſibili accepto ideo illa dȝ ſequi formaliter et nunq̄ȝ p̄t ſequi ꝯcluſio de ineē. q̄ qñ ſubiectũ et predicatũ ꝓpõis idē ſunt ſimpliciter q̄cq̄d cõtigit eſſe ſub vno ſcȝ ſub ſubiecto poſſibile eſt eē ſub predicato ⁊ valet iſta diſpõ ſiue ambe ſint affirmatiue vel negatiue q̄ ſi minor ſit negatiua de contingenti ꝯuertiꝛ in oppoſitã qualitatē et tũc fiet bonus ſyll'ꝰ iõ hoc mõ ſtȝ octo cõbinatõnes vtiles ſcȝ qñ ambe ꝑmiſſe ſunt vl'es vl' maior tm̄. et ſunt octo inutiles qñ ambe ſunt ꝑticulares vel maior tm̄. ſed ex maiore de ꝯtingenti et miore de ineſſe ſunt quatuor cõbinationes vtiles et duodecim inutiles

Dubitaꝛ primo. Utrum ex oĩbus modis ſcđe figure valeat ſyll'ꝰ in mixtione de ꝯtingenti et de ineſſe. Ad dubiũ rñr. ꝙ in ſecũda figura ex vna de ꝯtingenti ⁊ alia de ineſſe ſꝑ valet ſyll'ꝰ ſi maior ſit vl'is et alia que eſt de ineſſe ſit negatiua ſed nũq̄ȝ valet ſi illa de ineē ſit affirmatiua. ꝑma ꝑs poſſet ꝓbari inductiue. q̄ nõ eſt dare inſtantiam. Secũda ꝑs ꝓbaꝛ. q̄ cũ vna de cõtingēti ſꝑ equipolleat vni affirmatiue ſiue ſit affirmatiua ſiue negatiua ibi argueret equiualēter ex puris affirmatiuis Ex quo patet ꝙ in ceſare maiore exiſtente de ineſſe ⁊ minore de ꝯtingenti ⁊ in cameſtres minore exiſtente de ineē et maiore in feſtino fit bonus ſyll'ꝰ. et ꝓbanꝛ iſti ſyllogiſmi reducendo ipõs ad primã figuram Et per ꝯuerſionem vl'is negatiue in baroco miore exiſtēte de ineē ⁊ maiore de ꝯtingenti eſt bonus ſyll'ꝰ ⁊ poſſet probari ꝑ impoſſibile capiendo cõtradictoriũ ꝯcluſionis ꝓ maiore poſita ineē inferendo oppoſitũ minoris in barbara Ulterius pȝ ꝙ in iſta mixtione ſcđe figure bñ ſequiꝛ ꝯcluſio de cõtingenti accepto ꝓ poſſibili q̄ ſolũ valet ſyll'ꝰ qñ illa de ineſſe eſt negatiua ⁊ q̄ fit maior in ꝑma figura poſita maiore de ineē ſolũ ſeq̄baꝛ ꝯcluſio de ꝯtigēti poſſibili. g̊ etiã ſolũ ſequeꝛ eadē ꝯcluſio in ſecũda figura

¶ Dubitatur ſecundo. q̃uo valet iſta mixtio de ꝯtingenti ⁊ de ineē in tertia figura. Ad dubiũ rñr ꝙ in tertia figura ex vna de ineē ⁊ alia de ꝯtingēti ſꝑ eſt bonꝰ ſyll'ꝰ ſi altera ꝑmiſſaꝝ ſit vl'is ⁊ mior nõ ſit negatiua de ineē. Probaꝛ reducēdo ad primã figurã ꝑ ꝯuerſionē excepto q̄nto mõ q̄ ꝓbaꝛ reducēdo ꝑ ipoſſibile Cũ dr̄ñter q̄ ſi illa q̄ fit maior in prima figura reducēdo ꝑ ꝯuerſionē ſit de ꝯtingenti ⁊ alia de ineſſe ſequiꝛ ꝯcluſio de ꝯtingenti ad vtrũlibet. ſȝ ſi illa q̄ fit maior ſit de ineē ſeq̄tur ꝯcluſio de ꝯtingēti poſſibili Et ſic poſſet faciliter videri inductiue in ſingulis mõis tertie figure qñ ſequiꝛ concluſio de ꝯtingenti ad vtrũlibet. ⁊ qñ de ꝯtingēti poſſibili et oĩa iſta faciliter ꝓbarenꝛ ꝑ exempla Ex oĩbꝫ iſtis dictis pȝ ꝙ in oĩbꝫ modis ⁊ figuris p̄t fieri bonus ſyllogiſmus ex vna de ꝯtingenti et alia de ineſſe

¶ Ad rõnes Ad ꝑmã et ſcđam q̄ eſt eius replica dȝ ꝙ ſi in ꝑmiſſa de ꝯtingēti ſubiectũ ſumereꝛ ꝓ ſuppoſitis in poña tũc illa de ineē vt nũc magis ꝯueniret cũ ipa q̄ȝ ꝓpõ de ineē ſimpl'r q̄ ꝑ illã de ineē vt nũc ſubſumiꝛ ſuppoſitũ ꝑ accñs q̄d ē ſub ſubiecto qñq; i actu ⁊ qñq; in potētia tm̄ ſȝ ꝑ illã de ineē ſimpl'r ſubſumiꝛ ſuppoſituȝ ꝑ ſe q̄d eſt ſꝑ actu ſub medio ſȝ qñ in illa de ꝯtingēti ſubiectũ teneꝛ ꝓ ſuppoſitis in actu illa de ineē ſimpl'r magis ꝯuenit cũ ꝑmiſſis de ꝯtingenti. et lȝ mior q̄ ē de ineē. vt nũc eq̄polleat vni de ꝯtingēti ſm̄ rē. tñ ſm̄ modũ enũciandi nõ eq̄pollet iõ nõ oȝ ꝙ ſeq̄ꝛ ꝯcl'o de ꝯtigēti Ad tertiã dȝ ꝙ ex maiore de ineē ⁊ miore de ꝯtingēti in ꝑma figura nõ ſequiꝛ formal'r ꝯcl'o de ꝯtigēti ad vtrũlibet neq; de ꝯtingenti nccãrio. ſed tm̄ de ꝯtingenti poſſibili q̄d eſt cõmune ad vtrũlibet ſicut dictum eſt.

Uãdo ãt hec q̄dē ꝓpoſitionũ ex neceſſitate ineē vel nõ ineē. illa vero ꝯtingere ſignificat Syllogiſmꝰ q̄dē erit hoc modo ſe habētibꝫ terminis. ⁊ ꝑfectus qñ ad minorē extremitatē ponetur nccãriũ. Cõcluſio ãt ſi et priuatiui ſint termini cõtingētis et nõ ineē erit. ſiue vl'r ſiue nõ vl'r ponãtur. Si ãt ſit hic q̄dem affirmatiuus. ille vero priuatiuus qñ fuerit affirmatiuus neceſſarius ꝯtingentis erit cõcluſio ⁊ nõ eius qui eſt nõ eē. Qñ ãt ꝓuatiuus contingentis nõ ineē ſiue vl'es ſiue nõ vl'es ſtȝ termini. Cõtingere aũt in ꝯcluſione eodeȝ mõ accipiendũ eſt quo modo in prioribus Eius ãt q̄d eſt ex nccitate nõ ineſſe. nõ erit ſillogiſmus. Aliud ei eſt nõ ex nccitate ineē ⁊ ex neceſſitate nõ ineē. Qm̄ igiꝛ vl'ibꝫ exñtibꝫ t'minis affirmatiuis nõ erit ꝯcl'o nccãria manifeſtũ. Inſit ei oĩ b a ex nccitate. b ãt ꝯtigat oĩ c Erit igiꝛ ipfectꝰ ſyllogiſmꝰ qm̄ a ꝯtingit oĩ c ineē Qm̄ ãt ipfectus ex demõſtratõe palã Eodē ãt mõ oſtendetur quo et in prioribꝫ Rurſum a q̄dē ꝯtingat oĩ b ineē. b ãt c. inſit ex nccitate. erit itaq; ſyll'ꝰ. qm̄ a q̄dē ꝯtingit om̄i c ineē: ſȝ nõ qm̄ ineſt ⁊ ꝑfectꝰ eſt: ſed nõ ipfectꝰ. ſtatim ei ꝑficiꝛ ꝑ ꝓpõnes ex ꝑncipio. Si ãt nõ ſil'is figure ſunt ꝓpõnes. ſit primũ ꝓuatiua nccãria. et a quidē ꝯtingat nulli b ex nccitate. b aũt ꝯtingat om̄i c: neceē ē igiꝛ a nulli c. ineſſe. ponaꝛ em̄ ineē aut oĩ aut alicui poſitũ eſt ãt a ꝯtingere nulli b. Qm̄ ergo ꝯuertitur ꝓuatiua: et b nulli a ꝯtingit. a ãt poſituȝ eſt ineē c. aut oĩ aut alicui. quare nulli aut nõ oĩ c. cõtingit b ineē. ſȝ inerat oĩ ex ꝑncipio Manifeſtũ eſt ãt qm̄ et eiꝰ q̄d eſt ꝯtingere nõ ineē fit ſyllogiſmꝰ ſiq̄dē nõ ineē Rurſuȝ ſit affirmatiua ꝓpõ nccãria. et a q̄dē ꝯtingat nulli b ineē. b aũt inſit om̄i c ex neceſſitate Syll'ꝰ q̄dē erit ꝑfectꝰ. ſȝ nõ eiꝰ q̄d eſt nõ eē. ſȝ q̄d eſt ꝯtingere nõ ineſſe Nã et ꝓpõ ſic ſumpta eſt q̄ ad maiorē extremitateȝ et ad impoſſibile nõ eſt ducere. Nam ſi ponaꝛ a ineſſe vlli c. poſitum eſt añt. ⁊ a nulli b ꝯtingere ineſſe. nihil accidit ꝑ hoc impoſſibile. Si ãt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad minorem extremitatem priuatiuū ponatur qn̄ cōtingere q̄dem ſignificauerit ſyllogiſmus erit ꝑ ꝯuerſionem queadmodum in prioribus. qn̄ autem nō contingere nō erit ex neceſſitate. nec quando vtraqꝫ quidem ponitur priuatiua. non ſit aūt contingens quod eſt ad minorem Termini autem ineſſe quidē albū animal nix. nō ineſſe quidem album animal pix. Eodem aūt modo ſe habebit et in ꝑticularibus ſyllogiſmis. quando em̄ fuerit priuatiua neceſſaria. et cōcluſio erit nō ineſſe. vt ſi q̄dem a contingit nulli b ex neceſſitate ineſſe. b aūt alicui c. ꝯtingat ineſſe. neceſſe eſt alicui a eorū (que ſunt c) nō ineſſe Si em̄ omī ineſt. contingit aūt a nulli b. ⁊ nulli a contingit b ineſſe. Quare ſi omī c. ineē a. nulli c. ꝯtingit b. ſed poſitum erat alicui contingere. Quando aūt ꝑticularis affirmatiua neceſſaria fuerit q̄ in priuatiuo ē ſyllogiſmo vt b. c. aut vniuerſalis in affirmatiua. vt a b. nō erit ineſſe ſyllogiſmus. Demonſtratio aūt eadē que et in priorib⁹ Si āt vl'e q̄dē ponaꝛ ad minorē extremitatē. vel affirmatiuū vel ꝓuatiuū ꝯtingēs. ꝑticulare āt nccāriū non erit ſyll's. Termini āt ineē q̄dē ex nccitate. aial albū hō. Nō ꝯtingere aūt. animal albū tunica. Quando autem vniuerſale q̄dem ſit neceſſariū. ꝑticulare aūt cōtingens cum priuatiuū quidem eſt vniuerſale. Ineſſe quidem termini. aial albū coruus. Non aūt ineſſe aial albū pix. Cū āt affirmatiuū vniuerſale. Termini ineſſe. animal albū cignus. Non cōtingere. animal albū nix. Neqꝫ quando indiffinite ſumūtur propoſitiones. aut vtraqꝫ ꝑticulares non erit ſyllogiſmus ſic. Termini aūt cōmunes ineſſe q̄dem. animal albū homo Non ineſſe aūt aial album inanimatum Item animal albū alicui et albū inanimato alicui. et neceſſariū eſt ineſſe et non contingit ineſſe. et in ꝯtingēti ſimiliter Quare ad oīa vtiles ſt̄ termini. Manifeſtum eſt ergo ex his que dicta ſunt qm̄ ſil'r habentibus ſe terminis in eo qđ quidem eſt ineſſe ⁊ in neceſſarijs. fit et nō ſyllogiſmus. verū ſm̄ ineē quidē priuatiua ꝓpōne poſita. eius (qđ eſt ꝯtingere) erit ſyll'us. Scđm nccāriū aūt priuatiua poſita. et ꝯtingere et nō ineē. Palā aūt eſt et qm̄ oēs ipfecti ſylli. ⁊ qm̄ ꝑficiunꝛ ꝑ p̄dcās figuras. In ſecūda aūt figura qn̄ ꝯtingentes quidē ſumunꝛ vtraqꝫ ꝓpōes. null⁹ erit ſyll's. ſiue affirmatiue ſiue priuatiue. ſiue vniuerſaliter ſiue ꝑticulariter Quādo āt hec quidē ineſſe. illa vero ꝯtingere ſcat affirmatiua ineē ſcante. nunq̄ erit. Priuatiua autem vniuerſali ſemꝑ eſt Eodem aūt modo et quando propoſitionū hec ex neceſſitate illa contingere aſſumitur. Oporteret aūt et de his accipe qđ in ꝯcluſionib⁹ ꝯtingit queadmodum in ꝓorib⁹. Primū igiꝛ oſtēdēdū. qm̄ nō ꝯuertiꝛ in ꝯtingere ꝓuatiua. vt ſi a ꝯtingit nulli b: nō necē eſt ⁊ b ꝯtingere nulli a. ponaꝛ em̄ hoc et ꝯtingat b nulli a ineſſe Ergo qm̄ ꝯuertūtur. q̄ ſunt in eo qđ eſt cōtingere affirmatōes negatōib⁹. ⁊ ꝯtrarie ⁊ ꝯtraiacētes. b āt ꝯtingit nulli a ineē Manifeſtū eſt qm̄ et oī a ꝯtinget b ineē. hoc aūt falſum eſt. nō eī ſi hoc huic oī contingit. ⁊ hoc huic nccāriū Quare nō ꝯuertitur ꝓuatiua. Amplius āt nihil ꝓhibet a q̄dē ꝯtingere nulli b. b āt alicui nō ineē ex nccitate. vt albū quidē ꝯtingit oī hoī nō ineē. nā ⁊ ineē hoīem nō āt ver̄ ē dicere qm̄ cōtingit nulli albo. plurib⁹ eī ex nccitate nō ineſt. nccāriū aūt non erat ꝯtingens. ſʒ nec ex impoſſibili oñdeꝛ ꝯuertēs vt ſi q̄s ꝓbet quoniā falſuʒ eſt b ꝯtingere nulli a ineē. ver̄ nō ꝯtingere nulli affirmatio et negatio. Si āt hoc verum ē ex nccitate alicui a ineē b. quare et a alicui b. hoc āt ipoſſibile. nō eī ſi a nō ꝯtingit nulli b. necē eſt alicui ineſſe. nā non contingere nulli diciꝛ dupliciter. hoc q̄dē ſi alicui ineſt ex nccitate. illud vero ſi ex nccitate alicui nō ineſt. nā qđ ex nccitate alicui eor̄ q̄ ſunt a nō ineē b. nō eſt verū dicere. qm̄ oī ꝯtingit nō ineē: queadmodū nec qđ alicui ineē ex nccitate qm̄ oī cōtingit ineē. Si ergo aliq̄s ꝓbet qm̄ nō cōtingit c oī d ineſſe ex nccitate alicui nō ineē ipm Falſum ſumet oī nō ineē Sʒ qm̄ in quibuſdam ex nccitate ineē. ꝓpter hoc dicimus nō oī ꝯtingere Quare eī q̄ eſt cōtingere omī ineſſe et ea q̄ ex nccitate alicui ineſſe opponitur ⁊ ea q̄ alicui ex nccitate nō ineē. Sil'r aūt ⁊ eī q̄ eſt cōtingere nulli. palā ergo qm̄ ad ſic contingens ⁊ nō contingēs. vt in principio definiuimus nō ex neceſſitate alicui ineē ſumēdū. Hoc aſſumpto nihil accidit impoſſibile. quare nō fit ſyllogiſm⁹ Manifeſtum ergo ex his que dicta ſunt. qm̄ nō cōuertitur priuatiua. Hoc aūt oſtēſo ponatur a b quidem cōtingere nulli. c vero omni per conuerſionē. ergo nō fit ſyllogiſm⁹. Dictū eſt em̄. qm̄ nō cōuertitur huiuſmodi propoſitio Sʒ nec per impoſſibile. nā poſito b omni c. cōtingere ineſſe nihil accidit falſum. Cōtinget enim a et omni et nulli c ineſſe omnino autē ſi ē ſyllogiſm⁹. Palā qm̄ cōtingētis erit. eo ꝙ neutra ꝓpoſitionum ſumpta eſt in eo ꝙ eſt ineē et hic vel affirmatiuus vel negatiuus Neutro āt mō poſſibile eſt. affirmatiuo em̄ poſito oſten-

detur ꝑ terminos. qm̄ nō cōtingit eē priuatio aūt qm̄ ꝯcluſio nō ꝯtingit ſʒ nccāria ē ſit eī a q̄dē albū. b aūt hō. in quo aūt c equus. ergo a albuʒ ꝯtingit huic q̄dē oī. illi vero nulli ineē. ſʒ b neqꝫ ineē ꝯtingit c neqꝫ nō ineē. Qm̄ igiꝛ ineſſe non poſſibile eſt manifeſtū Nullus em̄ equus hō ſʒ neqꝫ ꝯtingere nō ineſſe Necē eſt eī nullū equuʒ hoīem eē. Neceſſariū aūt nō erat cōtingēs. nō igiꝛ fit ſyllogiſm⁹ Sil'r aūt oſtendeꝛ ⁊ ſi ecōuerſo ponaꝛ priuatiua. ⁊ ſi vtraqꝫ affirmatiue ponātur vl' priuatiue. nā ꝑ eoſdē terminos erit demōſtratio: Et qn̄ hec q̄dē vl'is. illa vero ꝑticularis vl' vtraqꝫ ꝑticulares vl' indiffinite. aut quolibet modo aliter ꝯtingit ꝑmutari ꝓpōes. ſꝑ eī erit ꝑ eoſdē terminos demonſtratio Manifeſtū eſt ergo qm̄ vtriſqꝫ ꝓpōnib⁹ ſm̄ ꝯtingere poſitis null⁹ fit ſyll'us Si aūt altera q̄dē ineē. altera vero ꝯtingere ſcat. priuatiua q̄dē ineē poſita priuatiua vero cōtingere. nunq̄ erit ſyllogiſm⁹. ſiue vl'r ſiue ꝑticulariter ſumanꝛ termini. Demonſtratio āt eadē ⁊ ꝑ eoſdē terminos. Qn̄ aūt affirmatiua q̄dē ꝯtingere. ꝓuatiua v̄o ineſſe erit ſyllogiſmus ſumaꝛ eī a b q̄dē nulli ineē. c v̄o oī ꝯtingere Cōuerſa eī ꝓuatiua. b inerit nulli a āt oī c: ꝯtingebat. Fit ergo ſyllogiſm⁹ qn̄ b ꝯtingit nulli c ꝑ ꝓmā figurā. Sil'r āt ⁊ ſi a c ponatur ꝓuatiā. ſi āt vtraqꝫ ſint ꝓuatiue. ſcet āt hec q̄dē ineē: illa vero ꝯtingere. ꝑ ea q̄dē q̄ ſumpta ſunt nihil accidit nccāriū Cōuerſa aūt ꝯtingere ꝓpōne fit ſyll's qm̄ b cōtingit nulli c ineē. queadmodū in ꝓorib⁹. erit em̄ rurſum in ꝓma figura. Si āt vtraqꝫ ponanꝛ priuatiue nō erit ſyll's Termini ineē q̄dē. ſanitas aial hō. Nō ineſſe aūt. ſanitas equ⁹ hō. Eodē āt mō ſe habebit et in ꝑticularib⁹ ſyll'is Qn̄ eī affirmatiue erit ineē ſiue vl'r ſiue ꝑticulariꝛ ſumpta. nullus erit ſyll's Hoc āt ſil'r ⁊ ꝑ eoſdē t̄mios dm̄raꝛ. q̄b⁹ prius. Qn̄ āt ꝓuatiua erit ꝑ cōuerſionē. queadmodū in ꝓorib⁹ Rurſuʒ ſi ambe q̄dē dimēſiones ꝓuatiue ſumāꝛ. vl'r āt q̄ eſt nō ineē ex ipis q̄dē ꝓpoſitōib⁹ nō erit nccāriū Cōuerſa āt cōtingēti erit ſicut in ꝓorib⁹ ſyll's Si āt nō ineē quidē ſit priuatiua ꝑticularis aūt ſumpta nō erit ſyll's. neqꝫ ꝓuatiua neqꝫ p̄dicatiua exiſtente altera ꝓpōne Nec qn̄ vtraqꝫ ponūtur indiffinite: vl' affirmatiue vl' negatiue vl' ꝑticulares Demōſtratio āt eadē ꝑ eoſdē t̄minos. Si aūt hec q̄dē ꝓpoſitionū ex nccitate. illa v̄o ꝯtingere ſcat ꝓuatiua quidē nccāria. erit ſyll's. Nō ſolū qm̄ contingit nō ineſſe. ſʒ qm̄ nō ineē. affirmatiua aūt nō erit. Ponaꝛ āt a q̄dē nulli b ineē ex nccitate. c. āt oī contingere. Cōuerſa ergo priuatiua ⁊ b nulli a inerit. a aūt omī c cōtingebat Fit igiꝛ rurſus ꝑ primā figurā ſyll's. qm̄ b cōtingit nulli c ineē Sil'r āt manifeſtū qm̄ nō ineſt b nulli c. ponaꝛ em̄ ineſſe. ergo ſi a cōtingit nulli b. b aūt ineē alicui c. a alicui c nō ꝯtingit. ſʒ oī ponebaꝛ ꝯtingere Eodē em̄ mō oſtēdiꝛ ⁊ ſi ad c ponaꝛ ꝓuatiuū Rurſuʒ ſi priuatiua quidē neceſſaria. altera āt contingens. et a b. quidē contingat nulli. c. aūt inſit oī ex neceſſitate. ſic ergo ſe habentib⁹ terminis. nulllus erit ſyll's. Accidit eī b nō ineſſe c ex nccitate Sit eī a q̄dē albū in quo aūt b hōi in quo āt q̄dē c cignus. Ergo albuʒ quidē cigno ex nccitate ineē. hoī āt ꝯtingit nulli: ⁊ hō cigno ex nccitate nulli. Qm̄ igitur ei⁹ qđ eſt cōtingere nō eſt ſyll's manifeſtuʒ eſt. nā ex neceſſitate nō erat contingēs. ſed neqꝫ neceſſarij: nam neceſſariū aut vtriſqꝫ neceſſarijs. aut ex priuatiua contingebat. Amplius autē et poſſibile eſt his poſitis b ineſſe ex neceſſitate eſt. nihil em̄ prohibet c quidē ſub b eſſe a aūt b quidē oī cōtingere. c autem ex neceſſitate ineſſe. vt ſi c. quidem ſit vigilans. b autē animal. in quo autem a motus. Nam vigilanti quidem ex neceſſitate ineſt motus animali aūt omī cōtingit moueri. ⁊ omē vigilans animal. Manifeſtum ergo qm̄ nec eius quod eſt in non eſſe. ſi quidē ſic ſe habentibus neceſſe eſt ineſſe. neqꝫ aūt oppoſitarum dictionū. Quare nullus erit ſyllogiſm⁹ Sil'r āt oñdeꝛ ⁊ e conuerſo poſita affirmatiua. ſi aūt ſil'is figure ſint ꝓpōnes cum ſint priuatiue ſemper fit ſyllogiſmus. conuerſa ſm̄ ꝯtingere ꝓpoſitione queadmodū in priorib⁹ Sumatur em̄ a. b ex neceſſitate non ineſſe c. c. aūt cōtingere non in eſſe. Conuerſis ergo ꝓpoſitionibus. b quidē nulli a ineſt: a vero omni c contingit. Fit igitur ꝓma figura. ⁊ ſi ad c. ponatur priuatiuum ſimiliter. Si aūt priuatiue ponantur non erit ſyllogiſmus. Nam eius quod eſt non ineſſe. aut eius quod ex nccitate non ineſſe manifeſtum qm̄ non erit. eo ꝙ nō ſumpta ſit priuatiua propoſitio. neqꝫ in eo quod ineē eſt neqꝫ in eo qđ ex nccitate ineſſe. Sʒ neqꝫ eius quod eſt contingere non eſſe. Ex neceſſitate enim ſic ſe habentibus. b non inerit c. vt ſi a quideʒ ponatur album. in quo aūt b. cignus. in quo auteʒ c hō. neqꝫ em̄ oppoſitarū affirmationū. quoniā

oſtenſum eſt.b.ex neceſſitate nõ ineſſe c.nõ ergo fit ſyllogiſmus oĩno. Silr̃ aũt ſe habebit et in ꝑticularibꝰ ſyllogiſmis Qñ eñ fuerit priuatiua ⁊ vl'is ⁊ nccãria ſꝑ erit ſyllogiſmus ⁊ eiꝰ qꝺ ẽ ɔtingere ⁊ eiꝰ qꝺ ẽ non ineſſe. demrãtio ãt et ꝑ ɔuerſionẽ. qñ ãt affirmatiua nunq̃. Eodẽ aũt modo oñdet̃ quo et vniuerſalibꝰ ⁊ ꝑ eoſdez termĩos. nec qñ vtreq̃ ſumunt̃ affirmatiẽ. Nã et huius eadẽ demõſtratio q̃ ⁊ prius. Qñ autẽ vtreq̃ q̇dẽ priuatiue vniuerſalis aũt ⁊ neceſſaria q̃ non ineſſe ſignificat ꝑ eadẽ q̇dẽ q̃ ſumpta ſunt nõ erit nccãriũ. Conuerſa ãt ſc̄m cõtingere ꝓpõem erit ſyllogiſmꝰ queãdmodũ in priorибꝰ ſi aũt vtreq̃ indiffinite vl' ꝑticulares ponãt̃ nõ erit ſyllogiſmꝰ Demõſtratio aũt eadẽ ⁊ ꝑ eoſdẽ terminos manifeſtũ eſt ex p̄dictis. qm̃ ꝓuatiua quidẽ vniuerſali poſita nccãria ſꝑ fit ſyllogiſmꝰ nõ ſolum eius qꝺ eſt nõ ineſſe ɔtingere ſꝫ ⁊ nõ ineſſe affirmatiua aũt nunq̃. Eodẽ quoq̃ mõ ſe habẽtibꝰ ⁊ in nccãrijs ⁊ in his q̃ inſunt ſyll's fit et nõ fit. palam etiam qm̃ oẽs imꝑfecti ſyllogiſmi et qm̃ ꝑficiunt̃ ꝑ predictas figuras In poſtrema aũt figura et vtriſq̃ ɔtingẽtibꝰ ⁊ altera erit ſyllogiſmus. Qm̃ ḡ cõtingere ſignificant ꝓpões ⁊ concluſio erit ɔtingẽs. ⁊ quãdo hec quidẽ ɔtingere. illa vero ineſſe quando ãt altera quidẽ ponitur nccãria. ſi affirmatiua quidez non erit cõcluſio neq̃ nccãria neq̃ ineẽ ſi aũt priuatiua non ineẽ erit ſillogiſmus queẽadmodũ in prioribꝰ. Eſt aũt accipiẽdũ ⁊ in his ſilr̃ quod in concluſionibꝰ contingẽs. Sint aũt primũ contingẽtes ⁊.a.⁊ b.cõtingãt om̃i c ineẽ. Qm̃ ergo ɔuertit̃ affirmatiua vniuerſalis ꝑticulariter b aũt om̃i c ɔtingit ⁊ c alicui b continget quare ſi a quidẽ oĩ cõtingit c aũt alicui b et a alicui b continget fit eĩ ꝓma figura Et ſi a q̇dẽ ɔtingit nulli c. ineſſe b. aũt om̃i c. nccẽ eſt a. alicui b. ɔtingere nõ ineẽ. Erit eñ rurſuz prima figura ꝑ ɔuerſionẽ Si aũt vtreq̃ priuatiue poſite ſint ex his quidẽ (q̃ ſumpta ſunt) nõ erit neceſſariũ Cõuerſis aũt propoſitõibꝰ erit ſillogiſmus queẽadmodũ in prioribꝰ. Si eñ a.et b cõtingat c. nõ ineſſe. ſi tranſmutat̃ cõtingẽs ineẽ rurſus erit per conuerſionẽ prima figura Si ãt hic quidẽ terminorũ eſt vl'is. ille vero particularis eodẽ modo habentibus ſe terminis quo ineẽ. et erit ⁊ nõ erit ſyll's Cõtingit eñ a quidẽ om̃i c b aũt alicui c ineſſe: rurſum erit prima figura particulari propõne conuerſa. Nam ſi a om̃i c. c autẽ alicui b. a. alicui b. contingeт. et ſi ad. b. c. ponatur vniuerſale ſimiliter. ſimiliter aũt et ſi a c. quidem priuatiua ſit b.c. autem affirmatiua. erit rurſum prima figura per conuerſionem. Si aũt vtreq̃ priuatiue poſite ſint hec quidem vniuerſalis. illa vero ꝑticularis ꝑ ea q̃ ſumpta ſunt non erit ſillogiſmꝰ conuerſis autẽ erit queẽadmodũ in prioribus. Qñ autẽ vtreq̃ infinite vel particulares ſumunt̃ non erit ſyllogiſmus. Eſt eñ neceſſe. a om̃i et nulli b.. ineſſe Termini ineſſe. animal hõ albũ nõ ineſſe q̇dẽ equꝰ hõ albũ. mediũ albũ Si aũt hec q̇dẽ ꝓpoſitionũ ineẽ: illa vero ɔtingere ſignificet concluſio quidẽ erit. qm̃ ɔtingit ⁊ non qm̃ ineſt ſyllogiſmꝰ aũt erit eodem mõ ſe habẽtibꝰ termĩs quo et in prioribꝰ. ſint eñ primũ priuatiue a. q̇dem om̃i c inſit b. aũt om̃i cõtingat ineẽ. Conuerſa ergo b c. erit prima figura et cõcluſio qm̃ contingit a alicui b. ineſſe. Cum eñ altera propoſitionũ in prima figura ſignificet cõtingere et ɔcluſio erit contingens. ſimiliter aũt ⁊ ſi b c. quidẽ ineẽ. a c. aũt ɔtingere: et ſi a: c. q̇dẽ priuatiua b c aũt priuatiua. inſit aũt alterutra vtriq̃. ɔtingẽs erit concluſio. Fit eñ rurſum prima figura. Oſtenſum eſt aũt ſi altera propoſitio ſignificet contingere. in ip̃a eñ figura ⁊ cõcluſio erit ɔtingens. ſi aũt cotingens priuatiua ponatur ad minorẽ extremitatẽ. vl' ſi vtraq̃ ſumatur priuatiua ꝑ ea q̇dẽ (q̃ poſita ſunt) non erit ſillogiſmus. ɔuerſis aũt erit queẽadmodũ in ꝓoribꝰ Si aũt hec quidẽ ꝓpõnuz ſit vl'is. illa vero ꝑticularis. vtreq̃ q̇dẽ ꝓuatiua aut vl'is q̇dẽ ꝓuatiua ꝑticulari affirmatiua idẽ modus erit ſillogiſmoꝝ Oẽs eñ claudunt̃ per primã figurã. quare manifeſtũ eſt ɔtingere quoniã eius (qꝺ eſt et non ineſſe) erit ſyllogiſmus. ſi aũt affirmatiua quidez vl'is priuatiua ꝑticularis per ĩpoſſibile erit demõſtratio Inſit eñ b. q̇dẽ oĩ c a aũt ɔtingit alicui c. nõ ineſſe. Neceſſe eſt igitur a contingere alicui. b. non ineſſe. nam ſi omni b. ineſt a. ex neceſſitate. b. autem omni. c. poſitum eſt ineſſe a autem omni c: ex neceſſitate inerit. Hoc eñ oſtenſuz eſt prius. ſed poſitũ eſt alicui ɔtingere non ineſſe. Quãdo aũt indiffinite vel particulares ſumuntur vtreq̃ non erit ſillogiſmus. Demonſtratio autem que in vniuerſalibus ⁊ ꝑ eoſdẽ terminos Si aũt ẽ hec q̇dẽ ꝓpoſitionũ nccãria illa vero ɔtingẽs. ſi ꝓuatiui q̇dẽ ſint termini ſemꝑ eius qꝺ eſt cõtingere erit

ſyllogiſmus. Quãdo aũt fuerit hic q̇dẽ predicatiuus: ille vero priuatiuus. ſi ſit affirmatiuus q̇dem neceſſarius eius qꝺ eſt ɔtingere nõ ineſſe ſolũ. ſi aũt priuatiuus et eius quod eſt contingere non ineſſe. eius aũt qꝺ ex neceſſitate nõ ineſſe non erit ſyllogiſmus. ſicut nec in alijs figuris. Sint aũt ꝓuatiui termini primũ ⁊ a q̇dez om̃i c. inſit ex nccitate. b aũt oĩ c. ɔtingit ineẽ. Qm̃ ergo a. oĩ c neceſſario ineſt. c aũt alicui b. ɔtingit. et a alicui b cõtingẽs erit ⁊ nõ ineẽ. ſicut eñ accidit in prima figura. Silr̃ aũt oſtenditur et ſi b c quidem ponat̃ nccãria. a. c. ãt cõtingens. Rurſum ſit hoc q̇dẽ p̄dicatm̃. illud vero priuatiuũ. neceſſariũ aũt priuatiuũ et a quidem ɔtingat nulli c ineſſe. b aũt oĩ inſit ex neceſſitate. Erit ergo rurſum prima figura. Nã ꝓuatiua ꝓpõ ɔtingere ſ͡cat. Manifeſtuz eſt igitur quoniã ɔcluſio erit cõtingẽs. Cũ eñ propoſitiones ĩ prima figura ſic ſe habeãt et ɔcluſio erat ɔtigẽs. ſi aũt priuatiua ꝓpõ ſit neceſſaria ɔcl'o erit. Et quoniã alicui ɔtingit nõ ineſſe. ⁊ quoniã nõ ineſt. Ponat̃ eĩ a. nõ ineẽ c. ex nccitate b ãt oĩ ɔtigere. Cõuerſa ḡ b. c affirmatiua ꝓma erit figura ⁊ nccãria ꝓpõ ꝓuatiã Cũ ãt ſic ſe habeãt ꝓpoſitões accidebat a. ⁊ ɔtingere nõ ineẽ alicui c et nõ ineẽ. quare et a nccẽ eſt alicui b nõ ineſſe Quãdo ãt ponit̃ priuatiuũ vniuerſaliter ad minorẽ extremitatẽ ſi ɔtingẽs q̇dem erit ſyllogiſmus trãſumpta ꝓpoſitõne queẽadmoduz in prioribus. Si aũt nccãriũ nõ inerit et eñ neceſſe eſt om̃i ⁊ nulli cõtingere ineſſe. termini oĩ ineſſe. ſomnꝰ equus dormiẽs homo. nulli ineẽ ſomnus equus vigilãs homo. Silr̃ aũt ſe habebit et hic quidẽ termĩoꝝ ſit vl'is: ille vero ꝑticular ad mediũ Nã ſi vt vtriq̃ ſint ꝓuatiui eiꝰ qꝺ eſt ɔtingere ⁊ nõ eiꝰ qꝺ eſt ineſſe erit ſillogiſmus. Et qñ hoc quidẽ ꝓuatiuũ ſumitur illud vero affirmatiuũ. neceſſariũ aũt affirmatiuum erit ſillogiſmus eius quod eſt ɔtingere nõ ineẽ ſolũ. Qñ aũt ꝓuatiuũ nccãriũ et concluſio erit eius qꝺ eſt contingere non ineſſe et eius qꝺ eſt nõ ineſſe. Nam idem modus demõſtratõis et cũ vl'es ſunt termini nccẽ eſt eñ per ꝓmã figuram ſillogiſmos ꝑfici om̃es: quare ⁊ in illis et in his neceſſariũ accidere. Qñ aũt priuatiuum vniuerſaliter ſumptum ponitur ad minorez extremitatem ſi contingens q̇dem erit ſillogiſmꝰ per conuerſionem. ſi aũt neceſſarium non erit oſtendetur autem eodẽ modo quo et vniuerſalibus et per eoſdẽ terminos. Manifeſtuz ergo et in hac figura qñ ⁊ quomodo erit ſillogiſmꝰ: et qñ eius quod eſt ɔtingere ⁊ qñ eius quod ẽ ineẽ. palã et qm̃ oẽs imꝑfecti ⁊ qm̃ ꝑficiunt̃ per primã figuram.

Queritur Utrũ ex mixtis de contingenti et nccãrio valeat ſyllogiſmus in prima figura ad ɔcluſionem de ineſſe et de ɔtingenti Arguit̃ ꝙ non. quia in om̃i bono ſyllogiſmo ɔcluſio debet eſſe ſimilis alicui premiſſaꝝ. ſed ſi in illa mixtõne ſequat̃ cõcluſio de ineſſe nõ erit ſimilis alicui p̄miſſarũ. ergo in tali mixtione non ſeq̄tur cõcluſio de ineſſe. Secũdo oĩs cõcluſio ſequitur aliquã partem contradictionis ſcꝫ debiliorem. ḡ ex vna de ɔtingenti et alia de neceſſario del et tm̃ ſequi cõcluſio de nccãrio et nunq̃ de ineſſe. Tertio. concluſio in ſyllogiſmo ſequitur propter conuenientiam quam habet cũ premiſſis. ſed cõcluſio de neceſſario maiorem conuenientiã habet cum premiſſis in illa mixtione q̃ illa de ineſſe ergo cũ ibi non ſequatur cõcluſio de neceſſario neq̃ etiam de ineſſe In ꝑpoſitum eſt p̄ ꝓus in textu.

Sciendũ primo ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de formatõne ſyllogiſmorum ex vna de contingenti et alia de ineſſe Conſequenter videndũ eſt de formatione ſyllogiſmorum ex vna de contingenti et alia de neceſſario. et quia iſta mixtio parum differt ab illa de contingenti. ideo ad ipſam preſupponũtur ea que dicta ſunt de mixtione precedenti.

Sciẽdum ſc͡ꝺo. ꝙ ex maiore de cõtingẽti et minore de neceſſario eſt perfectus ſyllogiſmus in prima figura et ſequitur concluſio de contingenti ad vtrũ libet obſeruatis regulis prime figure. probatur. quia in tali diſpoſitõne ſyllogiſmus affirmatiuus regulatur per dici de omni. naz ſi maior extremitas inſit medio cõtingenti pro quolibet ſuppoſito cum minor ſit ſuppoſituz medij ſc̄m actum et dicitur de neceſſario. etiam maior extremitas contingenter predicatur de minore in cõcluſione. et ſi minor remoueatur a tali medio etiam remouebitur contingenter a maiore et per hoc ſyllogiſmi negatiui regulantur per dici de nullo

¶ Concluſio prima ex maiore de neceſſario et minore de contingenti in modis affirmatiuis bene ſequitur concluſio de contingenti pro poſſibili probatur concluſio. quia in tali diſpoſitiõe capiendo contradictorium concluſionis cum minore poſita de ineſſe ſequitur oppoſituz maioris in tertia figura ergo ibi fit bonus ſyllogiſmus. Et quia ſequitur quãdoq̃ concluſio de contingenti neceſſario et quandoq̃ nõ neceſſario ergo nulla illarum formaliter ſequitur. ſed ſolum illa de poſſibili que ſequitur ad vtrãq̃ poteſt etiã ſequi cõcluſio de ineſſe. quia non oportet ſi predicatum et ſubiectum idem ſunt ſimpliciter vt dicit maior de neceſſario ⁊ minor ſit potentialiter ſub ſubiecto vt dicit minor de contingenti ꝙ oporteat ꝙ minor ſit actu ſub maiore extremitate. vt diceret concluſio de ineſſe. ſed ſolũ ſequitur ꝙ poſſibile eſt eſſe minorem ſub maiore. Nec poteſt probari illa conſequentia capiendo oppoſitum concluſionis de ineſſe Quia illa concluſio eſſet vna de ineſſe vt nunc ideo ſi poneretur oppoſitum ɔcluſionis cum maiore que eſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

de neceſſario vel cū minoꝛe q̄ eſt de ꝯtingenti ad inferendum oppoſitum alterius pꝛemiſſe talis mixtio nō valet quia in tali mixtione illa de ineſſe debet ſumi de ineſſe ſimpliciter.

Cōcluſio ſecūda in modis negatiuis pꝛime figure ex maioꝛe de neceſſario minoꝛe de contingenti ſequitur concluſio de ineſſe et de contingenti accepto pꝛo poſſibili. pꝛobaꝛ concluſio quia in maioꝛe negatiua de neceſſario maioꝛ extremitas negatur de medio ꝓ omni tēpoꝛe ⁊ omībus ſuppoſitis eius tam in actu ꝙ̄ in potentia ⁊ qꝛ minoꝛ ſumitur ſub medio contingenter ⁊ in potentia ideo maioꝛ actualiter negatur de minoꝛe. et ꝓpter hoc in tali diſpoſitōne ſequitur cōcluſio de ineſſe. et etiam ad illam de ineſſe ſequitur concluſio de cōtingenti poſſibili. ideo illa concluſio ſequiꝛ ad pꝛimas pꝛemiſſas Ex quibꝫ patet ꝙ in iſtis duobꝫ vltimis modis ſemper eſt ſyllogiſmus impfectus. qꝛ minoꝛ nō ſumitur actualiter ſub medio diſtributo. ſed ſub quadam ampliatione contingentis quod ampliat ad ſuppoſita que ſunt in potentia ſub pꝛedicato. Ulterius patet ꝙ bene valet ſyllogiſmus in pꝛima figura ſi maioꝛ ſit vniuerſalis ⁊ minoꝛ non ſit negatiua de neceſſario qꝛ ſi ſit negatiua de contingenti poterit ꝯuerti i oppoſitā q̄litatē et erit bonus ſyll's et ſic quando maioꝛ eſt de neceſſario et minoꝛ de contingenti ſunt octo cōbinationes vtiles et octo inutiles. Et quia ſemper valet ſyllogiſmus ſi maioꝛ ſit vniuerſalis ⁊ ſi minoꝛ ſit ꝑticularis. vel ambe pꝛemiſſe ſcꝫ quādo maioꝛ eſt de contingenti et minoꝛ de neceſſario. Ideo ſolum ſunt quatuoꝛ cōbinationes vtiles in pꝛima figura. et ſic patet de mixtione de contingenti ⁊ alia de neceſſario in pꝛima figura ſed de eadeꝫ mixtione in ſecūda ⁊ tertia figuris videbitur in ſecundo articulo.

Dubitatur pͥmo Utrum ex vna de neceſſario et alia de contingenti ſemper valeat ſyllogiſmus in ſecunda figura. Ad dubium reſpondetur ꝙ ſic. dum tamen maioꝛ ſit vniuerſalis et alia que eſt de neceſſario eſt negatiua. patet q̄a tres modi pꝛimi ſecūde figure ꝓbantur reducendo ad pꝛimā figuram per conuerſionem ſimplicem vniuerſalis negatiua de neceſſario que fit maioꝛ in pꝛima figura et ibi ſequitur duplex cōcluſio ſcꝫ negatiua de ineē et de cōtingenti poſſibili qꝛ ille ſequebantur in pꝛima figura poſitā maioꝛe negatiua de neceſſario ſed in quarto modo ſolum concluſio ſequitur de contingēti ꝓ poſſibili ⁊ nō de ineſſe eo ꝙ nulla pꝛemiſſarum poteſt fieri maioꝛ reducendo ꝑ cōuerſionē ad pͥmā figurā. Et qꝺ ſequitur illa concluſio poſita minoꝛe negatiua de neceſſario patet qꝛ capiendo cōtradictoꝛiū cōcluſionis cuꝫ maioꝛe poſita de ineſſe pōt inferri cōtradictoꝛiū minoꝛꝭ ex cōſequenti qꝛ pꝛimo ſequiꝛ vna affirmatiua de ineē ad quā ſequitur vl'is affirmatiua de poſſibili

¶Dubitatur ſecūdo Qualiter in tertia figura valeat pꝛedicta mixtio de contingenti et de neceſſario. Ad dubiū reſpondeꝛ ꝙ in tertia figura ex illis valet ſyllogiſmus ſi altera pꝛemiſſarū ſit vl'is et minoꝛ nō ſit negatiua da neceſſario patet qꝛ oēs modi eius poſſunt ꝓbari reducendo ꝑ ꝯuerſionē ad pꝛimā figurā excepto bocardo q̄ poteſt ꝓbari ꝑ impoſſibile capiendo oppoſitum ꝯtradictoꝛiū cōcluſionis cū minoꝛe poſita de ineſſe ſi ſit de cōtingenti ſed dr̄ıt̄er valet qꝛ ſi illa que fit maioꝛ pͥme figure reducendo per conuerſionem ſit de cōtingenti ad vtrūlibet ſeq̄tur cōcluſio de tali cōtingenti ⁊ ſi illa q̄ fit maioꝛ ſit de neceſſario ⁊ alia de contingenti tūc in mōis affirmatiuis ſequitur tm̄ cōcluſio de ꝯtingenti poſſibili. et in modis negatiuis ſequitur concluſio de ineſſe et de contingenti. Ex omnibꝫ habitis in iſta cōcluſione ptꝫ ꝙ ex vna de ꝯtingenti et ex alia de nc̄cario ſequiꝛ cōcluſio de ineſſe et de contingenti in qualibet figura ſed nō in oībus modis. Et ex pꝛedictis in pͥncipio iſtius tractatus et etiam pꝛecedentis poteſt haberi ſufficientia de foꝛmatione oīm ſyllogiſmoꝛū. q̄a oīs ſyllogiſmus vel eſt ſimplex vel mixtus. ſimplex. vel ex puris de ineſſe ꝯtingenti vel nccē. Si de ineſſe ſemꝑ valet in pꝛima figura Si maioꝛ ſit vl'is et minoꝛ affirmatiua. ⁊ in ſcd̄a figura ſi maioꝛ ſit vniuerſalis ⁊ altera pꝛemiſſarū negatiua ⁊ altera affirmatiua. ⁊ i tertia figura valet ſi altera p̄miſſa ſit vniuerſalis et minoꝛ affirmatiua. Si vero ambe ſint de neceſſario eodem modo valet ſyllogiſmus in oī figura ſicut ex ambabꝫ de ineſſe. Si vero ambe ſint de ꝯtingenti ſemꝑ valet ſyllogiſmus in pꝛima figura poſita maioꝛe vniuerſali. ſed in ſecūda figura nunꝙ̄ valet. ſed in tertia figura ſemꝑ valet ſi altera pꝛemiſſarū ſit vniuerſalis Si vero ſyllogiſmus ſit mixtus hoc eſt tripliciter. vel ex vna de ineſſe ⁊ alia de nc̄cario. vel ex vna de nc̄cario. et alia de contingenti. vel ex vna de contingenti. ⁊ alia de ineſſe. ſi pꝛimū ſꝑ valet ſyllogiſmus in pꝛima figura maioꝛe et minoꝛe affirmatiuis ⁊ ſi maioꝛ ſit de nc̄cario ſequitur ꝯcluſio de neceſſario ⁊ ſi de ineſſe ſolū ſequiꝛ cōcluſio de ineſſe ſꝫ in ſecūda figura valet obſeruatis regulis eius. ⁊ ſi illa q̄ fit maioꝛ in pꝛima figura reducendo per ꝯuerſionē ſit de nc̄cario ſequitur concluſio de neceſſario. et ſi aliter ſequitur cōcluſio de ineſſe. et ſimiliter in tertia figura valet ſeruatis regulis eius ⁊ ſequitur cōcluſio de nc̄ario vel de ineſſe ſm̄ ꝓpoꝛtionē ad pꝛimā figurā. Si vero ſit mixtꝰ ex vna de ꝯtingenti et alia de ineſſe ſꝑ valet in pͥma figura. maioꝛe vl'i ſi minoꝛ nō ſit negatia de ineē ⁊ ſi maioꝛ ſit de ꝯtingenti ſeq̄ꝛ ꝯcl'o de ꝯtigēti ad vtrūlibet. ſi āt de ineē ſeq̄ꝛ de ꝯtingēti poſſibili ſꝫ in ſcd̄a figura vꝫ ſi maioꝛ ſit vl'is ⁊ illa de ineſſe ſit negatiua ⁊ in tertia figura valet vna exn̄te vniuerſali niſi minoꝛ ſit negatiua de ineſſe. et ſi illa q̄ fit maioꝛ in pͥma figura ſit de ꝯtingēti ad vtrūlibet et ſi de ineſſe ſeq̄tur cōcluſio de ꝯtingenti ꝓ poſſibili Si aūt ſit mixtus ex vna de contingenti et alia de neceſſario. tūc valet in pꝛima figura maioꝛi vniuerſali ſi minoꝛ ſit negatiua de nc̄cario. ⁊ ſi maioꝛ de cōtingenti ſit valet ad ꝯcluſionē de ꝯtingenti ad vtrūlibet ⁊ ſi de neceſſario ſeq̄tur ꝯcluſio de cōtingenti ꝓ poſſibili in modis affirmatiuis. ⁊ i negatiuis ſeq̄tur cōcluſio de ineſſe ⁊ poſſibili ſil'. ſꝫ in ſcd̄a figura vꝫ maioꝛe vl'i ⁊ illa de nc̄cario exiſtente negatiua. et in tertia figura valet vna p̄miſſarum exn̄te de nc̄ario ſi mioꝛ nō ſit negatiua de neceſſario. et in iſtis figuris ſequitur ꝯcluſio de ꝯtingenti ad vtrūlibet vel de poſſibili vel de ineſſe ꝓpoꝛtionabiliter ſm̄ ꝙ reducūtur ad pꝛimā figuram

Ad rōes Ad pꝛimā dicitur ꝙ cōcluſio nō ſemper eſt ſimilis alicui pꝛemiſſaꝝ ꝙ̄tum ad oēs mōs eius. ſed ſufficit ꝙ ſil'is ſit in qualitate et ꝙ virtualiter ſil'is ſit ꝙ̄tum ad alios modos et ꝑ idē ptꝫ ſolutio. Ad ſcd̄am Ad tertiā dꝛ ꝙ licet in tali mixtione ſeq̄tur ꝯcluſio de ineſſe. tm̄ nunꝙ̄ ſeq̄tur ꝯcluſio de nc̄cario. qꝛ cū minoꝛ pꝛemiſſa ſit de ꝯtingenti ad vtrūlibet minoꝛ extremitas poniꝛ ꝯtingenter de medio. iō ꝟtute talis diſpōnis maioꝛ extremitas nō pt remoueri de nc̄citate a tali minoꝛe.

Uoniā igiꝛ q̄ i his figurꝭ ſunt ſyllogiſmi ꝑficiunꝛ ꝑ eos (q̄ in pͥma figura ſunt) vl'es ſyllogiſmos. et in hos reducunꝛ palā ex p̄dictis Qm̄ aūt ſimpl'r oīs ſyllogiſmus ſic ſe habebit nunc erit manifeſtū cū oſtēſus fuerit oīs q̄ fit ꝑ aliquā haꝝ figuraꝝ. Neceſſe eſt aūt oēm demōſtratōem et oēm ſyllogiſmū aut ineſſe q̄dem aut nō ineſſe demonſtrare. ⁊ h̄ aut vl'iter aut particulariter. Amplius aūt oſtenſiue aut ex ypotheſi. Eiꝰ āt qꝺ ē ex ypotheſi ꝑs ē per impoſſibile. Pꝛimū ergo dicemꝰ de oſtēſiuis. his em̄ oſtenſis manifeſtū erit et de his q̄ ad ipoſſibile et om̄ino ex his q̄ ex ypotheſi. Si aūt opoꝛteat. a. de b ſillogyſare aut ineſſe aut nō ineſſe neceſſe eſt aliqꝺ ſumere de aliquo. ſi ergo a ſumaꝛ de b. qꝺ ex pͥncipio erat ſumptū. ſi āt. a. de c. c aūt de nullo nec aliud de illo neqꝫ de a alteꝝ. nullus erit ſyllogiſmus. Nā in ea ꝙ vnū de vno ſumiꝛ nihil accidet ex neceſſitate. quare aſſumenda eſt altera ꝓpō Si aūt ſumatur. a de alio. aut aliud de a aut de c. alteꝝ q̄dē eſſe ſyllogiſmum nihil ꝓhibet. ad b aūt nō erit ꝑ ea que ſumpta ſunt. nec qn̄. c ineſt alteri ⁊ illud alij et h̄ alteri. nō copulaꝛ aūt ad b. nec ſic erit ad b ſyllogiſmus. Om̄ino em̄ dicimꝰ qm̄ nullꝰ vnꝙ̄ erit ſyllogiſmꝰ alicuiꝰ de aliq̄ nō ſumpto aliq̄ medio qꝺ ad vtrūqꝫ ſe habeat quo quō p̄dicatōibꝫ Nā ſyllogiſmus q̄dē ſimpl'r ex ꝓpoſitōibꝫ ē ad hoc aūt ſyllogiſmus ex ꝓpoſitōibꝫ q̄ ad hoc. q̄ aūt huius eſt ad hoc ꝑ ꝓpōnes huius ad h̄ impoſſibile eſt aūt ad b ſumere pꝛopōem nihil pꝛedicātes de eo neqꝫ negantes. aut rurſum eiꝰ qꝺ eſt a ad b. nihil cōe ſumētes ſꝫ vtriuſqꝫ ꝓpꝛia q̄dam negātes aut p̄dicātes. quare ſumendū aliquid mediūꝫ vtriuſqꝫ qꝺ cōpulet p̄dicatōes ſi erit huiꝰ ad hoc ſyllogiſmus. Ergo ſic neceſſe aliq̄d ſumere ad vtrūqꝫ cōmune Hoc aūt ꝯtingit tripl'r. Aut ei a de c ⁊ c de b. p̄dicātes. aut c de vtriſqꝫ. aut vtraqꝫ de c h̄e aūt tres dicte figure ſunt. Manifeſtū ergo qm̄ oēm ſyllogiſmū neceſſe eſt ꝑ aliquā figuraꝝ haꝝ fieri. Nā eadē rō eſt et ſi ꝑ plura copuleꝛ ad b eadē em̄ erit figura in pluribꝫ. Qm̄ igiꝛ oſtēſiui terminanꝛ ad p̄dictas figuras manifeſtū. Qm̄ aūt ⁊ q̄ impoſſibile palā erit et ꝑ hoc. oēs em̄ (q̄ ꝑ impoſſibile) ꝓbant falſum q̄dem ſyllogiſant. qꝺ aūt ex pͥncipio eſt ex ypotheſi monſtrant. qm̄ accidit aliq̄d ipoſſibile poſita ꝯtradictōem: Ut qm̄ dyameter eſt aſſymeter eo quod fuerit habūdantia equalia ꝑfectis poſito ſimetro ergo eq̄lia fieri habūdantia perfectis ſilogiſant aſſimetrū autē eſſe diametrū ex ipotheſi monſtrant. qm̄ falſuꝫ accidit ꝑ ꝯtradictōem. Hoc em̄ fuit ꝑ ipoſſibile ſyllogiſare oſtendere aliq̄d ipoſſibile ꝓpter pͥorē ypotheſim. Quare qm̄ oſtēſiuus ſyllogiſmus falſus ſit in his q̄ ad ipoſſibile ducunꝛ qꝺ eſt ex pͥncipio ex ypotheſi mōſtraꝛ. Oſtenſiuos āt pͥus diximꝰ. qm̄ ꝑ has terminantur figuras Manifeſtū qm̄ ⁊ ꝑ ipoſſibile ſyllogiſmi ꝑ has erūt figuras Sil'r āt ⁊ alij oēs q̄ ſunt ex ypotheſi: In oībꝫ em̄ ſyllogiſmꝰ q̄dē fit ad trāſumptū. qꝺ āt ē ex pͥncipio ꝑ foꝛ͛mā mōſtraꝛ aut aliquaꝫ aliā ypotheſim. ſi āt h̄ veꝝ neceſſe ē oēm demōſtratōem ⁊ oēm ſyllogiſmū fieri ꝑ tres p̄dictas figuras. Hoc āt oſtēſo palā qm̄ oīs ſyllogiſmꝰ ꝑficiꝛ ꝑ pͥmā figurā ⁊ reduciꝛ i vl'es ſyllogiſmos

Ampliꝰ āt in oī opꝫ aliquē terminoꝝ p̄dicatiuū eē ⁊ vl'em eſſe. Sine vl'i em̄ aut nō erit ſyllogiſmꝰ aut nō ad h̄ qꝺ poſitū ē. aut qꝺ ex pͥncipio ē petit Ponaꝛ em̄ muſicā ſtudioſaꝫ voluptatem eē. Si ergo poſuerit ſtudioſam voluptatē nō addens oēm. nō erit ſyll's. Si āt aliquā voluptatē bonā q̄dē nihil ad hoc qꝺ poſitū ē. ſi āt eandē (qꝺ ex pͥncipio ē) ſumit. magis āt fit manifeſtū in figurꝭ. vt qm̄ equicrurꝭ anguli eq̄les ſunt q̄ ſunt ad baſem. ſunt em̄ in centrū ducte. a. b. ſi ergo equalē ſumpſerit angulū a. c. ei q̄ eſt b. d. nō oīno erit ꝓbans eq̄les q̄ ſunt ſemicirculorum Et rurſum c. ei q̄ eſt d. non aſſumens oēm eū q̄ eſt inciſionis Amplius ab eq̄libꝫ exiſtētibꝫ angulis ⁊ eq̄libꝫ dēptis equales eē reliq̄s. ſ. e. f. qꝺ ex pͥncipio ē petet niſi ſumat ab eq̄libꝫ oībꝫ eq̄libꝫ dēptis eq̄lia relinq̄. Manifeſtū igiꝛ qm̄ in oī ſyll'o opoꝛꝫ vl'e eſſe Et qm̄ vl'e q̄dē ex oībꝫ vl'ibꝫ terminis mōſtraꝛ. ꝑticulare āt ⁊ ſic ⁊ aliter q̄re ſi ꝯcluſio q̄dē vl'is ſit et terminos neceſſe ē vl'es eſſe Si āt vl'es ſint termini. ꝯcluſionē cōtingit nō vl'em eē Palā etiam qm̄ oī ſyllogiſmo aut vtrūqꝫ aut alteꝝ ē neceſſe ꝓpōem ſil'em fieri ꝯcluſioni. Dico āt nō ſolū in ea ꝙ affirmatiua ſit vel negatiua. ſꝫ etiā in eo ꝙ neceſſaria aut ineſſe aut ꝯtingens Cōſiderare aūt opoꝛꝫ ⁊ alia p̄dicamenta Manifeſtū āt eſt ⁊ qn̄ ſimpl'r erit et qn̄ nō erit ſyll's. ⁊ qn̄ poſſibilis ⁊ qn̄ ꝑfectꝰ. et qm̄ ſi eſt ſyll's neceſſariū ē habere terminos ſm̄ aliquē dictoꝝ modoꝝ Palā āt ⁊ qm̄ oīs demonſtratio erit ꝑ tres terminos et nō ꝑ plures

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

niſi ꝑ alia et alia eadē ꝯcluſio fiat. vt e ꝑ a b et ꝑ
c d. aut ꝑ a b et a c. et b c. plura eñ media eorun
dem nihil eſſe ꝓhibet Hec āt cū ſint nō vnꝰ: ſʒ
plures ſunt ſyllogiſmi Aut rurſum qñ vtrunqꝫ
eoꝝ (ꝗ ſunt a b) ſumiť ꝑ ſyllm. vt a per d c. et rur
ſum b per f g Aut hoc ꝗdem inductōe. illud āt
ſyllogiſmo. ſʒ ſic plures ſyllogiſmi. Plures eñ
ꝯcluſiones ſunt. vt a b et e Si āt non plures ſʒ
vna. ſic ꝗdem ꝯtingit fieri per plura eandē con
cluſionē. vt a e per a b ipoſſibile Sit eñ e ꝯclu
ſum ex a b et c d. Ergo neceſſe aliqd eoꝝ aliud ⁊
aliud ſumptū eſſe Hoc ꝗdem vt totū. illud ve/
ro vt pars Hoc eñ oſtenſum eſt ꝑus. qm̄ ſi eſt
ſyllogiſmus neceſſe eſt ſic ſe habere aliqs termi
noꝝ. hʒ ergo ſe a ſic ad b. Eſt itaqꝫ ex eis ꝯclu/
ſio. ergo aut e aut eoꝝ ꝗ ſunt c d. alteꝝ āt aliud ꝗ
dem ꝑter hoc. et ſi e ꝗdem ex a b tm̄ erit ſylls. c
d āt ſi ꝗdem ſe habeant ſic vt hic ſit ꝗdem totuʒ
illud vero pars. erit aliqd ex illis. et e aut eoꝝ (ꝗ
ſunt a b) alteꝝ āt aliud ꝗd ꝑter hec Et ſi he qui/
dem aliud eoꝝ (ꝗ ſunt a b) alteꝝ aut plures erūt
ſyllogiſmi. aut vt ꝯtingebat idem per plures ter
minos accidit ꝯcludi Si āt aliud ꝗdem preter
hoc plures erunt inconiuncti ſyllogiſmi ad in/
uicem. ſi āt nō ſic ſe habeat c ad d vt fiat ſyllogiſ
mus vane erunt ſumpta niſi inductōis aut rela
tionis aut alicuiꝰ alius taliū gratia. ſi āt ex a b:
non e ſʒ aliud ꝗdem fiat ꝯcluſio. ex c d aūt aut al
terum hoꝝ aut aliud ꝑter hoc ⁊ plures ſunt ſyl/
logiſmi. et non eiꝰ qd poſitū eſt. Ponebať eñ
eius qd eſt e eſſe ſyllogiſmū Si aūt ex c d nulla
ꝯcluſio fiat et vane ſumpta ea accidit et nō eius
qd eſt ex ꝑncipio eſſe ſyllogiſmū Quare manife
ſtum qm̄ oīs demonſtratio et oīs ſyllogiſmus
erit per tres terminos tm̄. Hoc aūt manife/
ſto palā ex duabꝫ ꝓpoſitōnibꝫ et nō pluribꝫ Nā
tres termini due ſunt ꝓpōnes niſi aſſumať quē
admodū in ꝑoribꝫ dictū ē ad ꝑſecutōem ſylloꝝ
Manifeſtū igiť qm̄ in qua orōne ſyllogiſti/
ca non pares ſunt ꝓpōnes per quas fit ꝯcluſio
ꝑncipalis Quaſdā eñ ſuperioꝝ ꝯcluſionū ne/
ceſſariū eſſe ꝓpōnes Hec orō āt ſyllogiſata non
eſt. aut plura neceſſariis interrogauit ad poſitō
nem. ſm̄ igiť ꝑncipales ꝓpōnes ſumptis ſyllo
giſmis omnis erit ſyllogiſmus ex ꝓpōnibꝫ qui/
dem perfectus ex terminis aūt abundantibus.
vno eñ plures termini ſunt ꝓpōnibus Erunt
ergo et concluſiones dimidietas propoſitionū.
Quando aūt per anteſyllogiſmos ꝯcluditur
vł plura media nō ꝯtinua. vt a b ꝑ c d Multitu
do ꝗdem terminoꝝ ſilr̄ vno ſuꝑabit ꝓpōnes.
aut eñ extrinſecus aut ad mediū ponetur inter
cidens terminus. vtrūqꝫ eñ accidit vno minꝰ
eſſe dimenſiones vel interualla ꝙ̄ terminos. ꝓ
poſitōnes aūt equales ſunt dimenſionibꝫ vel in
teruallis. non tm̄ ſemꝑ he ꝗdem ꝑfecte erunt illi
vero abundantes termini ſꝑ ꝑmutatiui. cū pro
poſitōnes ꝗdem ſunt perfecte abundantes ter
mini ſilr̄ Cū vero termini perfecti. abundantes
ꝓpōnes. ſilr̄ eñ cū termino vno vna additur ꝓ/
poſitio vbicunqꝫ addať terminus. quare qm̄ he
ꝗdem perfecte illi vero abundantes erant ne/
ceſſe eſt tranſmutari eadē additōe facta Cōclu/
ſiones aūt nō iam habebunt eundē ordinē ne/
qꝫ ad terminos neqꝫ ad ꝓpōnes. vno eñ termi
no addito ꝯcluſiones adiungunť vno paucio/
res ꝑexiſtentibꝫ terminis Ad ſolū eñ vltimuʒ
nō facit ꝯcluſionē. Ad alios aūt oēs vt ſi eis
(ꝗ ſunt a b c) adiacet d ſtatim. ⁊ ꝯcluſiōes due
adiacent ꝗ eſt ad a et ꝗ ad b. Silr̄ aūt et in aliis
ſi aūt ad mediū intercidat. eodē mō ad vnū ſolū
nō faciet ſyllogiſmū Quare multo plures con
cluſiones ⁊ terminis erunt et propōnibus.
Quoniā aūt habemus de quibꝫ ſyllogiſmi ⁊
quales in vnaquaqꝫ figura et quot modis de/
monſtratur manifeſtū nobis eſt. et que ꝓpoſi/
tio difficile et que facile argumētabilis eſt Naʒ
que in pluribꝫ figuris et per plures caſus con/
cluditur facilis Que aūt in paucis ⁊ per paucio
res difficilius argumētabilis eſt Ergo affirma
tiua quidem vlis per ꝑmam tantum figurā mō
ſtratur. et per hanc tantū ſimpliciter. Priuati/
ua vero et per primam ⁊ per mediam: ⁊ per pri/
mam ꝗdem ſimpliciter. per mediam aūt dupli/
citer Particularis aūt affirmatiua et per ꝑmaʒ
et per poſtremam: ſimpliciter ꝗdem per ꝑmam
tripliciter vero per poſtremā Priuatiua vero ꝑ
ticularis in oībꝫ figuris monſtratur verum.
in ꝑma ꝗdem ſemel. in media autē et poſtrema
in hac ꝗdem dupliciter. in illa vero tripliciter.
Manifeſtū igitur vlem affirmatiuā conſtru
ere ꝗdem difficillimuʒ. deſtruere āt facillimum
Omino aūt interimenti quidem vlia ꝙ̄ parti/
cularia facilius eſt Etenī ſi nulli et ſi alicui nō in
ſit interemptū eſt oīmi ineſſe Hoꝝ aūt alicui ꝗ
dem non oībus figuris monſtrať. nulli autē
in duabus. Eodem autē modo et in ꝑuatiuis.
oportet eñ ſi oīmi et ſi alicui interemptū eſt qd

ex ꝑncipio hoc aūt fuit in duabꝫ figuris In ꝑti
cularibꝫ aūt ſimplr̄ aut oīmi aut nulli oſtēdetur
ineſſe. cōſtruere aūt facilius eſt per ꝑticularia.
nam in pluribꝫ figuris et ꝑ plures cauſas Omi
no aūt non oportet latere. qm̄ deſtruere ꝗdem
per ſeinuicem eſt. et vlia per particularia. hoc
ꝗdem per vniuerſalia Conſtruere aūt nō eſt ꝑ
ꝑticularia vlia: per illa vero hoc eſt. nam ſi oīmi
et alicui Simił aūt manifeſtū eſt qm̄ deſtruere
ꝙ̄ conſtruere facilius eſt Quomodo ergo fit
oīs ſyllogiſmus. et per quot terminos. et per
ꝓpoſitōnes. et quomodo ſe habentes ad inui/
cem. amplius aūt et que ꝓpoſitio in vnaquaqꝫ
figura. et que in pluribus et que in paucioribꝫ
monſtratur palam ex his que dicta ſunt

Queritur decimooctauo. Utrum omnis
ſyllogiſmus ꝯſtat ex tribꝫ terminis ⁊ duabꝫ ꝓpōnibꝫ tm̄
Et arguiť ꝙ nō. ꝑmo qꝛ ſyllogiſmꝰ ex oppoſitiſ eſt bo/
nus ſyllogiſmꝰ. vt hic oīs diſciplina eſt ſtudioſa. nulla
diſciplina eſt ſtudioſa. ergo nulla diſciplina eſt diſcipli/
na. Scdo in qualibet ꝓpōne ſunt duo termini. ꝗ ſi in
ſyllogiſmo ſunt due ꝓpōnes ibi erūt quatuor termini.
Tercio in oīmi ſyllogiſmo ſunt due ꝑmiſſe cum vna
ꝯcluſione ſed oīmis ꝯcluſio eſt ꝓpoſitio cū ſibi ꝯueniat
definitio ꝓpōis ꝑus aſſignata. ergo in oīmi ſyllogiſmo
ſunt tres ꝓpōnes. In oppoſitū eſt phus in textu.

Sciendū ꝑmo. ꝙ poſtqꝫ phus determina/
uit de quolibet ſyllogiſmo ſm̄ triplicē figurā ⁊ ex oi ge
nere ꝓpōnis. ꝯñr ꝓbat ꝑncipia ſyllogiſmi eo mō ꝗ ꝑn/
cipia ſubiecti alicuiꝰ ſcie in eodē pñt ꝓbari ⁊ ꝑmo noti
ficat ꝑncipia formalia. ſ. modū ⁊ figurā oſtendendo ꝙ
oīs ſyllogiſmus eſt in aliqua triū figuraꝝ. ⁊ ꝗ ad modū
oſtendit ꝙ in oi ſyllogiſmo necē eſt alterā ꝑmiſſaꝝ eſſe
vlem ⁊ etiā aliquā eē affirmatiuā. deīn ꝗ ad ꝑncipia ma
terialia oñdit ꝙ ad ſyllogiſmū reqrunť et ſufficiūt tres
termini ⁊ due ꝓpōes. ⁊ finalr̄ oſtendit ꝗ ꝓpō ſit facile ſyl
logiſabił itermiſcēdo cū illis ꝯcluſionibꝫ aliq correlaria

Sciendū ſcdo. ꝙ oīs ſyllogiſmus eſt in ali/
qua triū figuraꝝ. ꝓbat phs qꝛ oīs ſylls eſt oſtēſiuꝰ vel
ex ypotheſi nec ē inſtātia de ſyllogiſmo ꝑ ipoſſibile qꝛ ē
ſpēs ſyllogiſmi ex ypotheſi. ſʒ oīs ſylls oſtēſiuus ⁊ oīs
ſylls ex ypotheſi eſt in aliq triū figuraꝝ idē ſeqť de ſyllo
giſmo ad ipoſſibile. nā oīs ſylls ad ipoſſibile qꝫtū ad eiꝰ
ꝑmū ꝓceſſum eſt oſtēſiuus. ꝓbať ꝗ de ſyllogiſmo oſtē/
ſiuo. qꝛ oīs ſylls oñſiuus oñdit aliquam ꝯcluſionē in ꝗ
aliqd dꝛ de aliq. ſʒ qꝛ cōplexū oñdi nō pt niſi ꝑ affirma
tionē ꝗ ꝓcedit ex ꝓpōnibꝫ ſeqtur ꝙ ad oſtendēdū aliqd
de aliq optʒ aſſumere aliquā ꝓpōem vel ꝗ illa ꝓpō pe/
nitus erit eadē cū ꝯcluſione vł penitꝰ ab ea diuerſa vel
ꝯueniēs cū ꝯcluſione in vno termino ⁊ dñs in alio. nō
ꝑmū qꝛ peterež ꝑncipiū neqꝫ ſcdm. qꝛ nō oſtēderež ꝓ/
poſitū. relinqtur ꝗ terciū. ſ. ꝙ ꝯueniet in vno tercio ⁊ di
ffert in alio. vel ꝗ tm̄ aſſumiť illa ꝓpō vel ꝓ ipa aſſumiť
vna alia. nō ꝑmū. qꝛ ex vno nihil ſeqť ſyllogiſtice vł aſſu
miť alia. vł ꝗ ē cōicās cū ꝓpōe ꝑus poſita i aliq termino
vł i nullo vł in āobꝫ. ſi i nullo tūc nō faciet cū illa ꝓpōne
ad oſtēdendū ꝓpoſitū. ſi in āobꝫ erit nugatio. ſi in vno
vel ꝗ cū illo termino accipiet aliū terminū poſitū in con
cluſione in ꝗ nō cōicauit ꝯcluſio cū ꝑma ꝑmiſſa vel ac/
cipiet aliū terminū. Si ſcdm ex illis duabꝫ ꝑmiſſis bñ
fiet ſylls. ſʒ nō ad oſtendendū ꝓpoſitū. Si ꝑmū ſeqtur
ꝙ ille terminus in ꝗ ꝑmiſſa nō cōicabit cū ꝯcluſione ac/
cipiť vt mediꝰ terminus inter ſubiectū et ꝑdicatū ꝯclu
ſionis et tunc vel dꝛ de vno terminoꝝ ⁊ alius de ipo et
ſic eſt ꝑma figura vel dꝛ de āobꝫ ⁊ ſic ē ſcda. vel ābo
de ipo. ⁊ ſic eſt tercia figura. ꝗ oīs ſylls oſtēſiuus eſt in
aliq triū figuraꝝ. Ex ꝗ ſeqť ꝙ oīs ſylls ex ypotheſi ē in
aliq triū figuraꝝ. Ulterius ſeqtur ꝙ oēs ſyllogiſmi re
ducunť ad vles ſyllogiſmos ꝑme figure. qꝛ oīs ſylls ꝗ
eſt in aliqua triū figuraꝝ reduciť ad modos vles ꝑme
figure vt ꝑus eſt ꝓbatum quemadmodū ad principiū
formale quod eſt modus.

Cōcluſio ꝑma. neceſſe ē vnā ꝑmiſſaꝝ eē vleʒ
et etiā aliquā eſſe affirmatiuā in oi ſyllogiſmo. ſcda ꝑs
ꝓbať. qꝛ niſi ſic in ſyllogiſmo nō diceretť aliquid de aliq
qd tm̄ eſt falſum ꝑmā ꝑtē ꝓbat phs. qꝛ ſi ābe eēnt ꝑti/
culares vel peterež ꝑncipiū vel nō ſeqrež ꝓpoſitum vt ſi
ad ꝓbandū ꝙ muſica ē ſtudioſa arguať ꝑticulariť ꝗa
aliq voluptas ē ſtudioſa tūc vel illa ꝑticularis itelligiť de
illa muſica. et ſic petiť ꝑncipiū. vel de alia muſica ⁊ ſic nō
ſeqtur ad ꝓpoſitū. nō eñ ſeqtur ꝙ ſi voluptas ſophiſti/
ca ſit ſtudioſa ꝙ ꝓpter hoc muſica ſit ſtudioſa. qꝛ ꝯclu/
ſio nō ſeqtur ꝑ id ꝙ eſt penitus diuerſum a ꝯcluſione.
Ex ꝗ ſeqtur ꝙ ſi ꝯcluſio ſit vlis optet ābas ꝑmiſſas eē
vles ſʒ nō ecōtra. Ulteriꝰ infert phs ꝙ in oi ſyllogiſ/
mo optet alterā ꝑmiſſaꝝ eē ſilem ꝯcluſioni non ſolū ex
hoc ꝙ ſit affirmatiua vel negatiua ſed ex eo ꝙ ſit de in/
eſſe de neceſſario vel de contingenti.

Concluſio ſcda ⁊ reſpōſalis ad qſitū in oīmi
ſyllogiſmo reqrunť tres termini et due ꝓpōnes tm̄. pri/
ma ꝑs ꝓbať. qꝛ nullus ſylls inferens plures ꝯcluſiōes
vł vnā ꝑ diuerſa media eſt ſimplr̄ vnus. ſʒ ſi in ipo eēnt
plures termini ꝙ̄ tres illi inferrent plures ꝯcluſiones
vel vnā ꝑ diuerſa media. qꝛ vel quartꝰ terminus intra/
ret ꝯcluſionē et ſic eēnt plures ꝯcluſiones cum tres ter
mini nō poſſent in vna ꝓpōne ordinari. vł poneretur in
ꝑmiſſis tm̄ et ſic eēnt plura media. vñ qñ adducunť ꝓ
batōes ad ꝓbatōem ꝑmiſſaꝝ videť ſylls eē vnus eo ꝙ
oīa illa tendūt ad ꝯcluſionē ſʒ nō ē ſimplr̄ vnꝰ. qꝛ ad vni
tatē motꝰ reqriť vnitas termini ad quē ⁊ mediꝫ. veꝝ eſt
tm̄ ꝙ illi ꝓceſſus ꝗ finalr̄ tendunt ad vnā ꝯcluſionē ſtꝫ
ꝗdāmō ꝯiuncti. iō nō ſunt plures ſimplr̄. ſilr̄ cū ex aliqꝫ
bus ꝑmiſſis inferunť plures ꝯcluſiōes. vel ſub vna ma
iore inferunť plures minores talis ſylls nō eſt vnꝰ. nec
ſimplr̄ plures. qꝛ tales ſyllogiſmi in aliq ꝯueniūt. Se/
cunda ꝑs ꝯcluſionis ꝓbať. ſcʒ ꝙ in ꝗlibet ſyllogiſmo
ſunt tm̄ due ꝓpōnes. qꝛ ex tribꝫ terminis nō pñt ꝯſtitui
niſi due ꝓpōnes ꝑtim ꝯuenientes et ꝑtim diſcōuenien/
tes. Ex ꝗ inferť ꝙ termini in vno termino excedūt ꝓ/
poſitōes ⁊ multitudo ꝓpoſitionū in vna excedit ꝯclōnē

Dubitať ꝑmo. ꝗ ꝓpō eſt facile ſyllogiſabilis
Ad dubiū reſpōdeť cū phō correlarie ex dictiſ ꝙ illa
ꝓpō ꝗ i pluribꝫ figuriſ ⁊ pluribꝫ modis ꝯcludiť facile ē
ſyllogiſabił. ꝗ ꝓo in paucioribꝫ difficiliꝰ ē ſyllogiſabilis
Ex ꝗ infert phs ꝙ vlis affirmatiua eſt difficulter ſyl/
logiſabilis. ⁊ ꝑticularis negatiua facillime. ſʒ vlis nega/
tiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua medio mō ſunt ſyllogiſa
biles. ſʒ adhuc ꝑticularis affirmatiua faciliꝰ ē ſyllogiſa/

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bilis q̄ vl'is negatiua. et ſic pȝ ꝙ difficillimū ē ɔſtruere vleȝ affirmatiuā ⁊ facillimū deſtruere. qȝ deſtruit̄ ꝑ ꝑticularē negatiuā quā facile eſt ɔſtruere. Ulterius infert ph's ꝙ vl'is ⁊ ꝑticularis ſe inuicē deſtruunt ſȝ nō ſe inuicē ɔſtruūt. vl'is em̄ affirmatiua ɔſtructa deſtruit ꝑticularē negatiuā ⁊ econuerſo. ſȝ ꝑticularis affirmatiua nō pt ɔſtruere vlem affirmatiuā. vl'is āt affirmatiua conſtruit ꝑticularē affirmatiuā. ⁊ ſil'r eſt de negatiuis.

Dubitat̄ ſcd̄o Utrū poſt doctrinā de formatione ſyllogiſmoꝝ debeat ſeq̄ ꝓbatio p̄ncipioꝝ ſyllogiſmoꝝ. Et videt̄ ꝙ n̄. qȝ p̄ncipia ſyllogiſmoꝝ notificāt ipm ſyllogiſmū. ḡ notificatio p̄ncipioꝝ ſyllogiſmoꝝ dȝ p̄cedere formatōem ip̄ius. Ad dubiū r̄n̄r ꝙ poſt formationē ſyllogiſmoꝝ ɔueniēter ponit̄ ꝓbatio p̄ncipiorum ſyllogiſmoꝝ. patȝ qȝ hec ſcīa ē reſolutoria. ḡ primo dȝ cōponere et poſtea reſoluere cōpoſita. ſȝ hoc fit oſtēdendo p̄ncipia ſyllogiſmoꝝ poſt formatōem ipoꝝ igit̄ ⁊c̄. Ad rōem dubij dr̄ ꝙ cognitōe ɔfuſa p̄ncipiata ⁊ cōpoſita p̄cognoſcunt̄ ſimplicib' ⁊ p̄ncipijs ipoꝝ. ſȝ cognitōe determinata ⁊ ꝑfecta nō cognoſcit̄ aliqd̄ cōpoſitum niſi p̄us cognoſcant̄ cōponētia ipm et qȝ cognitio nr̄a ꝓcedit de potētia ad actū ⁊ de imꝑfecto ad ꝑfectuȝ io p̄us dat ph's formatōnem ſyllogiſmoꝝ. ⁊ ɔn̄r dat ph's doctrinā ipoꝝ ⁊ poſtea oñdit ex q̄b' et ꝑ q̄ ɔſtituuntur ſyllogiſmi. et hec de ſcd̄o. Ad rōnes. ad p̄maȝ dr̄ ꝙ licȝ in ſyllogiſmo ex oppoſitis ſint tm̄ duo termini materialr̄ tn̄ formalr̄ ſunt tres. qȝ vn' hȝ rōem maioris et minoris. ſcȝ ille q̄ negat̄ de ſeipo in ɔcluſione. Ad ſcd̄am dr̄ ꝙ lȝ in duab' ꝓpōnib' ſunt q̄tuor termini ſm numeꝝ. tn̄ ſm ſpēm nō ſunt niſi tres. qȝ idē terminus ſcȝ medi' ſub eadē rōe accipit̄ bis. io eſt idē termin' ſm ſpēm et ſm rōem. Ad terciā dr̄ ꝙ lȝ ɔcluſio ſit ꝓpō ꝟtualr̄ ⁊ in aptitudine tn̄ ipa nō eſt de eēntia ſyllogiſmi ſȝ ē alia a ſyllogiſmo. io in ſyllogiſmo ſt̄ tm̄ due ꝓpōes

Quomō āt ydonei erim' ſyllogiſmoꝝ ad ꝓpoſitū ⁊ ꝑ quā ſumem' viā q̄ circa vnūqdq̄ ſunt p̄ncipia nūc iā dicenduȝ Nō ſolū em̄ fortaſſe oportet generatōem ɔſiderare ſyll'oꝝ: ſȝ potētiā hr̄e faciēdi Oim igit̄ que ſunt. alia ſunt talia vt de nullo p̄dicent̄. alia vero ſꝑ vl'iter. vt Cleon ⁊ Callias. ⁊ qd̄ ſingulare et ſenſibile De his āt alia Nā et hō et aīal vtrūq; hoꝝ Alia ꝟo ipa q̄dē de alijs p̄dicent̄ De his āt alia p̄ora nō p̄dicent̄. alia āt ⁊ ipa de alijs ⁊ de his alia. vt hō de callia. ⁊ de hoīe aīal Qm̄ ḡ q̄dā eoꝝ q̄ ſt̄ de nullo nata ſunt dici palā Nā ſenſibiliū vnūqdq̄ pene eſt hmōi. vt de nullo p̄dicent̄ niſi ſm accn̄s Dicim' nāq; q̄nq; albū iſtud ſocratē eē ⁊ veniēs iſtud calliā qm̄ āt in ſurſum ꝓgentib' ſtatur q̄nq;. rurſum dicem' Nūc aūt ſit hoc poſitū. De his ergo nō eſt demonſtrare p̄dicatū aliō. niſi ſm opinionē. ſȝ hmōi de alijs neq; ſingularia de alijs ſȝ alia de ipis Que āt in medio ſunt manifeſtū. qm̄ vtreq; ɔtingit. nam ⁊ hec de alijs ⁊ alia de his dicent̄. vt pene rōes et ɔſideratōes maxime ſunt de his. Oportȝ ergo ꝓpōnes circa vnūqdq̄ ſic ſumere ꝓponētē ꝓpoſitū ipm p̄us et definitōnes ⁊ q̄cūq; ꝓpria ſunt rei Deīn poſtea q̄cūq; rē ſequunt̄. Et rurſum q̄b' res ſeq̄tur. ⁊ q̄cūq; nō ɔtingit eidē ineſſe Quib' at nō ɔtingit nō ſumēdū eo ꝙ conuertit̄ p̄uatiua Diuidendū ē āt ⁊ eoꝝ q̄ ſequentur. ⁊ q̄cūq; in eo qd̄ q̄d ē ⁊ q̄cūq; ꝓpria. ⁊ q̄cūq; vt accidētia p̄dicāt̄. ⁊ eoꝝ q̄ ſunt ſm opinionē ⁊ ſm veritatē Quāto em̄ pluriū taliū ydone' fuerit q̄s. citi' inueniet ɔcluſiones Quāto āt verorum ē magis demōſtrabit Oportȝ āt eligere nō q̄ ſequent̄. ſȝ q̄cūq; totā rē ſequunt̄. vt nō qd̄ aliquē hoīeȝ ſȝ qd̄ oēm hoīem ſeq̄tur ꝑ vl'es em̄ ꝓpōnes ſyll's Qñ ergo ē indefinitū incertū eſt ſi vl'is ē ꝓpō. cū ꝟo definitū manifeſtū Sil'r aūt eligendū ē ⁊ q̄ ipm ſeq̄tur tota ꝓpter p̄dictā cāȝ Ipſum āt qd̄ ſeq̄tur nō ē ſumendū totū ſeq̄ Dico āt oēȝ hoīem eē aīal. aut muſicā oēm diſciplinā. ſȝ tm̄ ſimpl'r ſeq̄. queadmodū ⁊ ꝓtēdimus. Et em̄ inutile alteꝝ ⁊ īpoſſibile. vt oēm hoīem eē oē aīal. vel iuſticiā eē oē bonū Sȝ cui ſeq̄tur in illo oē dr̄ Qñ āt ab aliq̄ ɔtinet̄ ſubiectū cui' ɔn̄a oportȝ ſumere q̄ vl'e q̄dē ſequunt̄ vel nō ſequunt̄ vl'e nō eligendū eſt in his Sumpta em̄ ſunt in illis Quecūq; em̄ aīal ⁊ hoīem ſequunt̄ et q̄cūq; nō inſunt ſil'r Que āt in vnoq̄q; ſunt ꝓpria ſumēdū ⁊ extranea. Sunt em̄ q̄dā ꝓpria ſpēi p̄ter genus Neceſſe em̄ ē diuerſis ſpecieb' ꝓpria q̄dā ineē Neq; āt vl'e eligendū ꝙ ſeq̄tur hoc qd̄ ɔtinet̄. vt aīal q̄dē ſeq̄tur hoīeȝ Neceſſe eſt em̄ ſi aīal ſeq̄tur hoīem ⁊ hec oīa ſeq̄ Cōuenientioꝝ āt hic oīs electōis Sumēda āt ⁊ q̄cunq; ⁊ plerūq; ſequent̄ ⁊ q̄b' ſequit̄ Nam ex ꝓblematib' q̄ plerūq; ſunt fit ſyll's. ⁊ ſyll's fit ex ꝓpōnibus ⁊ q̄ plerūq; ſequent̄. aut ex oīb' ſumptis plerūq; aut aliq̄b' Syllogiſm' em̄ ē vniuſcuiuſq; ɔcluſio ex p̄ncipijs. Ampli' āt q̄ oīb' ſequent̄ nō eligendū Non em̄ erit ſyll's ex ipis Ob quā cām in ſequentib' manifeſtū. Conſtruere ergo volētib' de aliq̄ toto ei' q̄dē qd̄ cōſtruit̄ inſpiciendū ad ſubiecta de q̄bus ipm dr̄ De q̄ āt oportet p̄dicari q̄cūq; hoc ſequunt̄ ſi em̄ aliq̄d hoꝝ idē ſit neceſſe eſt alteꝝ ineſſe alteri Si āt nō qm̄ oī. ſȝ qm̄ alicui. que ſeq̄tur vtrūq; Si em̄ aliq̄d hoꝝ idē neceſſe eſt alicui ineſſe Quādo āt nulli oportȝ ineē cui q̄dē nō oportet ineſſe ad ſequētia. Quod aūt oportȝ nō ineē ad ea q̄ nō ɔtingit eidē adeſſe. aut ɔuerſim cui

q̄dem oportet non ineſſe ad ea q̄ nō ɔtingit ei adeſſe quod vero nō ineē ad ſequentia Nam ſi hec ſint eadē ad alterutrū. nulli ɔtinget alteri alterū ineē. fit em̄ q̄nq; i p̄ma figura ſyll's. q̄nq; āt i media Si āt alicui n̄ ineē cui q̄dē oporteat n̄ ineē q̄b' ſeq̄t̄ Qd̄ ꝟo n̄ ineē q̄ nō ē poſſibile eidē ineē Si em̄ aliq̄d hoꝝ ſit idē alij vl' alicui neceē nō ineſſe eſt. Magis aūt fortaſſe erit ſic vnūqdq̄ eoꝝ que dicunt̄ manifeſtū. Sint em̄ ɔſequentia q̄dem a. in q̄bus b. quibus aūt ipm ſequitur in q̄bus c. que aūt non ɔtingit ei ineſſe in q̄bus d. Rurſum aūt eq̄dem que inſunt in quibus f. quibus aūt ipm ſeq̄tur g. que aūt nō ɔtingit ei ineſſe in quib' h. Si igit̄ idem erit aliqd̄ eoꝝ q̄ ſunt c. alicui eoꝝ que ſunt f. neceſſe eſt a omni e. ineſſe. Nā f. q̄dem omī e. c. aūt omī a Si aūt c. et. g. idem neceſſe eſt alicui. c. ineſſe. a. Nam id quod eſt c. a. id vero quod eſt g. e. ſeq̄tur. Si āt f. et d. ſunt idem nulli inerit e a. ex ꝓſyllogiſmo. Qm̄ ɔuertitur p̄uatiua et f. ei quod eſt d. idem quare nulli f. inerit a. f āt omī e. Rurſum ſi b. et h. idem. nulli e. inerit h. Nā b. a. q̄dem omī. ei aūt in quo eſt nulli inerit. Idem em̄ erat ei qd̄ ē h. b. h aūt nulli e. inerat. Si aūt g. ⁊ d. idē. a alicui e. nō inerit: Nā ei (quod g) non inerit a. qm̄ neq; d. g. aūt ſub e. eſt Quare alicui e: nō inerit a. Si aūt ei quod eſt g. ſit b. idem ɔuerſus erit ſyllogiſmus. Nā g. inerit omī a. Nā b. ei quod eſt a. c aūt ei quod eſt b. Idem em̄ erat b. ei qd̄ eſt g. a aūt ei quod eſt e. omni q̄dem nō neceſſarium eſt ineſſe. alicui aūt neceſſariū. eo ꝙ ɔuertitur vl'e p̄dicatum ad ꝑticulare Manifeſtū eſt ergo qm̄ ad p̄dicta perſpiciendū vtriuſq; in vnaquaq; queſtione. per hoc em̄ omnes ſyllogiſmi. Oportet aūt et ſequentiū quibus ſeq̄tur ſingulū ad prima quidem et vl'ia maxime inſpicere. vt e. q̄dem magis ad r. f. q̄ȝ ad ſolū f. a. aūt ad r. c. q̄ȝ ad c. ſolum. Si em̄ ei qd̄ eſt r. f. ineſt a. et ei qd̄ eſt f. ⁊ e. ineſt a. Si vero huic nō ſeq̄tur a: poſſibile eſt ei qd̄ eſt f. ſeq̄. a. Sil'r āt et in q̄b' idē ſequit̄ ɔſiderandū Nā ſi p̄mis et his (q̄ ſub ipis ſunt) ſeq̄tur. ſi āt nō neq; in his aut que ſub ipis ſunt ɔtingit Palā āt qm̄ ꝑ tres terminos ⁊ duas ꝓpōes ɔſideratio. ⁊ ꝑ p̄dictas figuras ſyllogiſmi oēs Monſtratur em̄ omni quidem e. ineē a. qñ eoꝝ q̄ ſunt c. ⁊ f. idē ſumit̄ Hoc āt erit mediū. Extremitates āt a. et e. fit āt p̄ma figura alicui āt qñ c. et g. ſumit̄ idē Hoc āt poſtrema figura. mediū em̄ fit c. g. nulli ꝟo qñ d. f. idē Sic āt ⁊ p̄ma figura ⁊ media Nā p̄ma q̄dē qm̄ f. ineſt a. Si q̄dē ɔuertit̄ p̄uatiua. f. āt oī e. media āt qñ d. a āt nulli. e āt oī ineſt Alicui āt nō ineſſe qñ g. et d. idē fuerint Hoc āt poſtrema figura Nā a. q̄dē nulli g. inerat. e. ꝟo oī g. Manifeſtū ē igit̄ qm̄ ꝑ p̄dictas figuras oēs ſyllogiſmi

Et qm̄ non eligendū q̄ in oīb' ſequunt̄. eo ꝙ null' fiat ſyll's ex ipis. Nam ɔſtruere q̄dē oīno nō erit ex ſequētib' p̄uare āt nō ɔtingit ea q̄ oīb' ſequunt̄ Oportȝ et em̄ huic q̄dē ineē. illi ꝟo nō ineſſe Manifeſtū āt qm̄ ⁊ alie ɔſideratōes q̄ fiunt ſm electōes inutiles ad faciēdū ſyllogiſmū. vt ſi ſequētia vtriq; eadē ſit .. aut q̄ ſeq̄t̄. a. q̄ non ɔtingit e. ineē. Aut rurſum q̄cūq; nō poſſibile vtriq; ineē Nō em̄ fit ſyll's ꝑ h. Nā ſi ſequentia ſint eadem vt b. ⁊ f. media fit figura p̄dicatiuas hn̄s vtraſq; ꝓpōnes Si āt q̄ ſeq̄t̄ a. ⁊ q̄ nō ɔtingit e. vt c: ⁊ h. p̄ma figura p̄uatiuā hn̄s eam ad minorē extremitatē ꝓpōem Si āt q̄cūq; nō cōtingit vtriq;. vt d. et h. p̄uatiue vtreq; ꝓpōnes vel in p̄ma vel in media figura. ſic āt nullo mō fit ſyll's Palā āt ⁊ q̄ eadē ſumendū ſm ɔſideratōem. ⁊ q̄ diuerſa āt ɔ̄ria Primū q̄dē qm̄ medij g. inſpectio. mediū āt nō diuerſum. ſȝ idem oportȝ ſumere. deīn ⁊ i q̄b' accidit fieri ſyllogiſmū eo ꝙ ſumant̄ ɔ̄ria. aut nō ɔtingētia eidē ineē reducunt̄ ad p̄dictos modos. vt ſi b. et f. ſint ɔ̄ria aut nō ɔtingētia eidē ineē Erit em̄ his ſumptis ſyllogiſmis qm̄ nulli e. ineſt a. Sȝ nō ex ipis ſȝ ex p̄dicto mō. Nā b. a. q̄dē oī f aūt nulli inerit. Quare neceſſe ē idē. b. alicui eoꝝ q̄ ſunt h. Rurſum ſi b. ⁊ g. non ɔtingat eidē ineē. qm̄ alicui e. nō inerit a Nā ⁊ ſic media erit figura Nā b. a. q̄dem oī g. ꝟo nulli inerit. q̄re neceſſe ē b. idē eſſe alicui eoꝝ q̄ ſunt h. Nā nō ɔtingere b ⁊ g. eidē ineē. nihil differt aut b. alicui h. idē eē. Oia nō ſumpta ſunt q̄ nō ɔtingit e. ineē Manifeſtū ē ḡ qm̄ ex iſtis q̄dē inſpectionib' null' fit ſyll's neceſſe ē āt ſi b. ⁊ f ſint ɔ̄ria idē eē b. alicui h. ⁊ ſyllogiſmū ſꝑ fieri ꝑ h. Accidit ḡ ſic incipientib' ɔſiderare aliā viā neceſſariā. eo ꝙ q̄nq; latet identitas eoꝝ q̄ ſunt b. ⁊ h: Eodē āt mō ſe hn̄t ⁊ q̄ ad īpoſſibile ducunt̄ ſyllogiſmi oſtenſiui Nā et ipi fiūt ꝑ ea q̄ ſequunt̄ ⁊ q̄b' ſeq̄t̄ vtrūq; ⁊ eadeȝ ɔſideratio in vtriſq; Nā (qd̄ mōſtrat̄) oſtēſiue et ꝑ īpoſſibile ē ſyllogiſare ⁊ ꝑ eoſdē terminos. et qd̄ ꝑ īpoſſibile ⁊ oſtēſiue. vt qm̄ a. nulli e ineſt ponatur em̄ e. alicui a. ineē Ergo qm̄ b. oī: a. a. alicui āt ineſt e. ⁊ b alicui e. inerit. ſȝ nulli inerat

Rurſum qm̄ alicui e. ineſt a. Si em̄ nulli e. inē a. e. āt oi g. nulli g. inerit a. ſ3 oi inerat Silr̄ āt ⁊ in alijs ppōnib9. ſp em̄ erit ⁊ in oib9 p ipoſſibile oſtenſio ex ſeq̄ntib9. ⁊ q̇b9 ſeq̇r vtrūq3. ⁊ in vnaq̄q3 ppōne eadē ↄſideratio ⁊ oſtēſiue volenti ↄſiderare ad ipoſſibile deducere Nā ex eiſdē ter/minis vtreq3 demōſtratōes. vt ſi oſtenſum eſt nulli e. ineſſe a. qm̄ accidit. b. alicui. e. ineſſe. qđ ē ipoſſibile. ſi ſumptū ſit b. e. q̇dē nulli a. āt ineē oi b. manifeſtū em̄ qm̄ nulli e. inerit. Rurſum ſi oſtēſiue ſyllogiſatū ſit. a ineē e. nulli e. ponētib9 a. ineē p ipoſſibile mōſtrabit̄ nulli ineē Silr̄ āt et in alijs. In oib9 em̄ neceē ē his (q̇ p ipoſſibile ſyllogiſant) cōem aliquē ſumere terminū alium a poſitis ſubiectis ad quem erit mendaciū ſyll's Quare ↄuerſa ea ppōne altera aūt ſilr̄ ſe hn̄te. oſtenſiuus erit ſyll's p eoſdē terminos. Differt āt oſtēſiu9 ab eo q̇ ad ipoſſibile. qm̄ i oſtēſiuo q̇/dem ſm veritatē ābe ponunt̄ ppōes. in eo āt q̇ ad ipoſſibile falſa vna Hec g̃ erūt mag̃ manife/ſta p ſequētia qn̄ de ipoſſibili dicem9 Nūc aūt vnū nobis tm̄ ſit manifeſtū. qm̄ ad h̄ pſpicien/dū ⁊ oñſiue volētib9 ſyllogiſare. ⁊ ad ipoſſibile deducere In alijs āt ſyll'is q̇ ſunt ex ypotheſi vt q̇cūq3 ſm trāſſumptōe3. aut ſm q̄litatē i ſubiectis nō in his q̄ ſunt in p̄orib9: ſ3 in trāſumpt̄ erit ↄſideratio Mod9 āt inſpectōis idē Cōſi/derare āt op3 ⁊ deīn q̄t modi ſt̄ ypotheſi. Mō ſtrat̄ g̃ vnaq̄q3 ppōnū ſic Eſt āt ⁊ alio mō q̄da3 ſyllogiſare ho2 vt v'ia p pticularē inſpectōem ex ypotheſi Si em̄ c. ⁊ g. eadē ſint. ſoli āt g. ſu/mat̄ e. ineē. oi e. inerit a. Et rurſu3 ſi d. ⁊ g. eadē ſint. de ſolo āt g. p̄dicet̄ e. qm̄ nulli e. ierit a. ma/nifeſtū g̃ ⁊ ſic inſpiciendū Eodē āt mō ⁊ i ne/ceſſarijs ⁊ in ↄtingētib9. Nā eadē ↄſideratio et p terminos eoſdē erit. ⁊ eodē ordine ⁊ ↄtingētis et ineē ſyll'is Sumendū āt ⁊ in cōtingētib9 ⁊ q̄ nō inſunt. poſſibilia āt ineē Oſtenſu3 em̄ ē qm̄ et p hec fit ↄtingētis ſyll's Silr̄ āt ſe habebit et in p̄dicamētis. Manifeſtū g̃ ex p̄dictis qm̄ nō ſolū poſſibile ē p hāc viā fieri oēs ſyll'os. ſed etiā qm̄ p aliā ipoſſibile Ois em̄ ſyll's oſtēſum ē quō p aliquā p̄dicta2 figura2 fit. Has āt ⁊ non ↄtingit p alia ↄſtitui niſi p ſequētia ⁊ q̇b9 ſequit̄ vnūq̄dq3 Ex his em̄ ppōes ⁊ mediū ſumptio. q̄re nec ſyllogiſmū poſſibile fieri p alia Ergo me thod9 q̇dē de oib9 eade3 eſt circa phiam ⁊ circa artē quālibet ⁊ diſciplinā Opo2t3 āt q̄ inſunt et q̇b9 īſunt circa vnūq̄dq3 colligere. ⁊ his ⁊ pluri/mis abundare. ⁊ hoc p tres terminos ↄſidera/re Deſtruente3 q̇dem ſic. ↄſtruentem ṽo ſic Et ſm veritatē q̇dem ex his q̄ ſm veritatem ſcripta ſunt ineſſe. ad dyalecticos aūt ſyllogiſmos ex ppoſitionib9 q̄ ſunt ſm opinionē. Principia aūt ſyllogiſmo2 v'ir q̇de3 dicta ſunt. et quō ſe habeant ⁊ quō opo2t3 inq̇rere ea q̄tenus nō aſpicia/mus ad oia q̄ dicunt̄ neq3 ad oia ↄſtruētes ⁊ deſtruentes. Neq3 ↄſtruētes de oi aut de aliquo. et deſtruentes ab oib9 aut ab aliq̇b9: ſ3 ad pau/cio2a et determinata Scōm ſingulū āt eo2ū q̄ ſunt oportet eligere vt de bono ⁊ de diſcipli/na. ppria āt in vnaquaq3 ſunt palā Quare p̄ncipia q̇dē q̄ ſunt circa ſingula experimēto ē tradere Dico āt vt aſtrologiā q̇dē experientiā aſtrologice diſcipline Sumpt̄ ſufficiēter apparētib9. ſic ⁊ inuente ſunt aſtrologie inuentōes ⁊ demōſtratōes Silr̄ āt ⁊ circa aliā ſe h3 ⁊ artē ⁊ diſci/plinā Quare ſi ſumantur q̄ inſunt circa ſingula noſtrū eſt iā demonſtratōes prompte declara/re Si em̄ nihil ſm hiſto2iā omittat̄ eo2 q̄ ſub/tiliter ⁊ vere inſunt reb9. habebim9 de oi cui9 ē demonſtratio. hāc āt inuenire et demonſtrare cuius aūt non nota eſt demonſtratio. hoc face/re manifeſtū eſt Uniuerſalit̄ g̃ quo oportet mō demonſtratōes ⁊ ppōnes eligere pene dictum eſt Studioſe aūt ptranſiuimus in eo negotio qđ circa dyalecticā eſt Qm̄ āt diuiſio p genera p̄ua q̄dā pticula eſt dicte methodi. facile ē videre Eſt āt diuiſio velut īfirm9 ſyll's. Nā qđ optet q̇dē oñdere petit. Syllogiſat̄ ṽo ſp aliq̇d ſupio2 Primū ṽo ide3 h̄ latuit oēs vtētes ea et ſuadere conati ſunt. velut eēt poſſibile de ſubſtantia demōſtratōem fieri ⁊ de eo qđ quid eſt Quare neq3 q̄3tū qm̄ nō ↄtingebat ſyllogiſare eos q̇ q̄3tū diuidūt intellexerunt. neq3 qm̄ ↄtingebat ſic quēadmodū diximus. g̃ in demōſtrationib9 q̇dē cū oporteat q̇ ſyllogiſare in oi ineē opo2t3 mediū p qđ ſyll's fit et in minus ſp eſſe et nō de tota p̄o2i extremitate Diuiſio āt econtrario fit. nā v'ius ſumit mediū. Sit em̄ aial q̇de3 in quo a. mortale aūt in quo. b. immortale in q̄ c. homo vero cuius terminum oportet ſumere in quo. d. Omne ergo aial accipit aut mortale aut immortale Hoc āt ē q̇cq̇d eſt a aut b. aut c. eſt Rurſum hominem ſemp qui diuidit ponit aial eſſe Quare de. d. ſumit. a. eſſe Ergo ſyll's q̇dem eſt. qm̄. d. aut. b. aut. c. oīe eſt Quare hominē aut mortalē aut immortalē oportet ſume/

re. mortale em̄ aut immortale neceſſe eſt eē aial mortale aute3 nō neceſſariū eſt eſſe. ſed petitur. Hoc aūt erat qđ optebat ſyllogiſare Et rurſu3 q̇ ponit aial q̇dē mortale a: in quo aūt b. pedes habēs. in quo aūt c nō habēs pedes hoīem vero d. Silr̄ ponit a q̇de3 aut in b aut in c eē Omne aial aut pedes h3 aut nō h3. de d aūt a. Na3 hominē aīal mortale eſſe ſumpſit. quare pedes habēs aut nō habēs eē aīal neceſſe eſt hominē. pedes autē habēs nō eſt neceſſe. ſed ſumit. hoc autē erat qđ optebat rurſum oſtēdere. ⁊ ad hūc modū ſp diuidētibus v'le quidē accidit eis mediū ſumere de quo optebat oſtēdere et differentias ⁊ extremitates Finē aūt qm̄ aut hoc eſt hō aut quicq̇d erit qđ querit̄. nihil aūt dicūt palam dictū vt neceſſariū eſſe. Et em̄ aliā via3 faciunt oīno neq3 cōtingentes idoneitates opinantes eſſe. manifeſtū autē qm̄ neq3 deſtruere neq3 conſtruere hac via. neq3 de accidēte aliq̇d aut de pprio ſyllogiſare. neq3 de genere. neq3 in quibus ignorat̄ vtrū hoc mō aut illo ſe habet. vt vtrum diameter aſſimeter aut ſimeter ē: Si em̄ ſumat qm̄ ois longitudo vel aſſimeter vel ſimeter eſt. diameter aūt longitudo ſyllogizatū eſt qm̄ aſſimeter vel ſimeter eſt diameter. Si aūt affirmat aſſimeter qđ opteat ſyllogiſare ſumet: non ergo oſtendet. Nā via quidē hec p hanc aūt non eſt oñdere ſimetrū aut aſſimetrū in quo a longitu/do. b autem ſimeter vel aſſimeter diameter eſt.

Manifeſtū eſt igit̄ qm̄ neq3 ad omnē conſi/derationē cōgruit inq̇ſitionis modus. neq3 in quib9 maxime videt̄ conuenire in his vtil'. Ex quibus ergo demōſtrationes fiunt. ⁊ quomo/do. ⁊ ad que pſpiciendum ſm vnāquanq3 pro/poſitionem manifeſtum eſt ex predictis.

Querit̄ Utrū ars inueniēdi mediū ſit ſuffi/cienter aſſig̃ta in textu Arguit̄ p̄o q nō. q2 nulla ſcīa reſolutoria debet ↄſiderare de inuentōe. ſed hec ſcīa eſt reſolutoria. g̃ hic nō debet ↄſiderari de inuētione mediū. Secundo inuencio mediū non p̄t ſciri niſi reſpiciendo ad aliquam materiā. ſed in hoc libro nō determiat de ſyllogiſmo ↄtracto ad aliquā materiā. ſed de ſyllogiſmo nō ↄtracto. ergo hic male determinat̄ de mediū inuentiōe. Tercio in hoc libro nō determina: de inuentōne maio2is extremitatis vel mino2is. ergo nec debet a ſimili determinari de inuentione mediū In oppoſitum eſt phus in textu

Sciendū p̄mo q poſtq̄3. p. determinauit de formatōe oīm ſyllogiſmo2 ⁊ oñdit nume2 p̄ncipio2 ſyllogiſmo2. hic ↄſr̄er oſtendit modū inueniēdi mediū ad quālibet ↄcluſionē. q2 ad pfecte habendū artē ſyllogiſandi non ſufficit ſcire formatōem ſyllogiſmo2. ſed opt3 habere poteſtatē p quā poſſumus formare ſyllogiſmū in omni ppoſito et iſta poteſtas acq̇ritur p artē inueniendi mediū. que ars tradit̄ reſpiciēdo ad an̄s ⁊ ad ↄſequens ⁊ ad extraneū reſpectu extremo2 ↄcluſionis q̄ ſunt p̄dicatū ⁊ ſubiectum et oīa iſta p octo l̄ras deſignant̄. Nam p a deſignat̄ p̄dicatum cōcluſionis. p b ↄſequens ad ip̄m. p c an̄s ad ipſum. et p d extraneū. ⁊ p e ſignat̄ ſubiectū ↄcluſionis. p f ↄſeq̄ns ad ip̄m. p g an̄cedens ad ip̄m. ⁊ per h ſignat̄ extraneū iuxta illos verſus. Predicat a. b ſequens. c p̄cedit. d ſit extra. E ſubit. f ſeq̇tur. g p̄cedit. h ſit extra.

Sciendū ſcđo: q artis inueniendi medium nouē regule aſſignant̄. Prima eſt mediū qđ eſt cōſequens ad ſubiectū ⁊ an̄cedens ad p̄dicatu3 valet ad inferendum ↄcluſionē vniuerſalē affirmatiuā. p3 q2 tale mediū poteſt vniuerſaliter verificari de ſubiecto. ſc3 de minore cu3 ſit ei9 cōſequens. ⁊ de ip̄o poterit p̄dicatū vniuerſaliter verificari. ⁊ ſic ibi erit diſpoſitio ad arguendū in p̄mo mō p̄me figure. ergo tale mediū valet ad cōcludendū vniuerſalē affirmatiuā ⁊ hec habitudo mediū cū extremis ſignat̄ p hāc dictionē fecana. Secūda regula q mediū quod eſt an̄cedens ad ſubiectū ⁊ p̄dicatū ſimul valet ad cōcludendum particularē affirmatiuā in tercia figura. Patet q2 per tale mediū poterit argui in darapti dyſamis ⁊ datiſi. ⁊ p conſequens in darij ⁊ hec cōbinatio deſignatur per Cageti.

Tercia regula eſt. q mediū quod eſt extraneū ad predicatum ⁊ ↄſequens ad ſubiectū valet ad concludendū vniuerſalē negatiuā. Patet quia tale mediū poterit vniuerſaliter affirmari de ſubiecto cu3 ſit cōſequens ad ip̄m et negari de p̄dicato cum ſit ſibi extraneū vel p̄dicatum de ip̄o ergo poteſt argui in ceſare ⁊ in celarent p tale mediu3. ⁊ hec cōbinatio ſignificat̄ p hanc dictionem dafenes. Quarta regula eſt. medium quod eſt extraneū ſubiecto. et ad p̄dicatū cōſequens. valet ad concludendū vniuerſalē negatiuā. Patet. quia in eo poteſt argui in cameſtres. ⁊ ſignificat̄ hec diſpoſitio p hebare Quinta regula eſt. medium quod eſt an̄cedens ad ſubiectū ⁊ extraneū ad p̄dicatū valet ad concludendū particularē negatiuā. Patet q̄a p ipſum poterit argui in oīmbus modis cōcludentib9 directe vel indirecte particularē negatiuā. excepto baroco in quo poterit inuenire medium per hebare. ⁊ ſignatur per gedaco Sexta regula eſt. medium an̄cedens ad ſubiectū et cōſequens predicato valet ad concludendū particularem affirmatiuā indirecte. Patet quia p ipſum poterit argui in oīb9 modis cōcludentib9 indirecte particularē affirmatiuā in p̄ma figura. Etiā poterit argui in dyſamis. ⁊ deſignat̄ hec regula p gebali. Septima regula eſt. mediū cōſequens ad ſubiectū ⁊ predicatum ſimul non valet ad aliquā ↄcluſionē. quia ex ipſis argueret̄ ex puris affirmatiuis in ſecunda figura. et ſignatur hec diſpoſitio per febas.

Octaua regula eſt. mediū extraneū ſubiecto et p̄dicato ſimul nō valet ad aliquā concluſionē Patet q2 p ipſum argueretur ex puris negatiuis. ⁊ deſignat̄ p hedas Nona regula eſt. medium extraneū ad ſubiectū. et an̄cedens ad predicatū non valet ad aliquā concluſionē. quia p ipſu3 argueretur minore negatiua in prima figura ⁊ ſignat̄ hec diſpoſitio p hanc dictione3 heca. ⁊ iſte nouem regule poſſunt haberi per iſta metra. Fecana cageti dafenes hebare gedaco. Gebali ſtant. ſed non conſtant febas hedas ⁊ heca Unde in ſex p̄mis dictionibus per vocalem tercie ſyllabe deſignat̄ q̄lis ⁊ q̄nta ſit ↄcl'o inferēdo p a. ſ. q ſit v'lis affirmatia. ⁊ c̄tijs iuxta ṽſus iſtos. Aſſerit a negat e ſunt v'r ambo. Aſſerit i negat o ſunt p̄ticulariter ambe

Concluſio prima. ↄuenienter ponunť tm̄ nouem regule artis inueniēdi mediū. ꝓbať ↄclō. qꝛ omne mediū eſt inter ſubiectū ⁊ p̄dicatū ↄcluſionis. vel q̄ eſt conueniēs cū vtroqꝫ vel diſcōueniēs cū vtroqꝫ. vel ↄueniens mi vno ⁊ extraneuꝫ alteri. Si p̄mū hoc eſt q̄drupl'r. qꝛ vel eſt ↄn̄s ad vtrūqꝫ ⁊ ſic eſt febas. vel an̄s ad vtrunqꝫ. ⁊ ſic eſt cageti. vel ↄn̄s ad ſubiectū ⁊ an̄s ad p̄dicatū. ⁊ ſic eſt fecana. vel ecōtra. ⁊ ſic eſt gebali. ſi ſit extraneū vtriqꝫ. ⁊ ſic ē hedas. ſi ↄueniat vni ⁊ ſit extraneū alteri hoc eſt dupl'r. vel cōuenit cū ſubiecto vl' cū p̄dicato. Si p̄mū hoc eſt dupl'r. vl' eſt ↄn̄s ad ſubiectū. ⁊ ſic eſt dafenes. vel an̄s et ſic eſt gedaco Si ſcōm hoc eſt dupl'r. vel eſt ↄn̄s ad p̄dicatū. ⁊ ſic eſt hebare. vel an̄cedens. ⁊ ſic eſt heca

Concluſio ſecunda et rn̄ſalis ad queſitum. Ars inueniēdi mediū eſt ſufficiēter enumerata. ꝓbať concluſio. qꝛ illa eſt ars inueniēdi mediū que valet ad oēs ſyllogiſmos oſtēſiuos ⁊ ex ypotheſi tā de ineſſe q̄ꝫ ex modalibus. ⁊ etiā valet in oībus artib⁊ ⁊ ſciētijs ad inferendū concluſiones. Sed iſta ars inueniēdi mediū valet in oībus p̄dictis ſicut ꝓbat ph̄s inductiue in oībus. ⁊ ratō cōmunis eſt. quia in om̄ibus p̄dictis p̄t inueniri medium reſpiciendo ad an̄cedentia cōſequētia et extrema reſpectu extremorum cōcluſionis. ergo iſta ars eſt ſufficiens.

Dubitať primo. Quid intelligiť in iſta arte inueniēdi mediū ꝑ an̄s ↄn̄s ⁊ extraneū Ad dubiū rn̄detur ꝙ ↄn̄s vt hic ſumiť nō eſt ↄcluſio illata ex an̄te. ſed eſt terminus q̄ p̄t vl'r de alio verificari. vel vt ſupius cēntrale vel accidētale vel vt ↄuertibile. Naꝫ ir cōuertibilib⁊ vtrūqꝫ p̄t eſſe ↄn̄s ⁊ an̄s reſpectu alterius. ſe. an̄s in ꝓpoſito eſt illud de quo poſſit aliquid verificari vl'r. Extraneū diciť illud quod p̄t vniuerſaliť negari de alio ſicut eſt lapis reſpectu homis. ⁊ iſtā tria debent attendi reſpectu ſubiecti ⁊ p̄dicati cōcluſionis. vt dictū eſt

Dubitať ſecūdo. Quare in trib⁊ vltimis dictionib⁊ non poniť tercia ſyllaba ſicut in p̄cedentib⁊. Ad dubiū rn̄detur. ⁊ cauſa eſt. qꝛ iſte dictōes ſignificāt ↄbinationes inutiles nō valētes ad aliquā concluſionē. ideo non poniť ibi tercia ſyllaba. ſed per vocales duaꝝ primaꝝ ſyllabarū ſignificanť extremitates cōcluſionis. ꝑ a p̄dicatū. ⁊ ꝑ e ſubiectum. ⁊ per conſonantes illis cōiunctas ſignificatuť habitudo medij ad ſubiectum vel predicatū ſm̄ ꝙ eſt conſequens vel an̄cedens vel extraneū

Ad rōnes Ad primā dicitur ꝙ iſta ſciētia reſolutoria nō cōſiderat p̄ncipaliter de inuētione. tm̄ p̄t de illa ↄſiderare minus p̄ncipaliter ꝓut ordinať ad cognitōeꝫ reſolutoriā. ⁊ hoc mō conſiderať hic inuētio medij vt ꝑ ipſam de q̄libet ſpē ſyllogiſmi poſſimus habere noticiā reſolutoriā Ad ſcōam d̄r ꝙ inuētio medij nō reſpicit materiā determinatā. ſed p̄t vl'r fieri in q̄libet materia tam neceſſaria q̄ꝫ ꝓbabili et ſophiſtica. qꝛ licet ſyll's hic ↄſideratꝰ abſtrahat a materia ſpēali. non tm̄ abſtrahit a materia cōi qꝛ in ipō requiriť habitudo medij ad extremū ſm̄ quā fit diſpō modi ⁊ figure. Ad terciā d̄r ꝙ diſpō medij plus facit ad ſyll'm q̄ꝫ cognitio maioris vel mioris extremitatꝭ cū mediū ſit vnitiuū illaꝝ extremitatū a q̄ ſyll's capit vnitatē. ideo potius eſt hic agendū de inuentione medij q̄ꝫ de inuentione maioris vel minoris extremitatis

❡ Tractatus ſeptimus

Quomodo āt reducemus ſyllogiſmos in predictas figuras dōm erit poſt hec reſtat hec ↄſideratio Si em̄ ⁊ generationē ſyll'oꝝ inſpexerimꝰ. ⁊ inueniēdi mediū habemus poteſtatē Amplius aūt factos ſi reducemꝰ in p̄dictas figuras. fineꝫ habebit qꝺ ē p̄ncipio poſitū Accidēt etiā ſil'r ea q̄ p̄dicta ſunt cōfirmari. ⁊ manifeſtiſſima eē qm̄ ſic ſe hn̄t ꝑ ea q̄ nūc dicēda ſunt. Optet em̄ om̄e qꝺ verū ē ipm̄ ſibi oīno ꝑ hoc manifeſtū eſſe Primū ḡ optꝫ tēptare duas ꝓpōnes accipe ſyllogiſmi: faciliꝰ em̄ in maiora diuidere q̄ꝫ in minora. maiora āt cōpoſita q̄ꝫ ex q̄bus cōponiť Deiñ ↄſiderare vtra in toto ⁊ vtra in pte. etſi non ambe ſumpte ſint neceſſe eſt eū ponere alterā Aliq̄tiēs em̄ vl'eꝫ ꝓtendētes eā q̄ in hac ē nō ſumūt neqꝫ ſcribentes neqꝫ interrogātes. aut has q̄dem ꝓtendunt. ꝑ quas aūt ↄcludanť omittunt. al's vero vane inq̄runt Conſiderandū eſt ergo ſi quid ſupfluū ſumptū ſit. ⁊ quid neceſſarioꝝ omiſſuꝫ et hoc q̄dem ponendū. illud vero auferendum donec veniat quis ad duas ꝓpōes Sine his em̄ nō eſt reducere ad figurā (id eſt formā ſyllogiſmi) interrogatas orōnes In aliq̄b⁊ igiť facile eſt videre qꝺ minus eſt. aliq̄n vero latent. ⁊ videnť q̄dem ſyllogiſare. eo ꝙ neceſſariū q̄d accidat ex his q̄ poſita ſunt. vt ſi ſumať nō ſubſtātia interempta ſubſtantiā nō interimi: ex q̄b⁊ āt eſt interemptis. ⁊ qꝺ ex his eſt corrūpi. his em̄ poſitis neceſſariū ſubſtātie ptē eſſe ſubſtantiaꝫ nō tm̄ ſyllogizatū eſt per ea q̄ ſumpta ſunt. ſed deſunt ꝓpōnes ydonee Rurſus ſicut eſt hō neceſſe eſt eſſe aīal. ⁊ cū eſt aīal ſubſtātia. ⁊ cuꝫ eſt hō neceſſe eſt eſſe ſubſtantiā. ſed nondū ſyllogizatū eſt. nō em̄ ſe habēt ꝓpōnes vt diximꝰ Fallimur em̄ in talib⁊. eo ꝙ neceſſariū qꝺ accidit ex his q̄ ſunt poſita. qm̄ ⁊ ſyll's neceſſarius ē. In plurib⁊ aūt neceſſariū q̄ꝫ ſyll's. nā om̄is ſyll's neceſſarius. neceſſariū vero nō om̄e eſt ſyll's Quare nō ſi quid accidit poſitis q̄buſdā ſtatim reducere tēptandū eſt. ſed p̄mū ſumendū duas ꝓpōnes Deinde ſic diuidendū in terminos. mediū aūt ponendum eſt terminoꝝ. que in vtriſqꝫ ꝓpoſitionib⁊ dictū eſt. neceſſe eſt em̄ mediuꝫ in vtriſqꝫ eſſe in oībus figuris. Si ergo ſubijciať et p̄diceť mediū. aut ipm̄ p̄dicetur q̄dem. aliud vero ad ipſo abnegetur. prima erit figura Si aūt p̄dicetur et abnegeť ab aliquo. media figura erit. Si vero alia de illo p̄dicantur. aut hoc

quidem p̄dicetur. illud vero abnegeť. poſtrema ſic em̄ habuerit in poſtrema figura mediū. Sil'iter aūt etſi nō vniuerſales ſint ꝓpoſitiones. nam eadem demōſtratio medij

Manifeſtū igitur eſt qm̄ in qua orōne non d̄r idem frequenter. non fit ſyllogiſmus. non em̄ ſumptū eſt medium

Dubitatur primo. Vtrū verū ſit quod iam dcm̄ eſt. ꝙ ſingularia ſint priora quo ad nos. ⁊ vl̄ia ſint priora ſimplr̄ ⁊ quo ad naturā. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ pmo phyſicoꝝ dr̄ ꝙ vl̄ia ſunt pora quo ad nos ⁊ poſteriora ſm naturam. g̊ male dr̄ hic ꝯtrariū Ad dubium rñdetur. ꝙ Areſto. hic loqtur ꝯparādo ꝑticulare ſimplr̄ ad vl̄e ſm ordinē cognitōis ſenſitiue ad intellectiuā in nobis. Et qꝛ cognitio ſenſitiua por eſt in nobis ꝙ̄ intellectiua. ideo ſingulare quo ad nos eſt pus ꝙ̄ vl̄e. Sed in ꝓhemio phyſicorū ꝯparat phs magis vl̄e ad minꝰ vl̄e ꝯparādo vnā cognitōem intellectiuā magis vl̄em ⁊ ꝯfuſam ad aliā. ſcꝫ ad diſtinctā que eſt de minꝰ vl̄i. qđ dr̄ ſingulare in reſpectu. ⁊ hoc mō vl̄e eſt pus notū nobis ⁊ minus notū ſm naturā. ⁊ ſingulare eſt magis notū ſm naturā.

¶ Dubitat̄ ſecūdo: Vtrum verum ſit ꝙ demonſtratio ꝓcedat a poribꝫ ⁊ notioribꝫ ſimplr̄. Et videtur ꝙ nō. qꝛ dr̄ pmo phyſicoꝝ innata eſt nobis via a notioribꝫ nobis in notiora nature ꝓcedere. ſed in demonſtratione oportꝫ ꝓcedere ſm viā nobis innataꝫ. g̊ demōſtratio nō ꝓcedit ex notioribꝫ ⁊ poribꝫ ſimplr̄ Ad dubium reſpōdet̄ ꝙ in oī demōſtratiōe opꝫ ꝓcedere ex his q̄ ſunt nota nobis. nō tñ ex ſingularibꝫ ſꝫ ex vl̄ibꝫ. qꝛ nihil pt̄ nobis notificari niſi ꝑ illud qđ eſt magis notū nobis. ſed qñq̄ illud qđ eſt magis notū nobis eſt etiā magis notū ſm naturā. vt in mathematicis in qbꝫ ꝓpter abſtractōnem a materia ſolū fiūt demōſtrationes ex pncipijs formalibꝫ. ideo ibi demonſtratio fit ex notioribꝫ ſimplr̄. Qñq̄ vero illud qđ eſt magis notū nobis eſt minus notū ſm naturam ſicut in naturalibꝫ in qbꝫ eſſentie ⁊ ꝟtutes naturales. qꝛ ſꝫ in materia ſunt nobis occulte. ideo cognoſcūtur ꝑ ſuos effectus. Vñ in talibꝫ vt in pluribꝫ fiunt demōſtratiōes ex notioribꝫ nobis ⁊ minus notis ſm naturam. ſed tales demonſtratōes nō ſunt ꝓpter qđ. ſed qꝛ eſt. ⁊ hoc mō ſoluꝫ eſt ad ꝓpoſitū de demōſtratōe ꝓpter qđ. Et ſic pꝫ q̄lr̄ demōſtratio ꝓcedat ex ꝓprijs ⁊ necārijs ſimplr̄ ⁊ q̄liter nō

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ finis eſt cã efficientis ⁊ efficiens eſt cã finis diuerſimode qꝛ finis ſm ꝙ eſt in intentõe eſt cã efficiẽtis ⁊ medij ordinati ad finẽ. ſed finis ſm eſſe qḋ hꝫ in executiõe eſt effectꝰ efficiẽtis in genere cauſe efficiẽtis. ⁊ ſic ꝯſiderando finem ſm ꝙ eſt in intentõe bene ponit in definitõe demõſtrationis Ad ſecũdã dꝛ ṗmo ꝙ in ꝓpoſito ꝓpões dicũtur ṗme qꝛ ſunt imediate ⁊ indemonſtrabiles. Qḋ pꝫ ꝑ phm ꝗ ꝓbans demõſtratiõeꝫ eſſe ex ṗmis ꝓbat ꝙ eſt ex indemonſtrabilibꝫ. Ideo ꝓpões ṗme nõ ſolũ dicũtur de ṗmis dignitatibꝫ ꝗ ꝑtinẽt ad metaphyſicũ ſolũ ſed etiã de oĩbꝫ ṗmiſſis imediatis que pñt accipi in aliqua ſcia particulari. Secũdo dꝛ ꝙ ṗmũ ſe hꝫ in plus ꝙ̃ verũ. ⁊ veruꝫ ꝙ̃ imediatũ. Ideo bene ordinãtur ille ꝑticule Vñ ſicut in ordine veraruꝫ ꝓpõnum ſunt aliq̃ ṗme vere. ita in ordine falſarũ ſunt alique ṗme falſe ꝗ oppõnuntur ṗmis veris. ideo poſt illã particulã ṗmis additur ⁊ veris. Et qꝛ verarũ ille que ſunt mediate nõ ſunt ṗmiſſe demõſtratõis. ſꝫ magis ꝯclões. Ideo addit imediatis. Dicit vlteriꝰ ꝙ ṗmũ ⁊ ṗus diſtinguũtur. qꝛ ad rõnem ṗmi ſufficit negatio anterioris. ſed ṗus cũ hoc dꝛ ordinẽ ad poſterius. ⁊ h̃ requirit ad demõſtratõem. ſcꝫ ꝙ ṗmiſſe habeant ordineꝫ ad ꝯcluſioneꝫ. Et adhuc nõ ſufficit ꝙ ṗmiſſa ſit ṗor. ſed requirit ꝙ ſit notior. Nã ṗus ⁊ notius diſtinguũtur. vt ṗus dem̃ eſt Et requirit ꝙ ṗmiſſe ſint ṗores ſm naturam ideo ſubiũgitur ꝙ ſint cauſe ꝯcluſionis. vñ pꝫ ꝙ in definitione nõ eſt nugatio ¶ Ad ſecũdã dꝛ ꝙ in illa definitõne dat intelligi ꝙ demõſtratio ſit ex ꝓprijs ꝑ hoc ꝙ ex ṗmis et ꝑ hoc ꝙ eſt ex cauſis. qꝛ nẽce eſt ꝙ cauſe ꝓxime ſint proportõate effectui. Et etiã ꝑ hoc ꝙ dꝛ imediatis. ſcilꝫ ex immediatis ſm ſe. i. ex indemonſtrabilibꝫ

Eſt aũt ṗncipiũ demrãtiõis ꝓpõ immediata. Immediata aũt ẽ qua nõ ẽ altera ṗor neq̃ notior Propoſitio aũt eſt enũciatõis altera ꝑs vnũ de vno enũcians. Dyalectica q̇dem ẽ ſiliter accipiens qḋlibet. Demõſtratiua aũt determinate alterũ. qm̃ verum ẽ. Enũciatio aũt ꝯtradictõis quãlibet ꝑtem Cõtradictio aũt ẽ oppoſitio cuius nõ eſt mediũ ſm ſe. Pars aũt cõtradictõis (que aliq̇d de aliquo ẽ) affirmatio ẽ Que vero ẽ aliquid ab aliquo. negatio ẽ. Immediati aũt ſyllogiſtici ṗncipij poſitiõeꝫ q̇dem dico. quã nõ ẽ monſtrare ſed ponere. neq̃ nẽce eſt habere docendũ quẽlibet. Quã vero neceſſe ẽ habere docendũ quẽlibet dignitatẽ vel maximã ꝓpõnem. ſunt em̃ quedã hmõi. Hoc em̃ maxime in huiuſcemodi ꝯſueuimus noĩe dicere Poſitõis aũt illa pars que quidem ẽ quãlibet partiũ enũciatiõis accipiens. vt dico eſſe aliquid. aut non eſſe ſuppoſitio eſt. ꝗ vero ſine hoc definitio eſt. Definitio em̃ poſitio q̇dam ẽ. Ponit em̃ arithmeticꝰ vnitatẽ hanc indiuiſibilem eſſe ſm quãtitatẽ. Suppoſitio aũt non eſt. id em̃ (qḋ quid eſt vnitas et eſſe vnitatem) non eſt idem.

¶Querit. Utruꝫ definitio ⁊ diuiſio primi ṗncipij imediati ſint ſufficienter aſſignate. ¶ Arguit ṗmo ꝙ nõ. qꝛ ṗma dignitas que eſt ṗmũ ṗncipiũ eſt ṗor ⁊ notior omibꝫ alijs. ⁊ tñ alie ſunt ꝓpões imediate. ĝ male definit ꝓpoſitio imediata. que eſt qua nõ eſt altera ṗor neq̃ notior ¶ Scḋo ſic. aliqḋ eſt ṗncipiũ demonſtratiõis qḋ nõ eſt dignitas ſuppoſitio vel definitio. ĝ male diuiditur ṗncipiũ demonſtratõis ꝑ dignitatẽ ⁊ poſitiõem. que diuiſio ſolum ſub ſe ꝯtinet ſuppõnem ⁊ definitõem. Añs pꝫ qꝛ de ꝓpõne ingrediente demõſtratõem que ſimpl'r eſt indemonſtrabilis. ⁊ nõ eſt dignitas neq̃ definitio. Nec dꝫ dici ſuppoſitio. qꝛ etiã in alia ſcia nõ ſupponit. ¶ Tercio ſic. definitio ꝯtinet ſub poſitiõe ⁊ tñ nõ ſcat eſſe vel nõ eẽ nec eſt ſuppoſitio. ĝ male diuidit ṗncipiũ imediatuꝫ ꝑ ſuppoſitõem ⁊ definitõem. In oppõ eſt phs in textu

¶Sciendũ primo. ꝙ poſtq̃ phus poſuit definitõem materialẽ demõſtratiõis ⁊ ꝓbauit eam ꝑ particulas eius. Hic ꝯſequẽter ponit aliqua valentia ad declarationem illius definitõnis ⁊ etiaꝫ ṗcedentis. Et primo oſtendit quid ſit propoſitio imediata ⁊ qũo diuidit. quia dictum eſt ꝙ demõſtratio ꝓcedit ex imediatis. Et ſecundo probat ꝙ neceſſe eſt demonſtratõem ꝓcedere ex notioribꝫ. Et tercio remouet quoſdã errores ꝗ circa dicta pñt ꝯtingere. oſtendendo ꝙ nõ omniũ habet ſcientia ꝑ demõſtrationẽ oſtendendo ꝙ nõ omia pñt demonſtrari demonſtratõe circulari. Et ṗmũ iſtoꝝ videbit in queſtione pſenti. Circa qḋ dꝛ phus ꝙ ṗncipiũ demonſtratõis eſt ꝓpoſitio imediata. Et ꝯſequenter hoc mõ illam definit. Propoſitio imediata eſt qua nõ eſt alia ṗor neq̃ notior. Vñ aliqua ꝓpoſitio poteſt dici imediata dupl'r. Vno mõ qꝛ caret medio ꝑ qḋ poſſit demõſtrari ṗdicatũ ineẽ ſubiecto ⁊c. Alio mõ qꝛ eſt ꝓxima ꝯclõni demonſtrãde ſcans ꝓpriam ⁊ adequatã cãm eius. qḋ ſcatur ꝑ ꝯcluſioneꝫ et h̃ nõ ꝯuenit dignitatibꝫ. Ideo nõ ingrediũtur demõſtrationem niſi virtualiter. Sed ꝓpões que ſm ſubſtantiam demonſtratõem ingrediũtur dicũtur imediate. Conſequenter in textu ad notificandũ ꝓpõnem imediatã. ⁊ definitõem eius phus definit ꝓpõnem in ꝯmuni dicens. Propoſitio eſt enũciatõis altera pars vnuꝫ de vno ſcans. Et ꝯſequenter diuidit eam in dyalecticã ⁊ demõſtratiuam. Inter quas ponit talem drñam. qꝛ dyalectica indeterminate accipit quãlibet partem ꝯtradictõis. eo ꝙ dyalectica ꝓpoſitio eſt ꝓbabilis. mõ nõ ſolum verũ eſt probabile. ſed etiã falſum eſt probabile. Ideo dyalecticus habet viã ad vtrãq̃ partẽ ꝯtradictõis. Sed demonſtratiua determinate accipit vnã partem ſcꝫ veram. qꝛ demonſtratiua ꝓpoſitio debet eſſe neceſſaria. ideo demonſtrator nõ interrogat de ꝯſenſu rñdentis. ſicut dyalecticus. qꝛ neceſſitas ex opinione reſpõdentis nõ dependet. ſicut ꝓbabilitas. ideo demonſtrator ſolũ habet viam ad partẽ veram. Et qꝛ in definitõe ꝓpõnis ponit enũciatio. ideo phus definit enũciationem hoc mõ. Enũciatio eſt que vtrãq̃ partẽ ꝯtradictionis ꝯplectit. Et qꝛ in hac definitõe ponit ꝯtradictio ſubiũgit definitõem eius dicens. ꝙ ꝯtradictio eſt oppoſitio cuius ſm ſe nõ eſt dare mediũ. Quãuis em̃ inter ṗuatiõem ⁊ habitum et inter ꝯtraria immediata non ſit medium circa determinatum ſubiectum. tamen eſt medium per abnegationem vtriuſq̃ ab alio ſubiecto. vt lapis nõ eſt videns nec eſt cecus. ⁊ albedo nõ eſt par vel impar. Et adhuc illam immediatõem quam habent participant a ꝯtradictione quam aliquo modo includũt. Naꝫ

ṗuatio que eſt negatio habitus in ſubiecto determinato includit negatõem vnius ad alterũ. Et etiã alteruꝫ ꝯtrarioꝝ circa ſubiectũ determinatũ includit ṗuatõem alterius. ſed ꝯtradictio penitus caret medio. ⁊ hoc habet a ſeipſa. Ideo bene dꝛ cuius ſm ſe nõ eſt mediũ. Conſequẽter exponit phus quid ſit pars. ꝯtradictõis. dicens ꝙ partiũ ꝯtradictõis quedam eſt affirmatio que predicat aliquid de aliquo. Alia ṽo eſt negatio que remouet aliquid ab aliquo. ⁊ omnia ṗdicta ponũtur ad innuendum quid ſit propoſitio immediata.

¶ Sciẽdum ſecundo. Ꝙ principium immediatũ demonſtrationis diuiditur in poſitõem ⁊ dignitatem que ſic inter ſe differũt. qꝛ poſitio eſt quã non ꝯtingit demonſtrare nec nẽce eſt quẽlibet docẽdũ habere eam id eſt intelligere. Sed dignitas eſt quã nõ eſt demonſtrare ⁊ neceſſe eſt quẽlibet docendũ ipſam habere. Et huiꝰ rõ eſt qꝛ q̃uis in hoc ꝯueniãt dignitas ⁊ poſitio ꝙ vtraq̃ eſt immediata. quia predicatum eſt de ratõne ſubiecti. tamẽ differũt. quia dignitates conſtituũtur ex terminis generalibꝫ vt ex ente ⁊ vno ⁊ ꝯſimilibꝫ. qui ſunt noti apud omes qꝛ ens eſt ṗma cõceptio intellectus. Ideo ꝓpões que ex illis ꝯponũtur ſunt note apud omes. Sed poſitões in demonſtratõe ponũtur ⁊ ꝯſtituũtur ex terminis ſpẽalibꝫ. cũ demonſtratio ex terminis ſpẽalibꝫ procedat ⁊ ex ꝓprijs ſed illi termini nõ ſunt noti apud omnes. Ideo neq̃ ꝓpoſitões que ex ipſis cõponũtur. q̃uis tamẽ ſint ꝑ ſe note ⁊ immediate. ſicut iſta. omis angulus rectus eſt omi alteri angulo recto equalis

¶Concluſio prima. Propoſitio imediata bene definit ꝙ eſt qua non eſt altera ṗor neq̃ notior. Probatur ꝯcluſio ꝑ ꝯditões bone definitionis. que ſibi ꝯueniũt Non em̃ debet intelligi qua non eſt altera prior ſimpliciter ⁊ abſolute loquendo. ⁊ ſm ordinem perfectionis. ſꝫ intelligendum eſt ꝙ non eſt altera prior per quam poſſit demonſtrari. Omnes em̃ ꝓpoſitiones immediate in hoc cõueniunt ꝙ nulla ipſarum habet mediũ quo poſſit demonſtrari. Ideo nulla habet propoſitõem priorem ſe in eodeꝫ genere terminorum in qua predicatum ṗus ꝯueniat predicato q̃ ſubiecto. Unde dignitates abſolute loquendo ſunt priores poſitionibꝫ que formaliter ingrediuntur demonſtratiõem. Tamen ꝑ huiuſmodi dignitates nõ poſſunt demonſtrari ille poſitões. cum dignitates ſint ꝯmunes ⁊ demonſtratio procedat ex ꝓprijs Ideo ꝓpoſitio immediata eſt qua non eſt altera ṗor neq̃ notior. per quam poſſit demonſtrari.

¶Concluſio ſecũda: Principiũ immediatum demonſtrationis bene diuiditur per poſitionem ⁊ dignitatem Probatur ꝯcluſio per ꝯditiones bone diuiſionis que huic diuiſioni ꝯueniũt. Unde duplicem differentiam aſſignat Egidius de roma inter dignitates ⁊ poſitiones. Prima eſt. quia omnes dignitates ſic ſunt immediate ꝙ ſimpliciter ſunt indemonſtrabiles. ⁊ abſolute loquendo non habent alias priores. ſed premiſſe demonſtrationis ꝗ dicũtur poſitiones non ſemper ſimpliciter ſunt indemonſtrabiles. ſed ſolum in illa ſcientia in qua tanquam per ſe note accipiũtur. vt premiſſe demonſtrationis. Alia differentia eſt quia dignitates ſolum dicũtur immediate. quia carent medio per quod poſſit demonſtrari ṗdicatũ ineſſe ſubiecto. ſed premiſſe vtroq̃ modo predicto poſſunt eſſe immediate. ⁊ quia videlꝫ carent medio. ⁊ quia proxime ſunt concluſioni demonſtrande

Dubitatur primo. Qualiter diuiditur poſitio in textu Ad dubiũ reſpõdetur ꝙ diuiditur in ſuppoſitõem ⁊ definitõem. Unde ſuppoſitio eſt poſitio que dꝛ aliquid eſſe vel non eſſe. ⁊ ſic verũ vel falſum ſcat. Sꝫ definitio eſt poſitio que nõ dicit eſſe vel non eſſe. nec debet definitio ꝓprie dici ſuppoſitio. qꝛ illud dꝛ ſuppoſitio qḋ ſupponitur habere veritatẽ. tñ definitio bene dꝛ poſitio. qꝛ tanq̃ ṗncipiũ in demonſtratõe ponitur ſicut arithmeticꝰ ponit vnitatem eſſe aliquid indiuiſibile ſm quãtitateꝫ ⁊ ſupponit quantitatem eſſe

¶Dubitat ſecũdo: Utrum predicta definitio ꝓpõnis ſit ſufficiens. in qua dꝛ ꝓpoſitio eſt altera pars enũciatõnis. Et videtur ꝙ nõ. qꝛ diuiſa ꝓpõne in dyalecticam ⁊ in demonſtratiuaꝫ dꝛ ꝙ dyalectica accipit vtrãq̃ partem ꝯtradictõis. ergo videt ibi eſſe ꝯtradictio Ad dubiũ reſpondet. ꝙ ſicut in ſyllogiſmo ꝯcluditur vnũ de vno. ita oportꝫ ꝙ ꝓpoſitio ꝗ eſt ṗmiſſa ſyllogiſmi ſit vna. Ideo oportꝫ ꝙ omis ſyllogiſans alteram partẽ ꝯtradictionis accipiat. ſed tñ ille qui a ṗncipio mouet queſtioneꝫ pt̃ vtrãq̃ partem interrogare Ideo cum dꝛ ꝙ dyalectica ꝓpoſitio vtrãq̃ partem ꝯtradictõnis accipit. nõ eſt intelligendum ꝙ ſic actu ingrediat ſyllogiſmũ. qꝛ illo mõ eſt altera pars tm̃. ſed eſt intelligendũ ꝙ q̃tum ad interrogationem ſumit cũ vtraq̃ ꝑte ꝯtradictõis

¶Ad rationes Ad primam dicitur. ꝙ licet ṗma dignitas via generatiõis ⁊ ꝓpter maiorẽ ꝯmunitatem ſuorũ terminoꝝ ſit ṗor omnibꝫ alijs. tamen non eſt ṗor in rõne ṗncipij. ſic ꝙ per ipſam alie poſſint demõſtrari. Ideo quelibet illarũ inquãtum non poteſt demonſtrari per ṗorem poteſt dici ṗma Ad ſecũdam dicit ꝙ aliqua ꝓpoſitio poteſt dici ſuppoſitio dupl'r. Uno mõ in ordine ad ꝯclõnem que ꝑ eam demonſtrat cui ſupponit. qꝛ de ṗmiſſis oportꝫ ſupponere ꝙ vere ſint ſiue ſint ſimpliciter indemonſtrabiles ſiue in illa demonſtratõne demonſtrent. ⁊ hoc mõ h̃ capit ſuppoſitio. Alio mõ ꝓpoſitio poteſt dici ſuppoſitio. qꝛ in illa ſcia in qua ſumit ꝓbari nõ pt̃ q̃uis poſſit in alia ꝓbari Ideo ſupponit. vt geometer ſupponit iſtam verã a quolibet pũcto in qḋlibet pũctũ ꝯtingit rectam lineam ducere. quã tñ demonſtrat phyſicus in ſexto phyſicoꝝ. oſtendens ꝙ impoſſibile eſt duo indiuiſibilia in ꝯtinuo eſſe immediata. ⁊ hoc mõ nõ capitur hic ſuppoſitio. ſed primo modo. Ad terciã dꝛ ꝙ Areſtoteles nõ diuidit imediatam ꝓpõnem. ſed mediatũ ṗncipiũ. mõ imediatũ ṗncipiũ demõſtratõis dici pt̃ non ſolũ ꝓpoſitio. ſed etiã definitio ſiue poſitio. Uel aliter dici pt̃. ꝙ licꝫ definitio non ſit ꝓpoſitio in actu eſt tñ in virtute. qꝛ cognita definitione alicuius ſtatim ipſa poteſt enũciari. quia cognoſcitur in eſſe ſuo definito.

Qm̃ aũt opꝫ credere ⁊ ſcire rem in hmõi habendo ſyllogiſmũ quẽ vocamus demõſtrationẽ. Eſt autem hic ꝙ eſt ea ſcire ex quibꝫ ẽ ſyll's neceſſe eſt nõ ſolum ṗcognoſcere ṗma aũt omnia aut quedã. ſed etiã magis. Semꝑ em̃ propter qḋ vnũqḋq̃ tale ⁊ illud magis. vt propter qḋ amamus illud magis amicũ eſt. Quare ſi q̇dem ſcimus per ṗma ⁊ credimus. illa quidẽ ſci

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mus ⁊ credimus magis. quoniã ꝓpter illa ⁊ poſteriora. Nõ poteſt aũt credere magis que ſit que nõ ↄtingũt neq; ſciens neq; melius diſpoſitus q̃ ſciens ſi ↄtingit ſcire. Accidit autẽ hoc niſi aliq̃s credentiũ ꝓpter demõſtratõem ꝑcog nouerit. Magis necẽ eſt credere principijs aut omnib⁊ aut q̇buſdam q̃ ↄcluſioni. Magis aũt debentẽ habere ſciam per demonſtratiõem Non ſolũ oꝫ ꝑncipia magis cognoſcere ⁊ magis ipſis credere q̃ ei qđ demonſtratur. ſed neq; aliud ipſo credibilius eſſe neq; notius oppoſitis ꝑncipijs ex quib⁊ erit ſyllogiſmus ↄtrarie deceptionis. ſi q̇dem oportꝫ ⁊ ſcientẽ ſimpliciter nõ incredibilẽ eſſe. Quibuſdã quidẽ igiť ꝓpter id qđ oportet prima ſcire nõ videtur ſciẽtia eſſe. Quibuſdam autem eſſe quidẽ omniũ tamen demõſtratões eſſe. quorũ neutrũ neq; verũ neq; nccãriũ eſt. Supponẽtes eñ nõ eſſe omnino ſcire. hi in infinitum volunt reduci tã q̃ non ſint vtiq; ſciẽtes poſteriora ꝓpter ꝑma. quorum nõ eſſe ꝑma recte dicẽtes. Impoſſibile eñ eſt infinita trãſire. Si ſtent ⁊ ſint ꝑncipia hec ignota eẽ nccẽ eſt. cum demonſtratio ipſorum nõ ſit qđ vere dicũt eſſe ſcire ſoluꝫ. Si eñ nõ eſt ꝑma ſcire neq; que ſunt ex eis eſt ſcire ſimpliciter neq; ꝓprie: ſed ex conditione ſi illa ſint Quidam aũt ꝙ ipſum q̇dem ſcire ⁊ cõfitentur ꝑ demonſtrationẽ eñ eẽ ſolum. ſed omniũ eſſe demonſtrationẽ nihil prohibet Contingit eñ circulariter fieri demonſtrationẽ: ⁊ hoc ex his que ſunt ad inuicem. Nos autẽ dicimus neq; omnẽ ſciẽtiam demonſtratiuam eẽ. ſed immediatorum indemonſtrabilẽ eſſe. ⁊ hoc quidem nccãrium ſit manifeſtum eſt Si eñ neceſſe q̇d eſt ſcire priora ex quib⁊ eſt demonſtratio Stãt aũt immediata aliq̃n hec ꝑora indemonſtrabilia nccẽ eſt eſſe. Et hoc igitur ſic dicimus ⁊ nõ ſolum ſcientiam ſed ⁊ ꝑncipium ſcie eſſe q̇ddã dicimus in q̃tum terminos cognoſcimus

¶ Queriť. Utruꝫ neceſſe ſit magis credere ꝑncipijs q̃ ↄcluſioni. Arguitur ꝙ nõ. quia nõ eſt neceſſe credere ꝑncipijs cũ homo volũtarie ↄſentit ipſis. ergo nõ eſt neceſſe magis credere ꝑncipijs q̃ ↄcluſiõi. Et ↄfirmatur. q2 notitia ꝑncipioꝝ ⁊ notitia ↄcluſionis adinuicẽ differũt ſpecie. ergo nõ ſunt adinuicem ↄparabiles ſm magis ⁊ minus ¶ Scđo ſic. ſi credulitas principioꝝ excedat credulitatẽ concluſionis. ponamus ꝙ credulitas ꝑncipiorum ſit vt quatuor. ⁊ credulitas ↄcluſionis ſit vt tria. et remittatur vniformiter. ⁊ tandem deueniať ad hoc ꝙ adhuc ſit vnus gradus de credulitate ꝑncipiorũ ⁊ nihil erit de credulitate ↄcluſionis. ergo cognoſcentur ꝑncipia debite diſpoſita. ⁊ nõ cognoſcetur ↄcluſio. ¶ Tercio ſic. concluſionis noticia eſt noticia alicui⁹ in ꝓpria forma. ⁊ in particulari. noticia vero ꝑncipioꝝ eſt noticia alicuius in vniuerſali. ergo noticia principiorum non eſt ꝑfectior noticia ↄcluſionis. In oppoſitũ eſt phus in textu

¶ Sciendum primo. Ꝙ poſtq̃ phs oſtendit que ſunt ꝑma ⁊ immediata. Conſequẽter oſtendit q̃liter demonſtratio eſt ex ꝑorib⁊ ⁊ notiorib⁊. Primo ꝓbãdo ꝙ ꝑncipia ex quib⁊ procedit demõſtratio ſunt magis nota ↄcluſio. Et ſecũdo oſtendit ꝙ falſitas oppoſitorum illorũ ꝑncipiorum debet eſſe notiſſima ſicut prima principia ſunt notiſſima in veritate

¶ Sciendũ ſecũdo. ꝙ notitia ↄclõnis duob⁊ modis haberi ꝑt Uno mõ ꝑ demõſtratõeꝫ ⁊ ex ꝑncipijs et de tali notitia ↄclõnis eſt hic ad ꝓpoſitũ Alio mõ ꝑt haberi notitia ↄclõnis ꝑ ſenſum aut quodã alio mõ q̃ ꝑ demõſtratõem. ⁊ hoc mõ ↄcluſio ꝑt eſſe nota ſine hoc ꝙ ꝑncipia cognoſcuntur. vt ꝑꝫ de iſta ↄclõne eclypſis ſolis eſt. vel ſol eclipſatur.

¶ Concluſio prima: Neceſſe eſt magis credere ꝑncipijs demonſtratõis oib⁊ aut quibuſdã q̃ ↄcluſiõi que demonſtrať. Probat phs ꝑmo rõne oſtenſiua ſic. ꝓpter qđ vnũq̇dq; tale ⁊ illud magis. vt ſi diligamus aliquid ꝓpter alterũ puta magiſtrũ ꝓpter diſcipuluꝫ. magis amamus diſcipulũ. ſed accipiens notitiã ↄclõnis ꝑ demõſtratõem credit ipſi ↄclõni ꝓpter ꝑncipia ꝑus credita ⁊ ꝑ cognita. g̃ neceſſe eſt ipm magis credere ꝑncipijs q̃ ipi cõcluſioni. Scđo ꝓbat rõne ducẽte ad impoſſibile. q2 ꝑncipia cognoſcũtur añ ↄclõnem vt dcm̃ eſt. g̃ qñ ꝑncipia cognoſcũtur nõdũ ſciť ↄclõ. ſi g̃ ꝑncipia nõ eſſent notiora cõcluſione ſeq̃reť ꝙ neq; ſciens neq; meli⁹ diſpoſit⁹ q̃ ſciens cognoſceret magis ea q̃ nouit q̃ ea q̃ nõ nouit. ſed hoc eſt impoſſibile. q2 oportꝫ magis credere his que aliquis nouit vt ſunt ꝑncipia

¶ Concluſio ſecũda Nõ ſolũ oportꝫ magis credere ꝑncipijs q̃ ↄclõni ſꝫ etiã nihil dꝫ eẽ certi⁹ in falſitate oppoſitis ꝑncipioꝝ. Probať ↄclõ. q2 q̇cũq; dubitat de falſitate vni⁹ oppoſitoꝝ nõ ꝑt firmiter adherere alteri oppoſito in ꝟitate. q2 q̃tũ formidat de falſitate vnius tm̃ formidat de veritate alteri⁹ g̃ nccẽ eſt oppoſita ꝑncipioꝝ eſſe notiſſima in falſitate. ſi ꝑncipia ſint notiſſima in veritate. Uñ oppoſita ꝑncipioruꝫ vt dr̃ in textu ſunt illa ex q̇b⁊ eſt ſyllõs ↄtrarie deceptõis q̇ generat errorẽ ⁊ ignorantiã ſicut demõſtratio ſciam. vt poſtea videbiť

¶ Dubitatur primo. Utruꝫ illa ꝓpõ. ꝓpter qđ vnũq̇dq; tale ⁊ illud magis ſit ꝟa. Arꝫ ꝙ nõ. q2 aliq̇d ẽ albũ ꝓpť albedinẽ. ⁊ tñ albedo nõ eſt magis alba. etiã ignis genit⁹ ẽ calid⁹ ꝓpť ignẽ generãtẽ. ⁊ tñ generãs nõ eſt magis ignis. etiã aliq̇d fit calidũ ꝓpter motũ localem. ⁊ tñ mot⁹ localis nõ eſt magis calid⁹ Ad dubiũ rñdeť ꝙ iſta ꝓpõ ꝟitatẽ hꝫ in oib⁊ cauſis ꝑ ſe eẽntialẽ ordinẽ hñtib⁊ ad ſuos effect⁹ Nã rõ illi⁹ ꝓpõnis eſt q2 talis cã ſꝑ eſt ꝑor ⁊ notior ſuo effectu. Hoc tñ ↄtingit dupľr. q2 qñq; cã ⁊ effect⁹ ↄueniũt in noie vt in cauſis vniuocis. ⁊ tunc idẽ nomẽ. ꝑ ꝑus ⁊ magis dr̃ de cã q̃ de effectu. ſicut ignis ẽ magis calid⁹ q̃ ea q̃ ꝑ ignẽ caleſiũt. Qñq; ꝟo cã ⁊ effect⁹ nõ ↄueniũt in vno noie ſicut in eq̇uocis ⁊ in talib⁊ nomẽ effect⁹ nõ dr̃ magis de cã ſed hñ aliq̇d digni⁹ ⁊ excellẽti⁹. ſicut in ſole q̇ eſt cã caloris in iſtis inferiorib⁊. licꝫ nõ ſit i eo calor formaľr tñ in eo eſt aliq̇d digni⁹ calore vt puta lux vel

aliqua virtus que ẽ principium caloris ⁊ ſic in ſe virtualiter cõtinet calorem. Ideo in iſtis non tenet hec regula arguendo ſecũdũ idem nomẽ. ſed in alijs. Tũc ad ꝑmã inſtantiam dr̃ ꝙ albedo ⁊ albuꝫ non conueniunt in noie. Ideo ſi aliquid eſt album ꝓpter albedinẽ nõ ſequiť ꝙ albedo ſit magis alba ſed bene ſequiť ꝙ in albedine eſt aliquid excellentius albo. q̇a predicatio eſſentialis eſt certior denominatiua. Cum igiť albedo de ipſa ꝑdiceť eſſentialiter hoc eſt excellentius q̃ ſi de ea predicareť denoiatiue dicẽdo. albedo eſt alba. Ad aliam diciť ꝙ inter ea q̃ ſunt eiuſdẽ ſpẽi nõ eſt ordo eſſentialis ſed ſolũ accidentalis. Ideo ꝓpõ nõ habet veritatẽ de igne generante ⁊ genito niſi itelligatur ꝙ ignis generãs ſit cauſa geniti q̇ ad fieri ⁊ ſic ignis generans magis calidus eſt q̃ ignis genitus ſed nõ ſi capiať in eſſe genito. Ad tertiã dr̃ ꝙ licꝫ in motu locali nõ ſit calor formaliter ſed tantuꝫ virtualiter tamẽ in eo eſt aliquid excellentius ſcꝫ virtus per quã eſt quodãmõ principium oim motiuũ eo ꝙ eſt ꝑm⁹ motus. et primũ in vnoquoq; genere eſt cauſa per ſe eorum que ſunt poſt.

Dubitať ſecundo. Quare in prima ratione prime ↄcluſionis dicitur omnib⁊ ꝑncipijs aũt quibuſdã Et quid intelligit phs ꝑ melius diſpoſitũ q̃ ſit ſciens in ſecũda rõne eiuſdã cõcluſionis. Ad dubiũ diciť primo. ꝙ quedaꝫ ſunt principia ingrediẽtia demõſtratõem que indigent probatõne ſicut in ſcientijs ſubalternatis q̃ vtuntur ꝑncipijs oſtenſis in ſcientia ſubalternante. Et talia principia ante ↄcluſionẽ nõ ſunt magis nota concluſione. Uel aliter põt dici ꝙ qñq; ↄcluſiones ſunt magꝭ note ꝑ ſenſum q̃ ꝑncipia ꝑ q̃ cognoſcũť vt ꝙ luna eclipſeť. tñ ꝑncipia ſunt magis nota in via rõnis ꝓcedentis ex cognitõne principij in cognitõem effectus vt ꝙ terra interponatur inter ſolem et lunã debet eſſe notius intellectui q̃ ꝙ luna eclipſetur. Secũdo dicitur ad dubiũ ꝙ ꝑ melius diſpoſitũ q̃ ſit ſciens intelligit phs ↄgnoſcentẽ principia q2 habitus principiorũ dignior ẽ ⁊ ꝑfectior habitu ↄcluſionis q̇ dicitur ſcia. Et habitus ꝑncipiorũ dr̃ intellectus accipiens nomẽ potẽtie cuius eſt habitus ꝓpter naturalem habitudinẽ. ⁊ imediatum ordinem ipi⁹ intellectus ad pricipia quoꝝ cognitõem accipit ſine quocunq; diſcurſu rõnis ſicut cõiter ꝑmarius actus ⁊ ꝑmarius habitus alicuius potentie noiatur noie illius potentie. vt primarius actus volũtatis dr̃ voluntas.

Ad rõnes. Ad ꝑmam diciť ꝙ ibi neceſſe non dicit neceſſitatem abſolutam ſed ſolum neceſſitatem ex ſuppoſitõne ſcꝫ ſi debeamus aſſentire concluſioni propter principia neceſſe eſt magis credere principijs. Ad confirmationem dr̃ ꝙ noticia ↄcluſionis ⁊ noticia ꝑncipiorum non poſſunt ↄpari cõparatione ꝓprie dicta q2 illa fit ſolũ reſpectu vnius forme in ſpecie poſſunt tamen ↄpari ↄparatõe cõiter dicta q2 conueniũt in hoc ꝙ vtraq; noticia eſt circa ↄprehenſionẽ alicuius neceſſarij et hoc modo habitus ꝑncipioruꝫ poteſt dici certior ⁊ clarior habitu ↄclõnis. Ad tertiã dr̃. ꝙ ſi noticia ꝑncipioꝝ et noticia ↄcluſionis poſſent remitti vniformiter ſm ꝓportionẽ Arithmeticã que fit ſcđm eq̃litatẽ quantitatis ſequeretur illud inconueniẽs. ſed iſto modo non pñt remitti vniformiter. Sed ſi remittanť vniformiter ſm proportõem geometricã hoc eſt ſecũdum equalitatem proportionis. vt digiti dicunť equaliter creſcere in manu ſm ꝓportionẽ hoc modo ille noticie poſſunt remitti vniformiter ſed hoc modo nunq̃ ſequitur illud inconueniens Ad terciam dicitur ꝙ cũ dr̃ ꝙ noticia principiorũ ẽ noticia alicuius in vniuerſali ſi alicuius referatur ad cõcluſionẽ que virtualiter ſcitur in principijs hoc eſt verũ ſed ſi referatur ad principia hoc ẽ falſum q2 noticia principiorum in ſe multo certior eſt et magis diſtincta ⁊ perfecta q̃ ſit noticia concluſionis in ſe accepta.

Circulo quoq; ꝙ impoſſibile ſit demonſtrare ſimpliciter manifeſtum eſt. Si vero ex prioribus oportet demonſtratõnem eſſe ⁊ notioribus. Impoſſibile eñ eadem ſimul ſibijpis priora eſſe ⁊ poſteriora niſi altero modo. vt hec q̇dem ad nos illa vero ſimpliciter. quo certe modo inductio facit notum. Si aũt ſic eſt nõ erit vtiq; ſcire ſimpliciter bene demonſtratum ſcire. ſed dupliciter. aut nõ ſimpliciter altera demonſtratio fit ex nobis notioribus. Accidit ãt dicentibus circulo demõſtrationem eſſe. non ſolum quod nũc dictum eſt. ſed nihil aliud dicere q̃ hoc eſt ſi hoc eſt. ſic eñ facile eſt demonſtrare oĩa: Manifeſtũ autẽ eſt ꝙ hoc accidit trib⁊ terminis poſitis. ꝑ multos eĩ ⁊ paucos reflectere dicere nihil differt ꝑ paucos aũt aut ꝑ duos Cũ eñ ex nccitate a ſit b hoc aũt c. cũ igitur a. ſit ex nccitate erit b. Si igiť cũ ſit a nccẽ ẽ eſſe b. hoc aũt cũ ſit. c. hoc eñ circulo ponať a. in quo ẽ c. b. igiť cũ ſit a eſſe dicere eſt ipm c. Dicere hoc aũt ẽ qm̃ cũ ſit a. eſt c. ſed c: cũ a. idẽ eſt quare accidit dicere circulo dicẽtes eſſe demõſtrationẽ nihil aliud niſi cũ ſit a eſt a. ſic aũt oĩa demõſtrare leue ẽ. At uero nec hoc poſſibile eſt niſi in his quecũq; alternatim ſe cõſequũtur ſicut ſunt propria. Uno q̇dẽ poſito oñſum ẽ ꝙ nequaq̃ neceſſe ẽ aliquid eẽ alterũ Dico ãt vno ꝙ neq; termino vno neq; ꝓpõne vna poſita Ex duab⁊ aũt ꝓpõnib⁊ primis ⁊ minimis ↄtingit ſic q̇dẽ ↄtingit ⁊ ſyllogiſare Si quidẽ igiť et a ipi b. et c. inhereat et hoc adinuicẽ ⁊ ipi a Sic q̇dẽ ↄtingit ex alterutris monſtrare oĩa q̃ſita in prima figura. ſicut oñſum ẽ in his q̃ de ſyllogiſmo ſunt Oñſuꝫ ẽ aũt ꝙ i alijs figuris aut nõ fit ſyllõs aut ñ de acceptis: nõ ãt ꝑdicãtia eq̃liť neq̃ q̃ ẽ mõſtrare circulo Quare qm̃ pauca hmõi in demrãtõib⁊ ſunt Manifeſtũ ẽ q̇dẽ ꝙ vane ⁊ impoſſibile ſit dicere ex his q̃ ſũt adiuicẽ eẽ demõſtratõem. ⁊ ꝓpťh ↄtigit oim eẽ demõſtratõem

Queriť. vtrũ circulo demõſtrare ſit ĩpoſſibile. Arguiť ꝙ nõ q2 ſyllõs circularꝭ ẽ vtilis dialetico ⁊ demõſtratori. vt dr̃ ſcđo priorũ. et tamen eſt poſſibilis. igitur demonſtratio circularis eſt etiam poſſibilis Secundo

fectum. igitur circulo demõſtrare eſt poſſibile. Tertio cauſe ſunt ſibi inuicem cauſe. vt dicitur ſcđo phyſicoꝝ igitur ↄtingit vnam demonſtrare ꝑ aliam ⁊ ecõtra. vt efficientem ꝑ finẽ ⁊ finem per efficientem. igitur circulo demõſtrare eſt poſſibile. In oppoſitũ eſt phs in textu.

¶Sciendũ primo. ꝙ poſtꝗ philoſophus oſtẽſtendit ꝗ ſunt principia imediata ⁊ ꝙ oportet demõſtrationem ſemper eſſe ex notioribus ſic ꝙ oportet pricipia demõſtratratõnis magis ſcire ꝗ concluſionem. Hic cõſequenter excludit duos errores qui circa predicta ↄtingunt. Et hoc ꝙ dictum eſt ꝙ oportet prius ſcire principia demõſtratõis ꝗ cõcluſionẽ. Et ex hoc qđ dictum eſt. ꝙ ſcire eſt effectus demonſtratõis Unde primus error fuit dicẽtium ꝙ de nullo põt eſſe ſciẽtia. Secundus fuit ꝙ omniũ poſſunt eſſe demonſtrationes et poteſt eſſe ſcientia.

Sciendum ſecũdo. ꝙ radix deceptionis illorũ de primo errore fuit. quia ꝑmo credebãt ꝙ nullius eſſet ſcientia niſi per demonſtrationem. et ꝙ neceſſe eſſet principia demõſtratõis pſcire. Et tunc arguebat ſic. vel eſt procedere in infinitũ in principijs vel eſt ſtatus. ſi primum nõ eſt deuenire ad prima. quia nõ eſt infinita pertranſire vt ad primũ deueniatur. igitur nõ eſt cognoſcere prima pricipia quib' ignoratis non poſſunt cognoſci poſteriora. Si ſit ſtatus ⁊ deueniatur ad prima tunc per demõſtratõnem neceſſe eſt ea ſcire anteꝗ ex eis aliquid demõſtretur ſed impoſſibile eſt ea ſcire cũ nullius habeatur ſciẽtia niſi per demõſtratiõem que ex prioribus procedit. Et illa ꝑncipia cũ ſint prima nõ habẽt aliqua priora. igitur ſiue ſit ſtatus ſiue ſit ꝓceſſus in infinitũ in principijs nihil contingit ſcire. Secũdo. radix ſecũdi erroris fuit. quia ipſi credebãt nullius eſſe ſciẽtiã niſi per demõſtrationẽ ⁊ cũ hoc dicebant ꝙ circulo demõſtrare eſt poſſibile. ⁊ ſic ſuppoſito ꝙ in principijs demonſtratõnis ſit ſtatus. tamen prima principia ſciuntur per demõſtrationem ꝗa ex cõcluſione demõſtrata cõtingit illa principia demonſtrare. ſed ad deſtruendũ radices iſtorum errorũ ponũtur due concluſiones

Cõcluſio prima Non omniũ ſcientia habetur per demõſtratõnem ſed imediatorum eſt ſcientia indemõſtrabilis. id eſt nõ accepta per demõſtratõnem. Probat phs qꝛ neceſſe eſt priora ſcire ex quibus fit demonſtratio. ſed neceſſe eſt iſta principia demonſtratiõis in aliqua imediata reducere. ſed imediata neceſſario ſunt indemõſtrata Nã dicũtur imediata quia carent medio inter ſubiectũ ⁊ predicatum quo poſſit predicatũ de ſubiecto demonſtrari. igitur neceſſe eſt aliquoꝝ habere ſcientiam ſine demõſtratione. Minor probatur. ſcꝫ ꝙ neceſſe ſit ꝑncipia in aliqua imediata reducere. nam niſi ſic oporteret inter ſubiectum et predicatum eſſe infinita media. Ex quo ſequeretur ꝙ infinitum eẽt finitũ. qꝛ media infinita eſſent concluſa inter duo extrema ⁊ ſic eſſent finita. Et ſic ptꝫ ꝙ principiorũ eſt ſciẽtia ⁊ nõ ſolum ſciẽtia immo cognitio ipſorum eſt ꝑncipium totius ſcientie. quia per principia cognoſcuntur cõcluſiones ⁊ quia illa principia cognoſcuntur per ſuos terminos. Nam principia cognoſcimus inꝗtum terminos cognoſcimus vt cognito quid totum. quid pars. ſtatim cognoſcimus ꝙ omne totum eſt magis ſua parte. Ideo principium ſcientie eſt cognitio terminorum. Hic tamẽ excipitur ſcientia communiter ꝓ omni certa ⁊ immutabili cognitõne ſiue proprie vocetur intellectus qui eſt principiorũ ſiue ſcientia que eſt concluſionum. Et nõ capitur hic ſcientia proprie quia nihil pfecte ſcitur niſi per demonſtrationẽ. Et ex ignorantia huius diſtinctõnis de ſcientia decepti fuerũt tenentes primam opinionem

¶Concluſio ſecunda. et reſponſalis ad queſitum circulo demonſtrare propter quid. et potiſſime. ita ꝙ vtraꝗ demonſtratio ſit potiſſima eſt impoſſibile. probatur concluſio tribus rõnibus phyloſophi Prima eſt quia in ſyllogiſmo circulari idem eſt principium et concluſio ſed in tali demõſtratione proceditur ex prioribus et notioribus. ſimpliciter reſpectu concluſionis. ſi igitur circulo cõtingat demonſtrare ſequitur. ꝙ idem eſt prius et poſterius ſimpliciter notius ⁊ ignotius reſpectu eiuſdem ⁊ in eodẽ ordine cognitionis quod eſt impoſſibile. eſſet tamen poſſibile in diuerſis ordinibus cognitionis Et ſi queratur. quare ſyllogiſmus dialecticus poteſt eẽ circularis cũ idem nõ poſſit eſſe prius et poſterius reſpectu eiuſdem. Ratio eſt quia non oportet ipſum procedere ex notioribus ſimpliciter ſed ex ꝓbabilib' ⁊ ex his que ſunt magis nota nobis : modo contingit idem eſſe magis ⁊ minus notum nobis ſecũduꝫ diuerſos modos Secũda ratio. ſi demonſtratio circularis eſſet poſſibilis ſequeretur ꝙ idem poſſet demõſtrari per ſeipſum. vt dicendo ſic homo eſt. ergo homo eſt. ⁊ ſic cuilibet tam ſcienti. ꝗ ignoranti facile eſſet omĩa demonſtrare. probatur conſequentia. quia demonſtrare circulariter nihil aliud eſt ꝗ ex concluſione redire principia. ſed cum ipſa cõcluſio nõ habet virtutem demõſtrandi illud ꝑncipium niſi ſcđm ꝙ eſt demõſtrata per ipſum. igitur idem eſſet ex cõcluſione redire ſupra principium ipſuꝫ demonſtrando ac ſi ſtatim ex principio oſtenderetur idẽ principiũ. vt ſi dicatur ſi eſt a. eſt b. ſi eſt b. eſt c. ſi eſt. c. eſt d. et ſtat reditus dicendo ſi eſt d. eſt. c. et ſi eſt c. eſt b. ſi eſt b. eſt a. Idem eſt ac ſi ſtatim diceretur ſi eſt a. ẽ a. ⁊ nihil refert ad hoc ꝙ fiat talis reditio an ſint plures termini medij aut pauci ꝗa vltimus non habet virtutẽ ꝓbandi niſi a primo. Tertia ratio. ſyllogiſmus circularis non eſt in omnib' terminis poſſibilis ſꝫ ſolum in cõuertibilibus. vt dictum eſt ſcđo priorũ. igitur nõ eſt verũ ꝙ oĩm poſſit eſſe ſciẽtia ꝑ demõſtrationẽ. vnde Et ſi demõſtratio circularis ſit poſſibilis nõ tñ niſi in valde paucis. ipa vꝫ. modo vanũ eſt ꝓpter pauca ponere vnũ genus demonſtratĩ. igitur falſum eſt dicere ꝙ oĩm ẽ ſcia ꝑ demõſtrationẽ. qꝛ ↄtingit eẽ demõſtrationẽ circularẽ. Et hec rõ indirecte ꝓcedit ↄtra poſitionẽ tenẽtium ſecundũ errorẽ.

Dubitatur primo. quare in ſecũda cõcluſione dictũ ẽ de demõſtratõne ꝓpter ꝗd ⁊ potiſſima. Ad dubiũ rñdetur ꝙ ꝓcedẽdo nõ ꝑ demõſtrationẽ potiſſimã pt fieri ſylls demõſtratiu' circularis ⁊ h ↄtingit trib' rõib' Primo mutãdo demõſtrationẽ ꝓpter ꝗd i. demrãtiõem qꝛ ẽ vt eꝫ. Scđo demõſtrãdo ꝑ diuerſa gña cãꝝ. vt finẽ ꝑ efficiẽtem ⁊ ecõtra Tertio mõ qñ vna ↄclo plurib' medijs demõſtratur ⁊ ſic demõſtrata fit notior altero illoruꝫ mediorꝝ. ⁊ põt iterũ aſſumi ad demõſtrandũ ipſum

¶Dubitatur ſecundo. qualiter iſtis caſibus obſeruatꝫ poſſibilis ẽ circulatio Ad dubiũ rñr. ꝙ ꝗuis ibi ſit ſylls circularis tñ nõ eſt formlr circulatio in rõne demõſtratõnis quia non fit regreſſus ab eodem puncto in idem punctum formaliter ſꝫ materialiter tantũ. vt quãdo demõſtratur effect' ꝑ cãm et iterũ cã ꝑ effectũ In ꝑma demonſtratõne cauſa tenetur vt notior ſimplr in ſecũda vero vt minus nota quo ad nos et ſic ſub diuerſis rõib' ſumitur in ꝑma ⁊ in ſecũda. Et ideo ibi proprie non eſt circulatio in ratõne demõſtrationis ſed in rõne ſyllogiſmi. Et ſilr oſtenderetur in alijs duobus modis. vt quãdo oſtẽditur finis per efficientẽ et econtra Eſt alia ratio efficientis. vt eſt cauſa efficiẽs ⁊ vt eſt effect' cauſe finalis.

¶Ad rõnes Ad primã em̃ dicitur ꝙ ſyllogiſm' circularis eſt vtilis dyalectico ⁊ demõſtratori qꝛ quãdoꝗ in demõſtrationib' poteſt fieri ſylls circularis ꝗuis nõ ſit circularis demõſtratio Alie due ſolute ſtꝫ ex dcis

Secundus tractatus

Quoniam aũt impoſſibile ẽ aliter ſe habere cuius ẽ ſcientia ſimpliciter. ⁊ qm̃ neceſſariũ vtiꝗ erit id eſſe ſcibile. qđ ẽ ſcđm demõſtratiuam ſcientiã. Demõſtratiua ãt eſt quã habemus in habendo demrãtionem ex neceſſarijs vtiꝗ ẽ ſyllogiſm' demrãtionis Accipiendũ igitur ẽ ex quib' ⁊ qualib' demrãtõnes

Primũ igitur determinãdum ꝗd dicimus de omni. et ꝗd per ſe. et quid vniuerſale. De omĩ quidem hoc dico qđ vtiꝗ ẽ non in quodã ꝗdem ſic in quodam aũt non. neꝗ aliqñ quidẽ aliqñ vero nõ. vt de oĩ homine animal. Si em̃ verũ ẽ dicere hominem eſt dicere aĩal. ⁊ ſi nũc alterum et alterum. ⁊ ſi in omĩ linea punctum ſimiliter eſt. Signũ aũt ẽ nam inſtãtias ſic ꝓferimus. ſic de omĩ interroganti. aut ſi in quodã aut ſi aliqñ non Per ſe aũt ſunt quecũꝗ ſunt in eo qđ quid ẽ. vt triangulo ineſt linea ⁊ linee pũctũ. Subſtantia em̃ ipoꝝ ex his ⁊ que oĩno ſunt in ratione dicenti quid eſt Et in quibuſcunꝗ eoꝝ ꝗ inſunt ipſi ipa in rõne inſunt quid ẽ demrãnti. vt rectũ inẽ linee et circulare. et impar et par nũero ⁊ primũ et ↄpoſitũ et triãgulare. qđ eſt eꝗlaterũ et ſcalenon. i. altera ꝑte lõgi' et ꝗ oĩbus his inſunt. in rõne quid eſt dicenti. huic ꝗdem linea inde nũerus. Similiter autez et in alijs hmõi vnũꝗdꝗ per ſe eẽ dico Quecũꝗ vero neutraliter inſunt accidẽtia ſunt. vt muſicum aut album animali Amplius qđ non de ſubiecto dicitur alio ꝗdã vt ambulans cũ alterum quodã ſit ambulans ⁊ albuꝫ. Subſtantia vero et ꝗcunꝗ hoc aliꝗd ſignificãt nõ alterum aliꝗd ſunt. ꝗ ꝙ vero ſunt. ꝗ ꝗdẽ igitur nõ de ſubiecto ſunt ꝑ ſe dico. Que ꝟo de ſubiecto accidẽtia. Item alio modo ꝗd ꝗdem ꝓpter ipſum ineſt vnicuiꝗ per ſe. ꝗd vero nõ ꝓpter ipm accidens eſt. vt ſi ambulãte choruſcat accidens eſt Non em̃ ꝓpter quod ambulat choruſcauit ſed ꝙ accidẽs eſt dicim' hoc. Si vero ꝓpter ipm ꝑ ſe. vt ſi aliꝗd interfectũ interijt ſcđm interfectionem. qm̃ ꝓpter id ꝗđ interfectũ eſt. ſꝫ nõ ꝙ accidat interfectũ interire. Que ergo dicũtur in ſimplr ſcibilib' ꝑ ſe. ſic ſunt ſicut ea ꝗ ſunt ineſſe ꝑdicãtib' ꝑ ſe. aut ineẽ propter ipſa que ſunt ex neceſſitate. Non ei ↄtingũt nõ eſſe aut ſimpliciter. aut oppoſita. vt linee aut rectũ aut obliquũ. et nũero aut impar aut par. Eſt em̃ ↄtrariũ aut priuatio aut contradictio in eodẽ genere. vt par aut ĩpar in nũeris ſcđm ꝙ ſequuntur. ꝗre ſi neceẽ eſt affirmare aut negare neceẽ ẽ. ⁊ ꝗ ſunt per ſe ineſſe. De oĩ igitur et per ſe determinatum ſit hoc modo.

¶Queritur. vtrũ ſint tantũ quatuor modi per ſe. Arguitur ꝙ non. Primo quia tot modis dicitur vnũ oppoſitorũ quot modis et reliquũ ſed tantũ ſunt tres modi per accidens. ſcꝫ quãdo predicatũ accidit ſubiecto et quãdo ecõtra ⁊ qñ duo accidentia eideꝫ ſubiecto inſunt igitur ſunt tãtũ tres modi ꝑ ſe qꝛ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens opponũtur. Secũdo. In omĩ predicatõe ꝑ ſe ꝑdicatũ eſt de eẽntia ſubiecti vel ꝓpriũ eius et oĩs illa predicatio eſt contingens vel remota. igitur ſunt tantũ duo modi dicẽdi ꝑ ſe Tertio. Deus eſt maxime ꝑ ſe et tamẽ nõ ↄprehenditur ſub aliquo iſtoꝝ modoꝝ. igitur modi ꝑ ſe ſunt inſufficienter aſſignati In oppoſitũ eſt phs in textu

Sciẽdũ ꝑmo: ꝙ poſtꝗ oñdit quid ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus. Cõſequẽter incipit oſtendere ex quib' et qualib' ſit. primo oſtendens ꝙ ſit ex neceſſarijs Quod probat phs ſic. quia omne illud de quo eſt ſcientia impoſſibile eſt aliter ſe habere. et ſic eſt neceſſarium. ſed omnis demonſtratio facit ſcire. igitur facit cõcluſionem neceſſariam. ſed concluſio neceſſaria non poteſt fieri. niſi ex premiſſis neceſſarijs. quia contingens aut falſum non poteſt eſſe cauſa neceſſarij. igitur neceſſe eſt demõſtratõnem eſſe ex neceſſarijs. Non tamen fit demonſtratio ex quibuſlibet neceſſarijs. ideo anteꝗ in ſpeciali determinetur ex quib' et qualibus fit demonſtratio Primo oſtendit Areſtotiles quid intelligatur cũ dicimus de omni. ⁊ cum dicimus per ſe. et cũ dicimus vniuerſale ſiue primo et ſecũdum ꝙ ipſum. quoniã neceſſaria ex ꝗbus eſt demonſtratio debent eſſe de omni per ſe ⁊ ſcđm ꝙ ipſum. Et hec tria inter ſe differunt. Primo per modum ſuꝑioris et inferioris. Nã omne quod ꝑ ſe ꝑdicatur etiã ꝑdicatur de omni. ſed non ecõtra. vt hec eſt de oĩ. oĩs homo eſt coloratus. ſed non eſt per ſe. Similiter omne quod ineſt primo ineſt per ſe et de omni ſed non econtra. Nec em̃ propoſitio. omĩs homo eſt aĩal eſt de omĩ et per ſe. ſed non ſcđm ꝙ ipſum. ſed iſta. omnis homo eſt riſibilis eſt ſcđm ꝙ ipſum que etiam eſt per ſe ⁊ de omni Secũdo differũt ratione. nam aliquid dicitur de omni per cõparationẽ ad ſuppoſita ſubiecti. ſed dicitur per ſe predicari per comparatõnem ad ſubiectum in ſe acceptum. qꝛ predicatum ponitur in definitõne ſubiecti vel econtra. ſed aliquid dicitur predicari. primo per comparationem ad ea que ſunt priora ſubiecto vel poſteriora. vt habere tres angulos non dicitur primo de figura que eſt ſupra

triangulũ.nec pꝛimo de yſochele q̄ eſt ſub ipſo.ſed pꝛimo dicit̃ de triangulo. Unde de oi vt hic ſumit̃ vocat̃ de oi poſterioꝛiſticũ. ⁊ addit ſupꝛa de omni pꝛioꝛiſticũ vl̃itatẽ ſuppoſitoꝛuꝫ et tempoꝛũ. Nam ad de omĩ pꝛioꝛiſticum ſufficit ꝙ pꝛedicatum denotet̃ ineſſe ſubiecto pꝛo quolibet ſuppoſito.per diſtributõnem. licet non inſit realiter Sꝫ ad de oi poſterioꝛiſticũ req̃rit̃ pꝛedicatũ ineẽ ſubiecto ꝓ quolibet ſuppoſito.et ꝓ qualibet dr̃ia tp̄is.iõ in definitõe de oi phs ponit duo q̄ꝝ pꝛimũ impoꝛtat vl̃itatẽ ſuppoſitoꝝ cũ dr̃ de omĩ q̃dẽ hoc dico qđ vtiq; ineſt non in quodã q̃dẽ ſic.in quodã ãt nõ. ⁊ ſcđm ĩpoꝛtat vl̃itateꝫ tp̄is cuꝫ dr̃.nec aliq̃n quidẽ ſic aliq̃n quidẽ nõ. Et vtrũq; intelligit̃ cũ addit̃ ꝯñr.ſed de oi. ⁊ ſp eſt. Et hãc definitõem ꝓbat phs ꝑ ſignũ qꝛ ſi demõſtratoꝛ dicat aliq̃d eſſe de oi ꝯtra ipm fert̃ inſtãtia. Uel ſi pꝛedicatũ cuidã ſuppoſito nõ inſit vel ſi aliq̃n nõ inſit.igit̃ de oi poſterioriſticũ requirit vl̃itatẽ ſuppoſitoꝝ et tp̄is ⁊ cũ hoc explicetur in p̄dicta definitõne ſequit̃ ꝙ eſt ſufficiens.ſed ad videndum quid ſit per ſe.

Sciendũ ſecũdo ꝙ hec ꝓpoſitio per p̄t capi duob; modis. vno° vt ĩpoꝛtat ſolitudinẽ.⁊ ſic aliq̃s dr̃ ꝑ ſe q̃n eſt ſolitarius. Alio° vt impoꝛtat habitudineꝫ cauſe.et h̄ dupl̃r.qꝛ q̃nq; ſ̃cat habitudinẽ cauſe foꝛmal̃. vt cũ dr̃.coꝛpus viuit per aiam. Q̃nq; cauſe materialis vt hic coꝛpus eſt coloꝛatũ ꝑ ſup̃ficiẽ. Q̃nq; vero ĩpoꝛtat habitudinẽ cauſe extrinſece.et pꝛecipue cauſe efficientis vt hic.aqua calefit ꝑ ignẽ ſiue p̄dicatũ ſit cauſa per ſe ſubiecti vel ecõtra. Et qꝛ iſtis quatuoꝛ ſ̃catis nõ habet̃ aliqđ cõe vniuocũ. Ideo phs nõ definit ꝑ ſe in cõi.ſꝫ notificat ipm per diuiſionem in quatuoꝛ modos ſm illa quatuoꝛ ſ̃cata. Unde pꝛimꝰ modus ꝑ ſe eſt q̃n p̄dicatũ eſt de rõe dicente ꝙ q̃d eſt ſubiecti.ita ꝙ eſt de eẽntia ſua. vl̃ pars eius ſiue p̄dicet̃ de ip̄o in recto ſiue in obliq̃. Exm̃ textus eſt.vt triangulo ineſt linea et pũctũ linee. qꝛ linea eſt de rõne trianguli.et pũctus de rõne linee. Ideo dicit phs ꝙ ſubſtantia eoꝝ ſcꝫ trianguli et linee ex his ẽ. Nõ tñ eſt intelligendũ ꝙ linea ſit ex pũctꝰ tanq̃ ex p̄tib; integralib;.ſꝫ ꝙ ſub̃a ⁊ eſſentia quã ſ̃cat definitio linee eſt ex pũctis Scđs modus ꝑſeitatis eſt q̃n p̄dicatũ dr̃ de ſubiecto.qđ in ſua definitõe ponit̃.nã accñs ſiue in abſtracto ſiue in ꝯcreto deſignet̃ ꝑ ſuũ ſubiectũ definit̃. Sꝫ q̃n diffinit̃ in ꝯcreto ſubiectũ eius ponit̃ in recto in ſua definitõne. vt cũ dr̃ ſimus eſt naſus curuus Sꝫ q̃n in abſtracto definit̃ ponit̃ ſubiectũ in obliquo ꝑ modũ differentie vt ſimitas eſt naſi curuitas. Exemplũ de iſto mõ vt rectũ vel circulare inſunt linee et par vel impar nũero. Et iſti duo modi per ſe ſunt modi pꝛedicandi ⁊ q̃cũq; alia p̄dicata neutraliter inſunt:hoc eſt neutro pꝛedictoꝝ mõꝝ ꝑ accñs inſunt vt albũ ⁊ muſicũ hoi. Tertio mõ dr̃ ꝑ ſe illud quod nõ dr̃ de ſubiecto aliquo ꝑ qđ exiſtat. vt ois ſubſtantia.et pꝛincipal̃r pꝛima q̄ ſ̃cat hoc aliquid nõ eſt in altero per qđ exiſtat.ideo hoc mõ dr̃ ꝑ ſe. ſed quecunq; dicũtur de ſubiecto ꝑ qđ exiſtũt ſunt ꝑ accñs. vt ambulans dr̃ cũ alterũ ambulet. ⁊ ſil̃r albũ. Quartus modus eſt.q̃n aliquid ineſt alteri ꝓpter ſeip̄m. vt ſi dicamꝰ. ꝙ interfectũ interijt ꝓpter interfectiõem.qꝛ interficere ſibi cõuenit rõe interfectionis et qđ ineſt alicui non ꝓpter ſeipſum ꝑ accñs ineſt. vt ſi ambulante aliquo choꝛuſcauerit.qꝛ nõ pꝛopter hoc ꝙ ambulat coꝛuſcauit.

Concluſio pꝛima. Pꝛedicta definitio de omĩ in textu eſt bene aſſignata. patet hec concluſio ſatis ex dictis.qꝛ ad de oi poſterioꝛiſticũ requirũtur duo.ſcꝫ vl̃itas ſuppoſitoꝝ et tempoꝛũ. ſꝫ iſta duo explicantur in iſta definitõne.igitur ⁊c̃.ꝓbatur etiã ꝯcluſio per ꝯditiones bone definitiones

¶ Concluſio ſecunda. Tantũ quatuoꝛ ſunt modi perſeitatis.ꝓbatur cõcluſio.qꝛ hec ꝓpõ per vel ſignificat ſolitudinem.et ſic eſt tertius modus. vel habitudinem cauſe.⁊ hoc eſt tripliciter. vel habitudinem cauſe foꝛmalis et ſic eſt pꝛimus modus. vel cauſe materialis. ſubiecti ad pꝛedicatum.et ſic eſt ſecũdus modus. vt dicit habitudinẽ cauſe extrinſece et pꝛincipaliter efficientis et ſic eſt quartus modus.

¶ Dubitatur pꝛimo Quomõ in ſimpliciter ſcibilib; inuenitur ꝑ ſe. Pꝛo dubio conſiderãdũ eſt. ꝙ cũ ſcientia ſit ꝓpꝛie concluſionis que demõſtratur.et intellectus ſit pꝛincipioꝝ.ꝑ ſimpliciter ſcibilia debent intelligi concluſiones in quibus pꝛedicantur pꝛopꝛie paſſiones de pꝛopꝛijs ſubiectis Tunc reſpondetur ad dubium ꝙ in ſimpliciter ſcibilibus reperitur per ſe quo ad ſecũduꝫ modũ ⁊ quo ad quartuꝫ patet.qꝛ in ſimpliciter ſcibilib; pꝛedicant̃ paſſiones de ſuis ſubiectis.ſed paſſiones pꝛedicantur et inſunt ſecũdo mõ ꝑ ſe.qꝛ ſubiectũ eſt de definitõe pꝛedicati ⁊ etiã quarto modo.qꝛ paſſiones inſunt cauſaliter ſubiectis ꝓpter ipſa ſubiecta Ex quo patet ꝙ ea que pꝛedicant̃ in cõcluſionib; ſcibilib; inſunt de neceſſitate.quia paſſionem nõ cõtingit nõ ineſſe ſubiecto.igit̃ de nec̃itate ineſt uel ſimplicit̃ et abſolute vt q̃n paſſio vnico noĩe nominatur que vocatur paſſio ſimplex. vt riſibile.vel q̃n paſſio ſub diſiũctione ad ſuam oppoſitã noiat̃ que dr̃ paſſio nõ ſimplex.vt linee ineſt rectũ vel obliquũ. et nũero par vel impar. Et ratio eſt.qꝛ cõtrariũ aut piuatio aut ꝯtradictio in eodẽ genere ſunt. ſed de ſubiecto determinato paſſionis verificatur paſſio vel negatio eiꝰ de neceſſitate.vt nũerus eſt par vel nõ par.quia de quolibet eſt affirmatio vel negatio vera.igitur neceſſario dicitur par vel impar.

¶ Dubitat̃ ſecundo. Qualiter in pꝛemiſſis demonſtrationis reperitur per ſe.⁊ vtꝝ tertius modus in demonſtratione reperiatur Ad dubiũ reſpondet̃ pꝛimo ꝙ in demonſtratiõe potiſſima que fit in pꝛima figura.in maioꝛe reperitur quartus modus.qꝛ paſſio pꝛedicatur de definitõne ſubiecti cauſaliter ⁊ ꝑ ſe.ſed in minoꝛe reperitur pꝛimus modus.quia pꝛedicatur definitio de definito. Dicitur vltra ꝙ licet tertius modus pꝛimo et per ſe cõueniat ſoli ſubſtantie.et maxime pꝛime. tamẽ ſm modũ cõuenit ſubiecto cuiuſlibet paſſionis inq̃ntum tale ſubiectum nõ eſt pꝛopter ſuaꝫ paſſionem et eſt independens ab ipſa. Ideo tertius modus ſm modum et quandã participationem reperitur in cõcluſione in qua pꝛedicatur pꝛopꝛia paſſio de ſubiecto.

Ad rões. Ad pꝛimã.dr̃ ꝙ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens ſolum oppoñũtur ſm ſuas ratões generales. ideo non oꝫ tot eſſe modos vnꝰ ſicut alterius. ſicut non ſunt tot modi ſubſtantie ſicut accidentis. Ad ſecũdam dicit̃ ꝙ licet ſint tantũ duo modi dicendi per ſe.tamẽ ſunt plures modi ꝑſeitatis.qꝛ additur tertius q̄ eſt modus eẽndi.⁊ quartus qui vocatur modus cauſandi. Ad tertiam dicit̃.ꝙ ſi hec pꝛepoſitio per dicat pꝛiuationem cuiuſcũq; cauſe. ſic deus eſt ens per ſe. qꝛ penitus nullam habet cauſam. Et ſi dicat pꝛiuatõem cauſe materialis

ex qua tũc intelligẽtie dicũtur per ſe.et ſi pꝛiuationẽ cauſe materialis in qua.ſic omis ſubſtantia dicitur ꝑ ſe.vnđ tertius modus poteſt deo attribui.quia non dicitur de ſubiecto aliquo per quod exiſtat.

Uniuerſale aũt dico qđ cum de omni ſit et per ſe eſt.⁊ ſm ꝙ ip̄m eſt. Manifeſtum igitur eſt quecunq; ſunt vniuerſalia ex neceſſitate inſunt rebus Per ſe autẽ ⁊ ſm ꝙ ipſum ẽ idem vt per ſe linee ineſt pũctum ⁊ rectitudo. ⁊ nãq; vtraq; ſm ꝙ linea eſt ⁊ triangulo ſm ꝙ triangulus duo recti.etenĩ ꝑ ſe triangulus duob; rectis equalis eſt Uniuerſale autem eſt tunc cuꝫ in quolibet ⁊ pꝛimo demonſtratur Ut duos rectos habere:neq; cuilibet figure ineſt vniuerſaliter:et tamẽ ẽ demõſtrare de figura. ꝙ duos habeat.ſed nõ cuilibet figure ẽ.neq; vtitur qualibet figura demonſtrans. Quadrangulus enĩ figura quidẽ ẽ non aũt habet duobus rectis equales.ſed yſocheles habꝫ quidẽ foꝛtaſſe duobus rectis equales.ſed non pꝛimũ. ſꝫ triangulus pꝛius. Q igitur quodlibet pꝛimũ monſtratur duos rectos habere aut quodcunq; aliud huic pꝛimo ineſt vniuerſale. Et demonſtratio ꝑ ſe huiuſmodi vniuerſaliter eſt.alioꝛum autem quodãmodo ⁊ non per ſe vt de yſocheli nõ eſt vniuerſaliter ſed frequẽtius. Opoꝛtet ãt non latere q̃m multotiẽs ꝯtingit peccare ⁊ nõ eſſe.quod demonſtratur pꝛimũ vniuerſale ſm quod videtur demonſtrari vniuerſale pꝛimum Oberramus autẽ hanc deceptionẽ.cũ aut nihil ſit accipere a ſuperioꝛi extra ſingulare q̃ ſingularia. Aut ſi ẽ quidẽ:ſed innominatum ſit in differẽtibus ſpecie rebus. Aut contingit eẽ ſicut in p̄te totum in quo monſtratur. Eis enim (que ſunt in tp̄e) ineſt quidem per ſe demõſtratio.et de omĩ erit.ſed tamẽ nõ erit hmõi pꝛimi vniuerſaliter demonſtratio Dico aũt huiuſmodi pꝛimi ſm quod ẽ demonſtratio.cum ſit pꝛimi vniuerſalis. Si igitur aliquis demonſtrabit ꝙ linee recte quidem nõ intercidant. videbitur vtiq; huiuſmodi eſſe demonſtratio ꝓpter id quod ineẽ rectis. Non autem eſt niſi quidem q̃m ſic equales ſint:fiat hoc modo ſed aũt in quolibet equales. Et ſi triangulus non eſſet aliud q̃ yſochelis ſm ꝙ ẽ yſochelis videtur eẽ

Et pꝛopoꝛtionale qđ ⁊ ꝯmutabiliter eſt ſm ꝙ numeri ſũt.⁊ ſm ꝙ linee.⁊ ſm ꝙ firma.⁊ ſm ꝙ tempoꝛa ſunt.queãdmodũ et demõſtratũ ẽ aliq̃n ſeoꝛſum cõtingẽs eẽ de oibus vna demõſtratõe mõſtrari. Sꝫ ꝓpter id qđ nõ eſt denoiatum aliquod ſm ꝙ omnia hoc vnũ ſunt nũeri lõgitudines tp̄a firma ⁊ ſpecie dr̃ia ſeoꝛſuꝫ ad inuicẽ accepta ſunt.nõ aũt vl̃e mõſtratur. Nõ enĩ ſm ꝙ linee ſunt.nec etiã ſm ꝙ tẽpoꝛa ſunt aut ſm ꝙ numeri inerat.ſed ſm ꝙ hoc eſt. qđ vl̃e ponũt eſſe Pꝛopter hoc neq; ſi aliq̃s mõſtraret vnũquẽq; triãgulũ demr̃atõne. aut vna aut altera ꝙ duos rectos habet demonſtrat vnũq̃dq; yſochelẽ ſcalenon ⁊ yſopleuron.i.gradatim nõdũ cognouit triãgulũ.qꝛ duos hꝫ rectos niſi ſophiſtico mõ.neq; vl̃e triãguli. neq; ſi nullus ẽ p̄ter hos triãgulos alter.neq; ei ſm ꝙ triãgulus ẽ ꝯgnouit.neq; oẽm triangulũ.ſꝫ aut ſm nũeꝝ.ſm ſpẽm ãt nõ oẽm.et ſi nullus ẽ quẽ nõ nouit Q̃n igit̃ nõ nouit vl̃r. ⁊ q̃n nouit ſimplicit̃ manifeſtũ.qđ ſi idẽ inerat triãgulo eẽ yſopleuron vl̃ yſocheli vnicuiq; aut oib; Si vero nõ idẽ ſꝑ alteꝝ.aut ſm qđ ẽ triãgulus nõ nouit

Utꝝ ãt ſm ꝙ ẽ triãgulꝰ.aut ſm ꝙ ẽ yſochel̃ et q̃n ſm h̄ qđ eſt ꝑmũ vl̃e cuiꝰ ẽ demr̃atio.manifeſtũ ẽ q̃n remoto ĩſit ꝑmũ vt yſocheli ⁊ eneo triãgulo inſunt duo recti.ſꝫ encũ eẽ remoto yſocheli.ſꝫ nõ figura aut termĩo.ſꝫ nõ pꝛimꝰ. Cuiꝰ ergo pꝛimi ſi itaq; trianguli ꝑmo ẽ et ſm hoc ineſt et alijs et hmõi vl̃is eſt demõſtratio

Querit̃.vtrũ definitio vl̃is ſit ſufficiẽs: in qua dr̃. Uniuerſale ẽ qđ eſt de oi ꝑ ſe et ſm ꝙ ip̄m Arguit̃ ꝙ nõ.qꝛ vl̃e dr̃ qđ aptũ natũ eſt eſſe in multis. et dici de multꝭ ſꝫ nõ oẽ tale ꝑ ſe ineſt nec ſm ꝙ ip̄m Et ꝯfirmat̃ qꝛ hec ꝓpõ ois hõ eſt aial.ẽ vl̃is. ⁊ tñ p̄dicatũ nõ ĩeſt ſubiecto ſm ꝙ ip̄m .igit̃ Scđo.iſta eſt vl̃is.hõ eſt riſibilis et tñ nõ eſt de oi.qꝛ ibi nõ eſt diſtributio ſubiecti. igit̃ Tertio Eſſe ꝑ ſe.⁊ ſm ꝙ ip̄m idẽ ſunt vt dr̃ phs. g̃ iſta definitio eſt ſup̃flua In oppoſitũ eſt phs in textu

¶ Sciendũ ꝑmo. Q poſtq̃ phs determiauit de oi et per ſe.ꝯñr determinat de vl̃i. ⁊ nõ capit̃ hic vl̃e ꝓ illo qđ eſt aptũ natũ dici de multis. Nec capit̃ ꝓ vl̃i cõplexo.vt eſt ꝓpõ in qua ſubijcit̃ vl̃e ſumptũ vl̃r Sꝫ vl̃e h̄ dr̃ p̄dicatuꝫ.talit̃ ſubiecto adeq̃tũ ꝙ neq; rep̃it̃ p̄dicatũ extra ſubiectũ.neq; ſubiectũ extra p̄dicatũ Et ſic vl̃itas qua aliq̃d dr̃ vl̃e in ꝓpoſito eſt adequatio p̄dicati ad ſubiectũ q̄ requirit p̄dicatũ ineẽ ſubiecto ꝓ quolibet ſuppoſito et qualibet tp̄is dr̃ñtia. ⁊ ꝙ pꝛedicatũ ꝑ ſe inſit ſubiecto.et tertio ꝙ inſit ſm ꝙ ip̄m ſiue pꝛimo. Ideo dr̃ in textu.ꝙ quecunq; pꝛedicata ſunt hoc modo vniuerſalia ex neceſſitate inſunt ſuis ſubiectis.

¶ Sciendũ ſcđo:ꝙ ꝑ ſe et ſm ꝙ ip̄m ideꝫ ſunt ſubiecto.ſicut genꝰ et ſpẽs in eodẽ ſunt idẽ.tñ ſm ꝙ ip̄m ſup̄ ꝑ ſe aliq̃d addit.ſicut ſpẽs ſup̄ ſuũ genꝰ. Nã ſm re duplicat cãm inherẽtie p̄dicati ad ſubiectũ.ſ.cãm adeq̃taꝫ ⁊ ꝯuertibilẽ. Ideo ad ſm ꝙ ip̄m requirit̃ ꝙ p̄dicatũ inſit ꝯuertibil̃r ſubiecto.qđ tñ nõ requirit̃ ad ꝑ ſe.qꝛ genus de ſpẽ per ſe pꝛedicatur.nõ tñ ſm ꝙ ip̄m.

Concluſio ꝑma. Idẽ eſt p̄dicatũ ineẽ ſubiecto

Sciendum eſt primo ꝙ poſtqꝫ ꝑhs determinauit de ſyllogiſmo demōſtratiuo quo acqritur ſciētia. Cōſequēter determinat de falſigrapho ꝙ dꝛ paralogiſmus diſcipline quo acqritꝛ ignorātia. Ideo dꝛ ſyll's ignorantie. Sꝫ qꝛ nō oīs ignorātia. ꝑ ſyllogiſmū inducitꝛ. Ideo diſtinguit Areſtotiles duplicē ignorātiā Prima eſt ſimplicis negatōnis vt qñ aliqs de re oīno nihil ſcit. vt ruſticꝰ de ꝯcluſionibꝫ geometrie. Alia eſt ignorātia praue diſpōis. qñ ſcꝫ aliquis hꝫ cognitōem. ſꝫ tamē corruptā. vt dum credit eſſe qđ nō eſt. vel nō eſſe qđ eſt. Et hec ignorantia dꝛ error et ꝯtingit duobus modis. Uno modo cū aliqs opinatꝛ oppoſita ꝓncipioꝝ immediatoꝝ et tunc opponitꝛ cognitōi que dꝛ intellectꝰ. Alio mō ꝯtingit opinando oppoſitū ꝯcluſionū demonſtrabilium. Et vtraqꝫ iſtaꝝ pt ꝓuenire duplr. Uno mō per ſimplicē apprehenſionē vt cū aliqs ſine ductu rōis falſum opinatꝛ. Alio mō pt haberi ꝑ diſcurſum vt qñ aliqs inducitꝛ ad credendū falſum ꝑ aliquē ſyllogiſmū ſicut dꝛ ꝑhs quarto metaphyſice ꝙ qdā negauerūt ꝓncipia velut rōnibus ꝑſuaſi. Alij nō ꝑſuaſi rōne. ſed ꝓpter ineruditōem. vel qꝛ ſunt nimis aſſueti dicere vl' audire falſum aut ꝓpter inordinatū fauorē alicuius doctoris. Et hec ignorantia vocatꝛ in textu ſimplex opinio. qꝛ nō inducitur aliquo ſyllogiſmo. ⁊ qꝛ ipa eſt magis volūtaria qꝫ rōnalis Ideo de modis eius hic nō tractat ꝑhs. ſꝫ ignorantia ꝙ eſt ꝑ ſyllogiſmū. ꝙ definitꝛ qđ ē ꝑ ſyllogiſmū facta deceptio. Et de modis qbꝫ cauſatꝛ videbitꝛ inferius.

Sciendū eſt ſcđo. ꝙ ꝯcluſio falſa ſiue opponatur ꝓncipijs imediatis ſiue ꝯcluſioni vere nō ꝯcluditur niſi ꝑ ſyllogiſmū falſum. Sꝫ ſyll's falſus pt eē dupliciter. qꝛ vel deficit in forma et ſic eſt apparens bonꝰ. vel qꝛ hꝫ aliquā ꝓpōem falſam. ⁊ vtroqꝫ mō ꝯtingit paralogiſare circa ſyllogiſmū dyalecticū ꝙ ꝓcedit ex cōmunibus. ſꝫ in demonſtratiua ſcīa ꝙ eſt ex ꝓprijs ⁊ neceſſarijs nō cadit niſi ſyll's ꝙ eſt falſus ꝓpter materiā. De ꝙ dꝛ ꝑmo thopicoꝝ ꝙ fit ex ꝓprijs ſed nō ex veris. Uñ cū forma ſyllogiſtica inter communia ſit ꝯnumeranda. ſyll's ignorantie oppoſitꝰ demōſtratiue nō peccat in forma ſyllogiſtica. ſꝫ ſolū in materia ⁊ circa ꝓpria diſcipline Et hic ſyllogiſmus diuerſis modis hꝫ fieri. Nā ſicut duplex eſt ꝓpō vera et immediata. ſcꝫ affirmatiua ⁊ negatiua. ita duplex eſt paralogiſmus diſcipline ſcꝫ affirmatiuus. ꝯcludens affirmatiuā falſam ꝯtrariam negatiue vere. ⁊ negatiuus ꝯcludens negatiuam ꝯtrariam affirmatiue vere. Et ꝑmo determinat ꝑhus de affirmatiuo falſo. ꝙ ꝯcludit ꝯtrariam negatiue vere et imediate Scđo de negatiuo ꝙ ꝯcludit ꝯtrariū affirmatiue immediate. Tercio agit de negatiuo falſo qui ꝯcludit contrarium affirmatiue vere ⁊ mediate. Quarto agit de ſyllogiſmo affirmatiuo falſo qui concludit contrarium negatiue vere et mediate et circa iſtos modos ponitꝛ

Concluſio prima. ſyll's affirmatiuus falſus ꝯcludens ꝯtrariam negatiue vere et immediate nō fit in ſcđa figura nec in tercia ſed ſolū in ꝑma. Probatꝛ concluſio. qꝛ in ſcđa figura ſolū ꝯcluditꝛ negatiue ⁊ in tercia ſolum concluditꝛ ꝑticulariter. ⁊ hic ſyllogiſmus eſt vl'is et affirmatiuus. Igitꝛ nō fit in ſcđa figura nec in tercia. ſed ſolum in ꝑma. Et hoc dupliciter. vel ex ambabꝫ falſis vel ex altera tantū. ſi ex ambabus falſis aut in toto. vt hic. om̄is qualitas eſt ſubſtantia. om̄is quātitas eſt qualitas. igitꝛ ⁊c̄. Uel ex duabus in ꝑte falſis vt om̄e ꝑfectum eſt ſubſtantia. om̄is quātitas eſt ꝑfecta. igitꝛ ⁊c̄. Et maiore vera ⁊ minore falſa ſic om̄is intelligentia ē ſubſtantia. om̄is quantitas eſt intelligentia. igitꝛ Sed nō pt fieri ex maiore et minore vera. qꝛ tūc minor extremitas eſſet in aliquo toto Igitur negatiua circa quam eſſet ignorantia nō eſſet immediata. ſed poſſet oſtendi ꝑ illud totum. et ſic patet de primo ſyllogiſmo in qua figura habet fieri Ideo videndū eſt de ſcđo. ſcꝫ de ſyllogiſmo negatiuo ꝯcludente ꝯtrariam affirmatiue immediate. Qui qdem ſyllogiſmus non fit etiam in tercia figura. ſed bene fit in prima et in ſcđa. In ꝑma aūt fieri poteſt ex duabus falſis aut altera tantū. Ex duabus falſis vt hic nulla albedo eſt color. et om̄is nigredo eſt albedo. igitꝛ ⁊c̄. Sed ex maiore vera et minore falſa fit ſic nulla quātitas eſt color et om̄is nigredo eſt quantitas. igitur ⁊c̄. Et maiore falſa et minore vera. ſic fit. nulla qualitas eſt color. om̄is albedo eſt qualitas. igitur ⁊c̄. Sed in ſcđa figura nō poteſt fieri ex ambabus in toto falſis. ſed fit ex ambabus in ꝑte falſis. vt om̄e aīal eſt maſculum. nullus homo eſt maſculus. igitur nullus homo eſt animal. Et maiore negatiua et minore affirmatiua. vt nullum animal eſt maſculum. om̄is homo eſt maſculꝰ. igitur ⁊c̄. poteſt etiam fieri ex altera falſa tantū ſiue maiore ſiue minore indifferenter tam in Cameſtres qꝫ in ceſare. Et ſic patet de ſyllogiſmis ꝯcludentibꝫ ꝓpōem falſam ꝯtrariam ꝓpōni immediate. Ideo videndū eſt de alijs duobus ſyllogiſmis. Unde ſyllogiſmus concludens negatiuam falſam contrariam concluſioni affirmatiue mediate non fit in tercia figura ꝓpter cauſam dictam. ſed fit in ꝑma et ſcđa. In prima fit dupliciter Primo per medium ꝓprium quo demonſtratur concluſio vera mutando maiorem demonſtratōnis in ſuam contrariam. ⁊ ſic maior eſt falſa et minor vera. vt nullū animal ratōnale eſt riſibile. om̄is homo eſt animal ratōnale. igitur ⁊c̄. Alio modo fit ꝑ medium ſimile proprio vt nullum animal eſt riſibile. om̄is homo eſt animal. igitur ⁊c̄. hoc medium eſt ſimile proprio. quia vere affirmatur de minore extremitate ſicut et ꝓprium. Scđoº fit ꝑ medium extraneum ex ambabus falſis vt nulla oliua ē viuens. om̄is homo eſt oliua. igitur ⁊c̄. Et ex maiore vera. vt nullus lapis eſt viuus. om̄is homo eſt lapis. igitꝛ ⁊c̄. Sed non poteſt fieri ex minore vera. quia medium extraneum nō poteſt verificari de minore extremitate. Sed in ſecunda figura nō poteſt fieri ex vtraqꝫ in toto falſa ſed vtraqꝫ falſa in parte. vt om̄e ſenſibile eſt rationale nullum animal eſt rōnale. igitur. Etiam poteſt fieri ex maiore vera et minore falſa et econtra. Sed ad videndum de quarto ſyllogiſmo. qui infert contrariū negatiue vere et mediate intelligendū eſt ꝙ ille ſyllogiſmus ſolum fit in prima figura ꝓpter cauſas ꝑus dictas et fit ſimiliter primo modo per medium propriū quo demonſtrabatur concluſio negatiua vera. vt om̄is ſubſtantia eſt quantitas om̄is homo eſt ſubſtantia. igitur. Secundo modo fit per medium ſimile proprio. vt omne agens eſt quantitas. om̄is homo eſt agens. igitur. Tercio modo per medium extraneum. et ſi tale mediū capiatur ſub maiore extremitate maior eſt vera ⁊ minor falſa. vt om̄is temperantia eſt virtus. om̄is grammatica eſt temperantia. igitur. Sed ſi medium non ſit ſub maiore fit ex ambabus falſis. vt om̄is albedo eſt virtus om̄is grāmatica eſt albedo. igitur. Et ſic patet quot modis poteſt per ſyllogiſmum ignorantie fieri deceptō in nobis ſiue ignorantia praue diſpoſitōnis. Sed ad videndum de ignorantia pure negatōnis ponitꝛ

Concluſio ſcđa. Et reſpōſalis ad ꝙſitū deficiente nobis aliquo ſenſu ſm actum et potentiam neceſſe eſt nobis deficere ſcientiā de proprijs ſenſibilibus illius ſenſus. et per hoc poteſt prouenire ignorantia pure negatōnis Probat ꝑhus qꝛ quicquid ſcimus. ſcimꝰ per demonſtratōnem vel inductōnem ſed demonſtratō ē ex vniuerſalibꝫ que ſine inductōe cognoſci nō poſſunt Inductio vero eſt de ꝑticularibus que ſine ſenſu cognoſci non poſſunt. igitur deficiente aliquo ſenſu deficit nobis inductio de proprijs ſenſibilibus illius ſenſus. ſed deficiente inductōne demonſtratio ⁊ definitio deficit ꝙ deficiente etiam deficit ſcientia. igitur cōcluſio vera Ex concluſione ſequitur ꝙ dupliciter poteſt alicui deficere aliquis ſenſus. Uno modo a natiuitate vt ſi nunqꝫ per ſenſus habuerit ſpecies ſenſibiles de proprijs ſenſibilibus. Alio mō poſt natiuitatē. et poſtqꝫ acquiſiuit ſpecies ſenſibiles de ſenſibilibus proprijs et ſolum de primo modo eſt hic ad ꝓpoſitum et non de ſecundo. Non enim oportet ꝙ ſi quis amittat viſum poſt cognitiōem coloris ꝙ propter hoc careat ſcientia de coloribus. qa de his que prius ſenſit remanet in eo memoria qua poteſt de coloribus habere ſcientiam.

Dubitatꝛ primo Utrū poſſibile ſit nos habere ſciam de rebꝫ ꝑ ſpēs participatas ab ydeis ſicut dicebat plato Ad dubium reſpondetur breuiter ꝙ nō nam ſi hoc eſſet verum non indigeremus cognitōne ſingularium. et ſic hec poſitio platonis remouetur per iam dicta Secundo remouetur poſitio dicentiū ꝙ in hac vita poſſumus cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quantum ad quid eſt. quia nihil apprehendimus quantū ad quid eſt niſi mediante ſenſu et ille ſubſtantie ſunt inſenſibiles igitur ⁊c̄.

Dubitatꝛ ſecūdo. Utrū ignorātia ſimplicis negatōnis et praue diſpoſitōnis eodem modo ſe habēt ad ſyllogiſmū. Ad dubium reſpondetur ꝙ non. qa ignorantia ſimplicis negatōnis non fit per ſyllogiſmū eo ꝙ ſyllogiſmus procedat ex aliqbus prius cognitis. Modo talis ignorantia non fit ex ꝑexiſtenti cognitōe ſed ignorantia praue diſpoſitōnis quandoqꝫ cauſatur per ſyllogiſmū ſicut patet ex dictis.

Ad rōnes Ad primā patet ſolutio ex dictis Ad ſcđam dicitur ꝙ duplex eſt cauſa per accidens. quedam eſt que nihil facit ad effectum qua ſcꝫ poſita vel remota nihilominus fit effectus. et hoc modo ſenſus non eſt cauſa per accidens ſcientie. Alia eſt cauſa per accidens que licet nō ſit perficiens tamen eſt coadiuuans ꝑparans vel conſilians. que dicitur per accidēs in ordine ad cauſam ꝓncipalem ad quam ſe habet miniſterialiter et tali cauſa remota non fieret effectus. et hoc modo ſe habet ſenſus ad acqſitōem ſcientie. Ad terciam dicitur ꝙ mathematicalia ſunt ſeparata ſm rationem. tamen ſm eſſe ſunt coniuncta materie ſenſibili. Ideo per ſenſum poſſumus de ipis acqrere ſcientiam. Et de ſubſtantijs ſeparatis dicitur ꝙ in preſenti ſtatu non cognoſcimus quid ſunt. ſed ſolum quia ſunt vel quid non ſunt ad cognitōnem aliquorum effectuum et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

hoc fit tripliciter per viam remotōnis per viam cauſalitatis et eminentie.

Septimus tractatus

Sit āt ois ſyll'ꝰ ꝑ tres terminos Et h̄ q̄dē demonſtrare ē poſſibile qm̄ ē a i c. ꝓpter id qꝺ eſt i b. et hoc in c. Sʒ ꝓuatiuꝰ q̄dē eſt alteram ꝓpōnem habens: qm̄ aliud eſt in alio. alteram autē qm̄ non ineſt. Manifeſtū igitur eſt qm̄ ꝓncipia et dicte ſuppōnes hee ſunt. Accipientem em̄ hoc neceſſe eſt ſic demōſtrare vt ꝙ a ſit in c ꝑ b Iterū aūt ꝙ a ſit in b ⁊ ꝑ aliud mediū. et ꝙ b ſit in c ſimiliter. Scd̄m q̄dē opinionē ſyllogiſantibꝰ ⁊ ſolū dialectice manifeſtū eſt ꝙ hoc ſolū intendēdū ſ[...]. ſi ex quibꝰ cōtingit vniuerſalibꝰ fiat ſyllogiſmꝰ. s. Quare ⁊ ſi aliqꝺ eorū in veritate q̄ ſūt a b. medium videt̄ aūt nō per hoc ꝙ ſyllogiſans ſyllogiſet̄ dialectice Ad veritatē aūt ex his q̄ ſunt oportet itendere Habet autē ſe ſic. quoniā autē eſt qꝺ ip̄m quidem de alio p̄dicatur non ſc̄m accidens. Dico autem ſc̄m accidens vt albuʒ aliquando dicimus illud eſſe hoiem non ſimiliter dicentes hoiem etiam album Ille quidem enim cum alterū aliud ſit albus eſt. albū aūt eſt hō. quoniā accidit homini eſſe album Sunt igitur quedā huiuſmodi. que quidem ſc̄m ſe predicantur. Sic igitur c q̄dem huiuſmodi. ꝙ ip̄m quidē non ſit in alio. in hoc aūt b ſit primo. et nō ꝑ aliud medium. Iterū i ſit in e. ſit etiā ſimiliter et hoc in b Nunquid ergo neceſſe eſt ſtare. aut cōtingit in infinitū ire. Et iterū q̄dem ſi de ea nihil p̄dicat̄ per ſe. a aūt in c eſt ꝓmo. mediū autē in nullo priori. et c ſit in i. et h̄ in b. Nunq̄d et hic ſtare neceſſe eſt aut ⁊ hic cōtingit in infinitū ire. Differt āt hoc a priori. qm̄ hoc q̄dem eſt Nunquid em̄ ꝯtingit incep[..]rū ab hmōi qꝺ in nullo eſt altero. ſʒ aliud in illo in ſurſū et in infinitū abire alterūqꝫ inceptuꝝ ab hmōi ꝙ ip̄m q̄dem de alio. de illo autē nihil p̄dicat̄. in deorſum intēdere ſic ꝯtingit et in īfinitū ire. Amplius nūquid ꝯtingit infinitare media determinatis extremis. Dico āt vt ſi a in c ſit mediū aūt ipſoꝝ ſit b. ab ip̄a aūt b ad a alterū. ſʒ hoꝝ alia nūquid. ⁊ hoc ꝯtingit in infinitū abire aut impoſſibile eſt. Eſt āt hoc intendere idem eſſe. et ſi demōſtratōes ī infinitū veniāt. et ſi eſt demōſtratio rei ois aut ad īuicē includant̄ Similiter āt dico ⁊ in priuatiuis ſyllogiſmis ⁊ ꝓpōnibꝰ (vt ſi a nō ineſt b. nulli āt ꝓmo. aut ē aliud infra. cui priori nō ieſt. vt ſi ꝓus a nō ineē ip̄i c ē qꝺ ſit in oi. Et iteꝝ h̄ etiā in alio ꝓori vt ſi c eſt qꝺ eſt in oībus. ⁊ nanqꝫ in his aut infinita ſunt. in q̄bus non ineſt prioribꝰ aut ſtatur. Sed in cōuertibilibus non ſil'r ſe habʒ nō em̄ eſt in eque p̄dicabilibꝰ. de quo predicatur primo aut vltimo. Omnia em̄ ſic ſimiliter ad oia ſe habēt. ⁊ ſi ſint infinita de ip̄o predicantia in vtraqꝫ. ſunt p̄dicata infinita. niſi nō ſil'r ꝯtīgat ꝯuerti. ſi hoc q̄dē ſicut accn̄s. illꝺ ꝓo ſic p̄dicamētū Ille q̄dē igit̄ ꝯtingit media non infinita eē. ſi in ſurſum ⁊ deorſum ſtent p̄dicata manifeſtū eſt Dico aūt ſurſum q̄dē qꝺ vl'e magꝭ ē. deorſum aūt qꝺ ꝑticulare ē Si em̄ a p̄dicāte de c. infinita ſunt media in q̄bꝰ ē b. Manifeſtū ē ꝙ ꝯtingit vtiqꝫ ab a ad c in deorſuʒ. alterū de altero p̄dicari ꝯtingit in infinitū. anteq̄ꝫ em̄ in c veniat infinita ſunt media. ⁊ a c in ſurſuʒ infinita anteq̄ꝫ in a veniat Quare ſi hec impoſſibilia ſunt. ⁊ ip̄ius a et c. impoſſibile eſt infinita eē media. Neqꝫ em̄ ſi aliq̄s dicat ꝙ hec q̄dē (q̄ ſunt a b c) ꝯtinētia ſunt ad inuicē. quare neceſſe eſt media eē finita. illa vero nō accipere nihil differt. ꝙ vtiqꝫ acceptio eoꝝ (que ſunt b) erit ad a aut ad c. aut infinita media aut nō. a quo iā primo ſunt infinita. ſiue ſtatim ſiue non ſtatim. nihil differt. que em̄ ſunt poſt hoc infinita ſunt Manifeſtū aūt ⁊ in ꝓuatiua demonſtratōe qm̄ ſtatur. ſi q̄dē ſtatur in p̄dicatiā. ſtatur in vtriſqꝫ Si ab vltimo em̄ nō ꝯtingens. neqꝫ in ſurſum ab eo in q̄ ſtatur ire in infinitū. Dico aūt i q̄ ſtat̄ ꝙ ip̄m q̄dē in alio nullo ē. ſʒ in illo aliud. vt pʒ Neqꝫ a ꝓmo in id i q̄ ſtatur in vltimū. dico aūt ꝓmū ꝙ ip̄m q̄dē de alio. ſʒ de illo nullū aliud: ſi igit̄ hoc erit. et in negatōne ſtabit̄ Tripl'r em̄ demōſtrat̄ nō eē. aut em̄ in q̄ ē c. b omī ineſt. ſed in q̄ ē b. nulli ineſt a. Ip̄ius q̄dē igit̄ b c. et ſp ꝑ alterius diſtātie. necē ē ire in īmediata. p̄dicatiua em̄ hec diſtātia Et alteꝝ manifeſtū ꝙ ſi a in alio nō ē ꝓori vt in d. hoc indigebit in oi b eē. ⁊ ſi iterum in aliq̄ ip̄o d ꝓore non fuerit illud indigebit in omī d eſſe. quare qm̄ in deorſum ſtat̄. et in ſurſum ſtabit̄. et erit quoddā ꝓncipiū in quo non erit Iterum ſi b q̄dem in omnia. et in c aūt nullo a in c nullo erit. Iteꝝ hoc ſi oportʒ demōſtrare. hoc manifeſtū eſt qm̄ ꝙ aut ꝑ ſurſūʒ modum monſtrabitur. aut ꝑ hunc aut per tercium Primus q̄dem igitur dictus ē Scd̄us aūt demonſtrabitur Sic aūt vtiqꝫ demonſtrabit̄. ꝙ vt d in b omī eſt. in c aūt nullo. ſi neceſſe ē aliud

eſſe in omī b. ⁊ iterum ſi hoc in c non erit. aliud vero in d eſt. qꝺ in c non eſt. Igit̄ qm̄ eſſe ſemꝑ in ſuꝑiori ſtatur. ſtabitur ⁊ nō eſſe. Tercius autem eſt ſi a in b omī ſit. c vero in nullo b ſit. nō in omī ſit c. in quo eſt a Iterū aūt hoc ꝑ ſuperiꝰ dicta. aut ſimiliter demonſtrabit̄. illo mō ſtatur Si vero ſic eſt. accipiat̄ iterū b in c eſſe: in quo c nō omie. ⁊ hoc iterū ſimiliter. quoniā autem conceſſum eſt ſtare et in deorſum manifeſtū eſt ꝙ ſtabitur ⁊ in c quod nō eſt in e Manifeſtū aūt eſt quoniā ⁊ ſi non vna via demonſtretur. ſed omnibꝰ: aliquādo q̄dem ex ꝓma figura. aliquādo vero ex ſecūda ⁊ tercia: qm̄ ⁊ ſic ſtabitur. finite em̄ ſunt vie Finita autē finite multotiens ſumpta. finiri neceſſe eſt omnia Qm̄ q̄dem igit̄ in ꝓuatione ſi q̄dem. ⁊ ineſſe ſtat̄. manifeſtū eſt

Sed ꝙ in illis logice aliq̄ q̄dē ſpeculent̄ hoc manifeſtū ſit. in his q̄dem igit̄ q̄ in eo qꝺ q̄d eſt p̄dicant̄ patʒ ſi em̄ eſt definire. aut ſi notū eſt qꝺ quid erat eſſe. infinita aūt nō eſt trāſire Neceſſe ḡ fieri in eo ꝙ q̄d eſt p̄dicantia Vl'r aūt ſic dicimus Eſt em̄ vere dicere albū ambulare. ⁊ magnū illud lignū eſſe. ⁊ iterū lignū magnū eſſe. et hoiem ambulare Alteruʒ igit̄ eſt dicere ſic. aut illo mō Cū em̄ album q̄dem dico eſſe lignum. tunc dico ꝙ cui accidit albū eſſe lignū eſt. ſʒ nō ꝙ ſubiectū ligno albū ſit Et nanqꝫ neqꝫ qꝺ cuʒ album eſt neqꝫ ꝙ aliquod vere factū eſt lignum quare non eſt ſc̄m ſe primo ſed aut ſc̄m accidens Cum vero lignū album eſſe dico. nō ꝙ alteruʒ aliquod ſit albū. illi em̄ accidit lignū eſſe. vt cuʒ muſicū album eſſe dico. tunc quoniā albus homo eſt. cui accidit muſicū eſſe dico. Sed quod lignū eſt ſubiectū. q[uia] quod vere ſubiectū factum eſt non ꝙ aliud alterū q̄ꝫ qꝺ vere eſt lignum. aut lignū aliquod Si igitur oportet nomīa ponere ⁊ ſic dicere p̄dicari. ſed illo mō autē nequāq̄ꝫ p̄dicari: aut p̄dicari ñ q̄dem ſimpl'r. ſed ſc̄m accidens p̄dicari Eſt autem tanq̄ꝫ album q̄dem qꝺ predicatur. ſed ſicut lignū eſt de quo predicatur ſubijciat̄ igitur p̄dicatum p̄dicari ſemꝑ de quo predicatur ſimpliciter. ſed non ſc̄m accn̄s. Sic em̄ demōſtrationes demōſtrant̄ Quare aūt in eo quod q̄d eſt. aut quoniā quale. aut quantū aut ad aliquid. aut faciens. aut patiens. aut vbi aut q̄ñ vnū de vno predicabit̄ Amplius ſubſtantiā quidem ſignificātia. aut qꝺ vere illud eſt aut qꝺ vere illud aliq̄d. de quo predicant̄ ſignificant Quecūqꝫ vero nō ſubſtantiam ſignificant ſed de alio ſubiecto dicunt̄ qꝺ nec eſt illud neqꝫ qꝺ vere illud aliq̄d eſt accidentia ſunt Vt de hoie eſt albū. nō eſt hō neqꝫ vere albuʒ eſt. neqꝫ qꝺ vere albū aliqꝺ eſt. ſed aīal forſan. qꝺ vere em̄ aīal eſt hō eſt Quecūqꝫ vero nō ſubſtantiam ſignificāt oꝑtet de quolibet p̄dicari. ⁊ nō eſſe aliqꝺ albū. qꝺ nō cū alterū aliqꝺ ſit albū eſt Species em̄ gaudeant ⁊ genera mōſtra em̄ ſunt. et ſi ſint nihil ad rōem ſunt demōſtrationes em̄ de hmōi ſunt Amplius em̄ ſi nō eſt hoc huiꝰ q̄litas ⁊ illud huiꝰ ſubiecti. neqꝫ q̄litatis eſt qualitas Impoſſibile eſt eque ad inuicē p̄dicari ſic. ſed verū q̄dē ꝯtingit dicere. eq̄ autʒ p̄dicari nō ꝯtingit vere Aut igit̄ ſicut ſubſtantia p̄dicatur vt eſt aut cū genus ſit aut differentia p̄t p̄dicari

Hec aūt omīa oſ̄ſa ſunt. qm̄ r̄ō erūt infinita neqꝫ in ſurſum neqꝫ in deorſum. vt hō eſt bipes et hō eſt aīal. hoc aūt alterū eſt neqꝫ aīal de hoie Hoc aūt de Callia. h̄ aūt de alio in eo qꝺ q̄d ē Subſtātiā q̄dem omnē eſt definire hmōi. infinita aūt non eſt tranſire intelligentē. q̄re neqꝫ in ſurſum neqꝫ in deorſum infinita ſunt Illā enim nō eſt definire de qua infinita p̄dicant̄ Si q̄dem igit̄ genera ad inuicē equaliter nō p̄dicant̄ erit em̄ ip̄m qꝺ vere ip̄m aliq̄d eſt Et neqꝫ tamē de qualitate aut alioꝝ nullū niſi ſc̄m accidēs p̄dicabit̄ Omīa hec em̄ accidūt et de ſubiectis p̄dicari Sed qm̄ neqꝫ in ſurſuʒ infinita erūt vnūqꝺqꝫ em̄ qꝺ p̄dicat̄ ſignificat. aut q̄le aliq̄d aut ad aliq̄d. aut quātū. aut hmōi. aut q̄ ſunt in ſubſtantia. hec em̄ finita ſunt. ⁊ genera p̄dicamētoꝝ finita. aut em̄ q̄le. aut quantū. aut facere. aut pati. aut vbi. aut q̄ñ p̄dicabit̄ Cōceſſuʒ aūt ē vnū de vno p̄dicari. ip̄a aūt de his q̄cunqꝫ nō aliq̄d ſunt. nō p̄dicari dicimus. accn̄tia em̄ ſunt omnia. ſʒ hec q̄dem ſc̄m ſeipſa. alia vero ſc̄m alterū modū Hec aūt omīa de ſubiecto quodā predicari dicimꝰ. ſc̄m accn̄s aūt nō eſſe ſubiectū aliquod Nihil em̄ taliū ponimus eſſe qꝺ nō alterum aliqꝺ eſſe dr̄ qꝺ dr̄. ſed ip̄m in alijs ⁊ alia q̄dem de altero Neqꝫ in ſurſum ergo vnuʒ de vno. neqꝫ in deorſum eſſe dr̄ de q̄bus q̄dem dicunt̄ accidētia q̄cūqꝫ in ſubſtātia vniuſcuiuſqꝫ ſunt. hec aūt nō ſunt infinita Sed in ſurſuʒ ip̄a quoqꝫ ⁊ accn̄tia vtraqꝫ non infinita ſunt Neceſſe eſt ergo eſſe aliq̄d de quo primū p̄dicet̄. et de hoc aliud. ⁊ hoc ſtare ⁊ eē aliq̄d qꝺ non amplꝰ neqꝫ de alio ꝓori neqꝫ de illo aliq̄d prius p̄dicet̄. vnꝰ q̄dē ḡ demōſtratōis modus dr̄ hic.

Adhuc ãt alius. ſi eñ de qbus quedaz priora predicanť hoꝝ erit quidem demonſtratio. quoꝝ aũt eſt demõſtratio neqꝫ potius poſſunt habere ad ipa ꝙ̄ ſcire. neqꝫ ſcire eē ſine demonſtratione. Si autem hoc ꝑ hoc notũ eſt. hoc autem neſcimus neqꝫ melius habemus ad ipa ꝙ̄ ſcire. neqꝫ ꝑ hoc notum ſciemus. ſed ſub cõditione. Si igitur eſt aliqd ſcire ꝑ demõſtrationẽ ſimpliciť. ꝛ non ex aliqbus neqꝫ ex ſuppoſitione manifeſtũ eſt ſtare predicamenta media. Si enim non ſteterint. ſed eſt ſemꝑ acceptio in ſuperius omniuz erit demõſtratio. quare quoniã nõ eſt infinita ꝑcurrere quorũ non eſt demõſtratio hec non ſciemus ꝑ demonſtrationem Si igitur neqꝫ melius habemus ad ipa ꝙ̄ ſcire nõ erit aliquid ſcire ꝑ demonſtrationẽ ſimplr̃ ſed ex ſuppoſitiõe. Logice quidem igitur ex his vtiqꝫ aliquis credet de eo quod dictũ eſt. Analectice autem manifeſtum eſt per hec velocius ꝙ neqꝫ in ſurſum. neqꝫ in deorſum infinita predicãtur contingit eſſe in demõſtratiuis ſciẽtijs de qbus intẽtio eſt Demõſtratio eñ eſt quecũqꝫ qdem ipa inſunt ſꝫm ſe ipa rebus. ſꝫm ſe ipa. vero dupliciť. quecũqꝫ enim in illis inſunt in eo ꝙ quid eſt. et in qbus ipſa inſunt in eo quod qd eſt. q̄ inſunt ipis. vt in numero impar. quod ineſt qdem numero eſt aũt ipe numerus in rõne ipius Et iterũ multitudo aut diuiſibile in rõne numeri eſt. Horum aũt neutra contingit infinita eſſe. nec vt imperfectũ numeri. Iterũ eñ ſi impari aliud inſit. cui inerat exiſtẽti. Hoc aũt ſi eſt primum numerus inerit his inſunt ipi. Si igitur non contingit huiuſmodi infinita eſſe in ymo neqꝫ in ſurſum erũt infinita. Atuero neceſſe eſt oĩa ineſſe primo vt numero. ꝛ in illis neceſſe eſt eſſe numerũ. quare cõuertibilia erunt. ſed nõ excedẽtia. nec q̄cunqꝫ inſunt in eo qꝺ qd' eſt. neqꝫ hec infinita ſtꝫ. neqꝫ eñ eſſet definire. Quare ſi preſentia qdem oĩa ꝑ ſe dicuntur hec nõ infinita ſunt. ſtabunt vtiqꝫ in ſurſuz. quare et in deorſum. Si aũt ſic eſt. ꝛ que ſunt in medio duoꝝ terminoꝝ ſemꝑ ſunt finita. Si vero hoc eſt. manifeſtũ eſt iam eſſe demonſtrationẽ. ꝙ neceſſe eſt principia aliqua eſſe. et non omnium eſſe demonſtrationẽ. Qꝫ vero diximus quoſdã demõſtrare principia. ſi eñ ſunt principia. nõ oĩa ſunt demonſtrabilia. neqꝫ in infinituz poſſunt ire. Eſſe eñ hoꝝ qꝺlibet nihil aliud eſt ꝙ̄ eſſe nullũ ſpaciuz ſine medio ꝛ indiuiſibile ſed omĩa diuiſibilia. intus eñ mittẽdo terminũ. ſed nõ aſſumẽdo demonſtrať qꝺ demõſtrať. Quare ſi hoc in infinituz ꝯtingit ire. Cõtingit vtiqꝫ duoꝝ termioꝝ infinita eſſe interius media. ſed hoc impoſſibile eſt. ſi predicata ſteterint in ſupius ꝛ inferius Qꝫ aũt ſtent demõſtratũ eſt logice prius analectice vero nũc. Mõſtratis aũt his manifeſtũ eſt ꝙ ſi aliqꝺ idẽ duob ĩſit. vt ſi ineſt a et in c. ꝛ i d nõ p̄dicãte altero de altero. aut nullo mõ. aut nõ de om̄i. ꝙ nõ ſꝑ ſꝫm cõe aliqd ineriť. vt yſochelẽ ꝛ ſcalenõ nõ duob rectis eq̃les habere. ſꝫm cõe aliqꝺ ineſt. Scꝺm eñ ꝙ eſt figura q̄dã. ꝛ nõ ſꝫm alteꝝ eſt. hoc aũt nõ ſꝑ ſic ſe hꝫ. Sit eñ b qdẽ ſꝫm ꝙ eſt in a in c ꝛ in d Manifeſtũ igiť eſt ꝙ b in c d ſꝫm cõe eſt. ꝛ illud ſꝫm alteꝝ q̄re duoꝝ termioꝝ. medijs infinitis vtiqꝫ intercidũt termini. ſꝫ hoc ĩpoſſibile ē. Si ſꝫ igitur cõe aliqꝺ eē nõ neceſſe eſt ſꝑ idẽ in pluribꝫ. q̄re vere erũt ĩmediata ſpacia. In eodẽ tñ genere et eiſdẽ athomis neceſſe eſt termios eſſe. Siqdẽ his que ſunt ꝑ ſe ſunt erit cõe. nõ eñ erat ex alio genere in aliud deſcẽdentẽ demr̃are Manifeſtũ eſt autẽ ꝛ c a in b ſit. ꝛ ſiqdem eſt aliquod mediũ eſt demõſtrare ꝙ a in b ſit ꝛ elemẽta huiuſmodi ſunt hec et tot quot media ſunt. Immediate eñ ꝓpõnes ſunt elemẽta. aut oẽs. aut vniuerſales. Si vero nõ eſt mediũ. nõ amplius erit demonſtratio. ſed in principia via hec eſt. Similiter aũt erit ꝛ ſi a in b non ſit. ſiqdem eñ aut mediũ eſt aut prius cui nõ ineſt erit demonſtratio. ſi vero nõ: non eſt. ſed principia et elemẽta tot ſunt quot ſunt termini. Hoꝝ quidem eñ principia demõſtrationis ſunt. Et ſicut quedã principia demõſtrationis ſunt indemonſtrabilia. ꝙ ſit hoc illud ꝛ ꝙ ſit hoc in illo. ſic ꝛ ꝙ non ſit hoc illud. neqꝫ ꝙ ſit in illo q̄re hoc qdem eſſe aliqd. alia aũt nõ eſſe aliquid erunt principia

Cum aũt indigeat monſtrare aliqd accipiendum eſt ꝙ de b primũ prediceť. Sit de hoc ſil'r a ꝛ ſemꝑ vadens nequaꝙ̄ extra ꝓpoſitio cadat neqꝫ extra ipſius a eſſe accipiať vt demonſtreť: ſed ſemꝑ mediũ denſetur quouſqꝫ indiuiſibilia fiant ꝛ vnũ. Eſt aũt vnũ cuz immediatũ fiant et vna propõ ſimplex eſt immediata Et quemadmodũ in alijs eſt principiũ ſimplex. hoc aũt nõ idẽ vbiqꝫ eſt. ſed in graui qdem vncia. in melodia aũt tonus. in mẽbris aũt diuiſio: aliud aũt in alio. ſic eſt in ſyllogiſmo tñ ꝓpoſitio ĩmediata. In demõſtratõe aũt ſcia et intellectꝰ. In demõſtratiuis igiť ſyll'is eius (qꝺ ē) nihil cadit extra. Sed in ꝑuatiuis hoc qdem qꝺ oportet eſſe nihil extra hoc cadit: vt ſi a nõ eſt in b per c. Si eñ in b qdem eſt c. in nullo aũt c eſt a. Iterum ſi indigeat ꝙ in c a. nullo ſit mediũ accipiẽdũ ē ipiꝰ a ꝛ c. ſic ſꝑ ꝓcedit Si ꝓo indigeat demonſtrare ꝙ e in d non ſit. eo qꝺ eſt c in d. qdez om̄i ineſt in e aũt nullo. Aut non in om̄i nunꝙ̄ extra c cadit. hoc autez eſt cui nõ oportet ineſſe. In tercio aũt modo neqꝫ a quo oportꝫ. neqꝫ qꝺ oportet ꝓuari nequaꝙ̄ extra mediũ hoc ibit

Queritur. vtrũ determiatis extremis demõſtrationis poſſibile ſit media eſſe infinita Arguitur ꝙ ſic qꝛ inter duo pũcta que ſunt extrema linee ſunt infinita pũcta media. igitur determiatis extremis poſſibile eſt media eē infinita. Scꝺo. Inter colores extremos ſtꝫ infiniti colores medij cauſati ex cõbinatõe extremoꝝ q in infinituz variari poſſunt. igitur ſeq̄tur qꝺ ꝓus. Tercio nõ eſt deueniẽdum ad principia ĩmediata. igiť in medijs demõſtrationũ eſt proceſſus in infinitũ. Añs pꝫ. qꝛ data q̄cunqꝫ ꝓpoſitõe vera p̄dicatum poteſt oſtendi de ſubiecto vel per rationez ſubiecti vel ꝑ rõem p̄dicati In oppoſitũ eſt. p. in textu.

Sciendũ primo. ꝙ poſtꝙ̄ phus determinauit de ignorãtia praue diſpoſitõis ꝛ de ignorãtia pure negationis q̃uo cauſať in nobis. Hic ꝯñter ad remouenduz vnã cãm ignorãtie negatõis in nobis quã aliq aſſignauerunt. Oſtẽdit ꝙ in medijs demõſtrationũ ꝛ in demõſtrationibꝫ non eſt ꝓceſſus in infinitũ. Aliq eñ dixerũt ꝙ nihil poſſumus ſcire eo ꝙ in ꝓncipijs demõſtrationũ eſt ꝓceſſus in infinitũ ꝓpter infinitatẽ medioꝝ. ꝛ ſic nõ eſſet deueniendum ad ꝓma principia vbi

Sciendũ ſecundo. ꝙ circa hanc determinationẽ. Areſtotiles mouet tres queſtiones ſuppõnẽdo ꝙ in demõſtratõe ſunt tres termini. ſ. ꝓmus q eſt maior extremitas medius. ꝛ vltimus q eſt minor extremitas Prima q̄ſtio eſt. Utrũ dato infimo ſubiecto ſit ꝓcedere in infinitũ ꝓlus ſupius aſcendẽdo in p̄dicatis ſic ꝙ nunꝙ̄ detur ſupmũ p̄dicatũ Scꝺa eſt dato vniuerſaliſſimo p̄dicato vtrũ ꝯtingat in infinitũ ꝓcedere deſcẽdẽdo in ſubiectꝫ. ſic ꝙ nunꝙ̄ deueniať ad infimũ ſubiectũ. Tercia eſt titulꝰ q̄ſtionis q ꝓpinquior ꝛ ꝓncipalior eſt ꝑñti intentioni. Non eñ ꝑñt demõſtratões aliter ꝓcedere in infinitũ niſi qa inter ſubiectũ ꝛ p̄dicatũ ꝯcluſionis demõſtrabilis ſumereñť infinita media Poſſit etiã formari q̄rta q̄ſtio q ꝑ modũ cõcluſionis poniť in textu. Utrũ ſcꝫ poſito ſtatu in affirmatiuis demõſtrationibꝫ ꝛ p̄dicatiõibꝫ neceſſario ſit ſtatus in negatiuis. Ex iſtaꝝ q̄ſtionũ quaſdã reducit phus ad alias oñdens ꝙ eaꝝ ſolutio ex ſolutiõe aliaꝝ habeť. Oſtenſo eñ ꝙ impoſſibile eſt extrema eſſe infinita oſtendiť etiam ꝙ impoſſibile eſt media eſſe infinita. Sil'r ſi affirmatiue p̄dicationes ꝛ demr̃atões ſint finite opꝫ neceſſario ita eē de negatiuis.

Cõcluſio ꝓma ꝛ r̃nſalis ad q̄ſitũ determinatis extremis impoſſibile eſt media eſſe infinita. Probať cõcluſio. qꝛ ſi deť ſupmũ p̄dicatũ ꝛ etiã infimũ ſubiectũ. ſupremũ p̄dicatũ ꝓus p̄dicabiť de aliq medio ſibi ꝓpinq̄ ꝙ̄ de infimo. ꝛ adhuc ꝓmo de ꝓpinqori Sil'r infimũ ſubiectũ ꝓus ſubijcieť predicato ſibi ꝓpinquo ꝙ̄ diſtantiori. ſi igiť ſint infinita intermedia ſeq̄tur ꝙ ſupremũ nunꝙ̄ diceť de infimo nec infimuz ſubijcieť ſupmo. qꝛ impoſſibile eſt infinita pertranſire. ꝛ ſic nõ eſt ſupremũ p̄dicatũ nec infimũ ſubiectuz qꝺ eſt ꝯtra ſuppoſitũ. nec valet dicere ꝙ non ꝑt dari p̄dicatũ ꝓpinquuz infimo ſubiecto qꝺ tñ ſupponiť. qꝛ ſiue deť ſiue nõ exq intermedia ſtꝫ infinita nũꝙ̄ deuenieť ad ſupmũ p̄dicatũ ſic ꝙ dicať ꝺ ĩfimo ſubiecto nec ſubiectũ ſubijcieť ꝓ̄to

Concluſio ſecunda. Si ſit ſtatus in p̄dicationibꝫ ꝛ demõſtrationibꝫ affirmatiuis neceſſario eſt ſtatꝰ in negatiuis Probať ꝯcl'o. qꝛ oĩs ꝓpõ negatiua. vel eſt ĩmediata. ꝛ ſic ibi eſt ſtatus. vel mediata. ꝛ tũc hꝫ ꝓbari ꝑ aliquã affirmatiuã. Qꝺ pꝫ in ꝓma figura vbi ꝯcluſio negatiua ꝓbať ꝑ maiorẽ negatiuã in qua maior extremitas remoueť a medio. ꝛ ꝑ minorẽ affirmatiuã in qua mediuz ꝺꝛ de minori extremitate. Uel igiť maior extremitas immediate remoueť a medio. ꝛ ſic ibi eſt ſtatus. vel ꝓus remouetur ab aliq qꝺ includiť in medio ꝛ ꝑ illud remoueť a medio Et tũc illud affirmať de medio. ꝛ ꝑ ꝯñs de minore extremitate de qua mediũ affirmabať. ꝛ ſic ꝯñter ſi augeať demonſtratio eſt ꝑ p̄dicata affirmatiue dicta de minori extremitate. igiť ſi non ſit ꝓceſſus in infinitũ in demonſtrationibus affirmatiuis ſeq̄tur' ꝙ nec in negatiuis.

Dubitatur ꝓmo. Utrum in p̄dicationibꝫ affirmatiuis ſit ꝓcedere in infinitũ. Ad dubiũ r̃ndeť ꝙ impoſſibile eſt in p̄dicatiõibꝫ affirmatiuis ꝓcedere in infinitũ ſiue aſcendẽdo in p̄dicatis ſiue deorſum deſcẽdendo in ſubiectis. Probat. p. ꝓmo logice. i. ꝑ rõnes ꝓcedẽtes ex cõibꝫ. qa om̄e qꝺ de alio p̄dicať. vel p̄dicať vt ſuba vel vt accñs. Si primũ iã impoſſibile eſt ire in infinitũ ſiue ſurſum ſiue deorſum. qꝛ tale p̄dicatũ eſſet de definitõne ſubiecti vel ecõtra. iõ ſi in infinitũ ꝓcedereť impoſſibile eſſet dare definitiõem cũ impoſſibile ſit infinita ꝯphendere. Etiã om̄e tale p̄dicatũ eſt genꝰ dr̃ña vel ſpẽs ꝛ in generibꝫ generaliſſimis ē ſtatus igiť. Si vero aliqd p̄diceť vt accñs. hoc non eſt niſi tripliciť. vel p̄dicať accñs de ſubiecto vel ſubiectũ de accñte. vel accñs de accñte. ſed nullo iſtoꝝ modoꝝ ꝓcediť in infinitũ. g̃. Minor pꝫ. qꝛ cũ ꝺꝛ lignũ eſt albũ nõ ꝑt intelligi ꝙ aliud ſubiectũ ꝙ̄ lignũ ſit factũ albũ. ꝛ ſic ex ꝑte ſubiecti ibi eſt ſtatus. Sil'r nõ intelligiť aliud ꝙ̄ albuz fieri ex ligno. et ſic ex ꝑte p̄dicati eſt ſtatus. Sil'r in ſcꝺo° cũ ꝺꝛ albũ ē lignũ q̄uis nõ ſit ſenſus ꝙ lignũ accidat albo tanꝙ̄ ſubiecto. tñ ē ſenſus ꝙ albuz in cõi inẽ alicui ꝑticulari ligno cui accidit eē albũ. Neqꝫ ē vltra deſcẽdendũ ex ꝑte ſubiecti. ꝛ ſic iſte ſcꝺs modꝰ plus diſtat a p̄dicatõe ꝑ ſe ꝙ̄ ꝓmus modꝰ. Sed in tercio° cũ ꝺꝛ albũ ē muſicũ nõ eſt ſenſus ꝙ muſica inẽ albedini. ſed ꝙ qdã ꝑticularis hõ cui accidit eē albũ eſt muſicꝰ et ſic in q̄libet iſtoꝝ modoꝝ ē ſtatus. Nec valꝫ ſi dicať ꝙ infinita vni accidũt. qꝛ ſi illa ſint ſingularia tũc nõ hñt rõez p̄dicabiľ. nec infinita ſꝫm actũ ꝑñt eidẽ accidere. Si vero illa accñtia ſint vl'ia etiã nõ ſtꝫ infinita. qꝛ ſolũ ſtꝫ nouẽ gña accidẽtiũ. ꝛ ſic in p̄dicatõibꝫ affirmatis eſt ſtatꝰ. Sed forſan ꝯ̄ ꝓmuz mẽbꝝ huiꝰ diuiſiõis poſſet ſic argui ꝙ p̄dicata q̄ ſubam ſ̃cant ſtꝫ ſeꝑata exñtia extra ſingularia. Iõ h̄ remouet phs dicẽs. Gaudeãt gña ꝛ ſpẽs. qꝛ ſi ſic ſtꝫ mõſtra ſtꝫ ꝛ ſi ita eſſent nihil facerẽt ad demr̃atiõez. qꝛ nõ poſſent vere ꝛ affirmatiue p̄dicari Scꝺo ꝓbat. p. idẽ analectice. i. rõe ꝓcedẽte ex ꝓprijs huic ſcie. qꝛ ſi eſſꝫ ꝓceſſus in infinitũ in extremis demr̃atõis. vt in ſubiectis ꝛ in p̄dicatis. Uel h̄ eēt in ꝓmo° ꝑ ſe vel in ſcꝺo. nõ in ſcꝺo. qꝛ in tali mõ ſubiectũ eſt de definitõe p̄dicati. ꝛ ſi ex ꝑte p̄dicati ꝓcedať in infinitũ ita etiã eſſꝫ ex ꝑte ſubiecti. Igiť impoſſibile eſſet ꝯſtituere definitionẽ p̄dicati. ꝓbi gr̃a. ſi impar p̄diceť de nũero nũerus ē de definitõe eiꝰ. ꝛ ſi aliqd de impari p̄diceť opꝫtebit ꝙ nũerus ꝛ ipar ſint de ſua definitõe. Et ſi iteꝝ aliqd aliud de illo p̄diceť. opꝫtebit ꝙ nũerus ꝛ ipar ꝛ illud terciũ ſint de definitõe q̄rti cũ oĩa ſe habeãt in rõe ſubiecti reſpcũ illiꝰ q̄rti. ꝛ ſic ſi ꝓcedať in infinitũ opꝫtet definitionem infinitã ꝯphendere qꝺ eſt impoſſibile. Et ſil'r patꝫ de ꝓmo mõ. qꝛ ibi p̄dicatũ eſt de definitõe ſubiecti. g̃ impoſſibile eſt hmõi p̄dicata eſſe infinita. qꝛ impoſſibile eſſet definitõez ꝯſtituere.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dubitatur ſecũdo. Utrum in principijs demonſtrationũ ⁊ in demõſtrationibꝫ ſit ꝓcedere in infinitũ.

Ad dubiũ rñdetur ꝙ nõ qḋ ſatis patet ex dictis. qꝛ vel eſſet in affirmatiuis vł in negatiuis. nõ in affirmatiuis. vt ꝓbatum eſt in pͥmo dubio. nec in negatiuis. qꝛ ſi ſit ſtatus in affirmatiuis neceſſario eſt ⁊ in negatiuis. vt ƀ ſecũda concluſio. Ex dictis etiaꝫ ſeq̇tur ꝙ ſi aliqḋ cõmune cõueniat multis. nõ oꝑtet ſemꝑ illud ꝯuenire ipſis mediãte aliquo cõmuni. in quo cõueniunt. qꝛ aliquãdo deueniendũ eſt ad immediata. vt ſi habere tres angulos cõueniat ſpeciebꝫ trianguli ꝑ aliquod cõmune in quo cõueniũt puta ꝑ triãgulũ nõ oꝑtet iterũ illud ꝯmune ꝯuenire illis ſpeciebꝫ ꝑ aliud ſed tandẽ in aliquo cõmuni eſt ſtatus

Ad rõnes Ad primã dicitur ꝙ licet in linea ſint infinita puncta ſm potentiã. et inter extrema finita nõ tamẽ ſunt infinita ſm actum. Ad ſcḋam dicitur ꝙ non ſunt infiniti colores medij. quia ꝓportio extremoꝝ colorũ cõueniens ad ꝯſtitutõnem vnius ſpẽi non eſt variabilis in infinitum. Ad terciam dicit̃ ꝙ quãdo predicatũ eſt cõpleta definitio ſubiecti vel pars eius non oꝑtet ꝙ poſſit de ſubiecto demonſtrari per definitionẽ ſubiecti. ideo talis propoſitio eſt immediata

¶ Octauus tractatus

Um aũt ſit demõſtratio alia q̇dem particularis. alia vero vniuerſalis. ⁊ hec q̇dem cathegorica. illa priuatiua. dubitat̃. qualis potioꝛ ſit. Similr̃ aũt ⁊ de ea q̃ demõſtrare ƀ ⁊ de ducente ad impoſſibile demonſtratõe. Primũ igit̃ intendimus de vniuerſali ⁊ ꝑticulari oſtendentes eñ hoc. ⁊ de ea que demõſtrare ƀ. ⁊ que eſt ad impoſſibile dicemus. Uidet̃ q̇dem igit̃ forsitan vtiq̧ q̇buſdã ſic intẽdentibꝫ ꝑticularis eſſe dignioꝛ. Si eñ ſm quam maxime ſcimus demõſtratõem potioꝛ eſt demõſtratio. hec eñ virtus demõſtrationis eſt. Magis aũt ſcimus vnũquodq̧ cum ipm cognoſcimus ſm ipm q̃ ſm aliud. vt muſicum choruſcũ. qñ cognoſcimus ꝙ choruſcus muſicus eſt. q̃ cũ homo muſicus ſit. ſimilr̃ autẽ ⁊ in alijs. Sed vniuerſalis qñ aliud. vt nõ qñ ipſum cõtingit demõſtrat. vt quoniaꝫ eq̇laterus eſt equalis duobꝫ rectis non qñ eſt equitibiarũ ſed qñ ẽ triãgulus. ſed ꝑticularis qñ ipm. Si ergo potioꝛ quidẽ eſt que eſt ſm ipm. hmõi autẽ eſt ꝑticularis vł magis. ⁊ potioꝛ vtiq̧ demonſtratio ſm ꝑtem erit. Amplius ſi vniuerſale q̇dem nõ eſt aliquid p̃ter ſingularia Demõſtratio aũt ſm opinionẽ cõficit eſſe aliqḋ hoc ſm ꝙ demõſtrat et quandã naturã eſſe hanc ſine his que ſunt vt trianguli preter quoſdã. ⁊ figure p̃ter aliquas numeri p̃ter quoſdã numeros. Potioꝛ aũt eſt que eſt de eſſe ⁊ de eo qḋ eſt. q̃ de eo quod nõ eſt. Et ꝓpter quã non errabit̃. q̃ ꝓpter quam errabit̃. Eſt eñ vniuerſalis hmõi. ꝓcedentes enim demonſtrant de eo quod eſt communicabiliter ꝓportionale. quod eſt analoguꝫ. quod neq̧ linea neq̧ numerus neq̧ ſolidum neq̧ planuꝫ eſt. ſed p̃ter hec aliquid. Si igitur vniuerſali q̇dẽ magis hec eſt De eo aũt qḋ eſt minus q̃ ꝑticularis. ⁊ facit opinionẽ falſaꝫ. indignioꝛ vtiq̧ erit vniuerſalis q̃ ꝑticularis. aut primũ q̇dem nihil magis in vniuerſali q̃ ꝑticulari ratio eſt. Si eñ ꝙ duobꝫ rectis ineſt nõ ſm ꝙ eſt equitibiaꝝ. ſed ſm qḋ eſt triangulus eſt cognoſcens qñ equitibiaꝝ. minus cognoſcit inq̇ntum ipm eſt i pͥus q̃ cognoſcẽs. qñ triangulꝰ eſt. ⁊ omnino ſi nõ ſit. q̃ ſm qḋ eſt triangulus: et poſtea demõſtrat nõ erit demõſtratio. Si vero cognoſcens vnũquodq̧ ſm ꝙ vnũquodq̧ eſt. magis cognoſcit. Si igit̃ triangulus in plus ẽ et rõ eadem eſt. ⁊ non ſm equiuocatõem triangulus eſt. ⁊ ineſt omni triangulo quod in duobꝫ rectis nõ vtiq̧ eſt triãgulus. ſm qḋ eſt eq̇tibiarum. ſed eq̇tibiaꝝ. ſm qḋ eſt triangulus habet hmõi angulos. quare vniuerſaliter ſciens magis cognoſcit ſm q̇d eſt q̃ ſm partẽ. Potioꝛ vtiq̧ eſt vlis q̃ ꝑticularis. Amplius ſi q̇dem ſit q̇dam rõ vna ⁊ non eq̇uoca vniuerſale erit. vtiq̧ nihilominus q̇buſdã ſm partem ſed magis eſt quãto incoꝛruptibilioꝛa ſunt illis que ſunt ſm partẽ. que vero ſm parteꝫ coꝛruptibilia magis Amplius neq̧ vna neceſſitas eſt opinari aliq̇d eſſe hoc p̃ter hoc. qñ vnũ oſtendũt nihil magis q̃ in alijs q̇cunq̧ non aliq̇d ſignificant. ſed vt q̇le aut ad aliquid aut facere. Si ḡ nõ demõſtratio cauſa eſt. ſed male audiẽs. Amplius ſi demonſtratio eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus cã ꝓpter quid vniuerſale autẽ magis eſt cauſa cui eñ ꝑ ſe ineſt aliq̇d. hoc idem ipſius cauſa eſt vłe autem eſt primũ cui ineſt ꝑ ſe. Cauſa ergo vniuerſale eſt. q̃re ⁊ demõſtratio dignioꝛ eſt. Magis eñ cauſa eſt vłe et qḋ ꝓpter q̇d eſt. Amplꝰ vſq̧ ad hoc q̃rimus ꝓpter q̇d. ⁊ tũc opinamur ſcire. cũ nõ ſit aliq̇d aliud q̃ hoc aut qḋ fiat aut qḋ ſic fit. Finis eñ vltimus ⁊ terminus iam ſic eſt. vt cuius cauſa venit vt accipiat argẽtũ. hoc aũt eſt vt reddat cui debuit. hoc aũt eſt vt nõ iniuſte agat: ⁊ ſic ꝓcedentes cũ nõ ſit amplꝰ ꝓpter aliud. neq̧ alterius cã ꝓpter hoc. ſicut ꝓpter fineꝫ dicimus venire ⁊ fieri ⁊ eẽ. ⁊ tũc cognoſcere magis ꝓpter quid venit. Si igit̃ ſilr̃ ſe hꝫ ⁊ in alijs cauſis vt q̃ ſunt ꝓpter q̇d. In his aũt q̇cũq̧ ſic ſunt cãe. ſicut q̃ eſt cuꝰ cã. ſic ſcimꝰ maxĩe et in alijs. igit̃ tũc maxime ſcimꝰ cũ nõ amplius ſit hoc qñ aliud eſt. Cũ igit̃ cognoſcimus q̇dẽ ꝙ q̇tuoꝛ q̇ ſunt extra eq̇les ſunt. qñ eq̇tibiaꝝ adhuc deeſt ꝓpter quid. qꝛ triãgulus: ⁊ hoc eſt qꝛ eſt figura rectilinea. Si aũt hoc nõ amplius ꝓpter q̇d aliud tũc maxime ſcimꝰ ⁊ vłe tunc eſt. vlis vtiq̧ potioꝛ eſt Amplius q̃ntocunq̧ vtiq̧ demr̃atio magis ſm parteꝫ eſt in infinita cadit vlis aũt in ſimplex ⁊ finẽ: Eſt aũt ſm qḋ ſunt infinita non ſcibilia. ſed ſm qḋ ſunt finita ſcibilia ſunt. Scḋm itaq̧ ꝙ vlia ſunt magis ſcibilia ſt̃ q̃ q̃ ſunt ſm partẽ. Demõſtrabilia ḡ magꝭ ſunt vlia. De demõſtrabilibꝫ aũt magis eſt demonſtratio. Silr̃ aũt magis ad aliq̇d ſunt. dignioꝛ ergo vlis eſt qñ q̇dem ⁊ magis eſt demõſtratõ Amplius ſi magis ꝓponenda eſt ſm quẽ hoc ⁊ aliud q̃ ſm quẽ hoc ſolũ cognoſcit̃. Ulẽ aũt habens cognoſcit ⁊ ꝑticulare. hoc aũt vłe non ſciuit et ſic magis ꝓponenda erit vlis. Amplius aũt ⁊ ſic vłe eñ magis demõſtrare eſt qḋ eſt per mediũ demõſtrare. cuꝫ ꝓpinquius ſit pͥncipio prime aũt immediatũ eſt. hoc aũt eſt pͥncipiuꝫ. Si igit̃ q̃ ex pͥncipio eſt potioꝛ eſt ea q̃ nõ eſt ex principio. ⁊ q̃ magis eſt ex pͥncipio ea q̃ minus eſt certioꝛ demõſtratio. Eſt aũt hmõi vlis magis dignioꝛ vtiq̧ vlis magis erit vt ſi oꝑtet demõſtrare a de d. media ſint in q̇bꝫ ẽ b. c magis aũt ſurſum ſit b q̃re ſi ꝑ b vłe magis eſt. demonſtratio vlis dignioꝛ eſt ꝑticulari. ſed eoꝝ (q̃ dcã ſunt) q̇dã logica ſunt. Maxime aũt manifeſtuꝫ eſt ꝙ vlis magis ꝓpꝛia ſit: qñ ꝓpõnem hãc q̇dem hñtes pꝛioꝛẽ ſcimus. q̇dammõ et poſteriorẽ ⁊ habemus potẽtia. vt ſi aliq̇s cognoſcit. q̇a oĩs triãgulus hꝫ tres eq̇les duobꝫ rectis ſciuit quodãmõ ⁊ ꝙ eq̇tibiaꝝ ꝙ duobꝫ rectis potentia ſit. Et ſi nõ cognouit ꝙ eq̇tibiaꝝ triãgulus ſit. hanc aũt hñs ꝓpõnem vłem autẽ nullo mõ cognouit neq̧ potẽtia neq̧ actu. Et vlis intelligibił eſt ſꝫ ꝑticularis in ſenſu ꝑficit̃. Ꝙ q̇dẽ igit̃ vlis dignioꝛ ſit ꝑticulari tot nobis dcã ſunt

Querit̃ Utrum demõſtratio vniuerſalis ſit potioꝛ ⁊ dignioꝛ ꝑticulari. Arguit̃ ꝙ non tribꝫ rõnibus textus. Prima eſt demõſtrationũ illa eſt potioꝛ que magis facit ſcire cũ ſcire ſit finis ⁊ ꝑfectio demõſtrationis. ſed demõſtratio ꝑticularis magis facit ſcire. qꝛ facit ſcire aliquid ſm ſe. vniuerſalis vero ſm aliud. igit̃. Secũda rõ. ꝑticulare eſt magis ens q̃ vniuerſale cum vłe nõ ſit aliq̇d preter ꝑticularia. igitur ꝑticulare eſt magis ſcibile. qꝛ vnũquodq̧ eſt ſcibile ſm ꝙ eſt ens. Igit̃ demõſtratio ꝑticularis eſt potioꝛ vniuerſali. Tercia rõ demonſtratio vniuerſalis generat errorẽ. ꝑticularis vero nõ. Igit̃ particularis eſt potioꝛ vniuerſali. Añs patet. qꝛ cum demõſtratio vniuerſalis aliquid demõſtret de vniuerſali p̃ter ſingularia. vt de triãgulo ſm ſe ⁊ ñ de ꝑtibꝫ eiꝰ videt̃ inducere opiões. ꝙ vniuerſale ſit p̃ter ſingularia ⁊ ſic generat errorem

In oppoſitum eſt phus in textu ⁊c.

Sciendũ primo ꝙ poſtq̃ phus determinauit de demõſtratione ſm ſe. ꝯñter agit phus de demõſtratione cõꝑatiue ꝯꝑando demonſtrationes ad inuicem. Et qꝛ ſcientia ex demõſtratione cauſat̃. iḋ etiaꝫ finaliter agit de ꝯꝑatione ſcientiaꝝ adinuicẽ ⁊ de ꝯꝑatione ſcie ad intellectum ⁊ opinionẽ ⁊ ſolertiã. Et qꝛ triplex eſt diuiſio demonſtrationis. ſcꝫ in vniuerſalẽ ⁊ ꝑticularẽ. in affirmatiuã ⁊ negatiuã. in oſtenſiuã ⁊ in ad impoſſibile. Ideo agit phs de cõꝑatione iſtaꝝ demonſtrationũ. Et pͥmo de cõꝑatione vniuerſalis ad particularẽ Pro quo

Sciendũ ſecũdo ꝙ demõſtratio dicit̃ vniuerſalis ꝑ quã demonſtrat̃ ꝯcluſio in qua p̃dicatur paſſio de ſuo ſubiecto pꝛopꝛio et demonſtratur per ꝓpꝛia principia ⁊ cauſas ſubiecti. ⁊ ſic accipit̃ vniuerſale vt pͥus definitum eſt. Sed ꝑticularis demõſtratio ƀ in qua demõſtratur paſſio de ſubiecto non ſibi adequato. ſed de aliquo ꝑticulari cõtento ſub pͥmo ſubiecto aut de aliquo ſuꝑioꝛi eius accipiendo ꝓ principio talis demõſtrationis vniuerſalẽ cõcluſionẽ ſub qua continetur illa ꝑticularis

Concluſio prima. et reſponſiua demonſtratio vlis dignioꝛ ẽ ⁊ potioꝛ ꝑticulari. Probat̃ ſeptẽ rõnibꝫ phi. Prima rõ eſt. demr̃aº ẽ ſylłs oñdens cãm ⁊ ꝓpter q̇d ſed vłe magis eſt cã reſpectu paſſionis q̃ ꝑticulare. igit̃ demõſtratio vlis eſt potioꝛ. Minoꝛ ptꝫ. qꝛ ſubiectũ vłe paſſionis eſt illud cui ꝑ ſe pͥmo ineſt paſſio. ſed primũ in vnoq̇q̧ genere eſt magis cã q̃ ſcḋm. igit̃ vłe eſt magis cã q̃ ꝑticulare. Scḋa rõ in oibus que ſunt ad finẽ ꝯtingit querere ꝓpter q̇d. quouſq̧ deueniat̃ ad vltimũ finẽ ſimplr̃ qui amplius nõ fit ꝓpter aliud quo habito ceſſat motus inq̇ſitionis. Igit̃ etiã ita eſt in oibus alijs cauſis ꝙ ſemꝑ cõtingit querere quouſq̧ deueniat̃ ad primaꝫ cãm q̃ habita ceſſat motus inq̇ſitionis ⁊ ꝑfecte ſcitur illud cuius cã queritur. Sed demõſtratio ꝑticularis nõ reſoluit aliq̇d in primam cãm. ſed ſemꝑ ꝯtingit vltra q̃rere. qꝛ ꝓ pͥncipio ſumit cõcluſionẽ demonſtratõis vlis. Demõſtratio aũt vlis vſq̧ ad pͥma principia ⁊ immediata reſoluit. Igit̃ facit ſcire ſimpliciter. ⁊ ſic eſt potioꝛ ꝑticulari. Tercia rõ quãto magis ꝓceditur verſus ꝑticularia tanto magis ꝓceditur ad infinituꝫ. qꝛ infinitũ materie ꝯuenit q̃ eſt principiũ indiuiduationis. ſed quãto magis ꝓcedit̃ ad vniuerſale tanto magis ꝓcedit̃ ad aliq̇d ſimplex formale et finitũ. qꝛ rõ vlis ex parte forme ſumit̃. que ſimplex eſt ⁊ termĩat infinitatẽ materie. ſꝫ infinita inquantũ hmõi nõ ſunt ſcibilia. ſed aliq̃ ſunt ſcibilia inquantũ finita. Iḋ forma eſt pͥncipiũ ſcie. Igit̃ vniuerſalia ſtꝭ magis ſcibilia q̃ ꝑticularia. ⁊ ꝑ ꝯñs magis demõſtrabilia. ⁊ ſic demr̃atio vlis ẽ potioꝛ ꝑticulari. Quarta rõ illa demr̃atio ẽ potioꝛ q̃ plꝛa facit ſcire. ſꝫ vlis ẽ hmõi reſpectu ꝑticularꝭ. qꝛ vlis facit ſcire vłe ⁊ ꝑticłare ſub eo ꝯtẽtuꝫ Particularis ꝟo tm̃ facit ſcire ꝑticulare Ille eñ q̇ ſcit oẽm triangulũ habere tres angłos ſcit yſochelẽ hr̃e tres ſi ſciat ipm eẽ triãgulũ. ⁊ ſi ħ neſciat in actu ſcit tñ in ꝟtute. ſed ſciens yſochelẽ hr̃e tres ꝓpter hoc nõ ſcit illud de triangulo. Quinta rõ. demr̃atio ꝓcedẽs ex pͥncipio imediato potioꝛ ẽ illa q̃ ꝓcedit ex pͥncipio mediato aut ex nõ pͥncipio. igit̃ demõſtratio ꝓcedẽs ex pͥncipio ꝓpinq̇oꝛi potioꝛ eſt illa q̃ ꝓcedit ex pͥncipio remotioꝛi. Sꝫ demr̃atio vlis ꝓcedit ex ꝓpinquioꝛi. particularis vero ex remotioꝛi. quia pro pͥncipio capit ꝯcluſionẽ vt dictũ eſt. Sexta rõ. Illa demonſtratio eſt potioꝛ que eſt ex potioꝛibus propoſitionibus. ſed vniuerſalis ꝓpoſitio potioꝛ eſt particulari. quia facit ſcire vniuerſale

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

et ꝑticulare ſimul. Particularis vero ꝑticulare tm̄. Et hec ratio nō differt a quarta niſi q2 ibi fiebat ꝯpatio ꝯcluſionū. In iſta vero fit ꝯpatio p̄miſſaꝝ. Ultima rō. demōſtratio vlīs eſt intelligibilis. q2 terminat̄ ad vle qḋ ſolo intellectu cognoſcit̄. ꝑticularis vero terminat̄ ad ꝑticulare qḋ directe ꝑ ſenſuꝫ cognoſcit̄. ſed intellectus potior eſt ꝛ certior ſenſu. igitur demōſtratio vlīs eſt potior ꝛ certior ꝑticulari. Ex iſta cōcluſione ſeq̇tur

Cōcluſio ſcd̄a. demōſtratio vniuerſalis magis facit ſcire reꝫ ſm̄ ſe ꝛ in ꝓpria forma q̄ꝫ ꝑticularis. Probatur ꝯcluſio. q2 demōſtratio ꝑticularis facit ſcire ſm̄ aliud ꝛ nō ſm̄ ſe vt vle. ſicut habere tres angulos demōſtratione vniuerſali demonſtrat̄ de triāgulo. cui cōuenit ſm̄ ſe. et demōſtratione ꝑticulari oſtendit̄ de yſocheles cui conuenit ſm̄ aliud. igitur concluſio vera

Dubitatur p̄mo. quod eſt magis ens vel vle vel ꝑticulare Ad dubiū rn̄detur q̄ licet ꝑticulare quantum ad naturalem ſubſiſtentiā dicat̄ magis ens q̄ꝫ vle. tm̄ quantū ad eſſe ſcibile ꝛ quantuꝫ ad id qḋ rōnis eſt vle eſt magis ens q̄ꝫ ꝑticulare. q̄a eſt incorruptibile et ꝑpetuum. Particulare vero eſt corruptibile. ꝛ hoc ſibi accidit ratiōe principioꝝ indiuidualiū ꝛ nō rōne vlīs. Et ſic quantū ad ſuam ſubſiſtentiā qua ꝑticulare magis d̄r ens ꝛ nō magis ſcibile. q2 nulla eſt ſcīa p̄ter rōem ſm̄ quā de reb2 eſt ſcīa.

Dubitat̄ ſcd̄o. vtruꝫ demonſtratio vniuerſalis faciat opinari vniuerſale eſſe p̄ter ſingularia ꝛ extra ipſa. Ad dubiū rn̄detur q̄ nō. Licet demonſtratōe vniuerſali de ip̄o aliq̇d demonſtret̄ p̄ter ſingularia. ſed ſi h̄ aliquis opinet̄ hoc eſt ex defectu intelligētis ſicut videm⁹ de illis que nō ſignificāt ſubſtantiā ſed accn̄s q̄ ſignificamus ip̄a eſſe ꝑ ſe ſine ſub̄a vtcū d̄r albedo vel nigredo. ꝛ ꝓpter h̄ tn̄ nō dicimus talia eſſe ſine ſub̄a. Poſſumus tn̄ ea q̄ ſunt cōiuncta ſm̄ eſſe ſeparatim intelligere. dum vnū nō ſit de intellectu alterius. ꝛ aliq̇d attribuere vni, nō attribuēdo illḋ alteri. ꝛ talis abſtractio fit ꝑ p̄mā oꝑationē intellectus et nō ꝑ ſcd̄am. Un̄ poſſumus intelligere p̄us nō intelligendo poſterius. q2 poſterius nō eſt de intellectu p̄oris. Ideo poſſumus intelligere vle ſine ſuis ꝑticularib2. et aliquid ſibi attribuere nō attribuēdo illud ſuis ꝑticularib2 nec habita ꝯſideratōe illoꝝ ꝑticulariū. Rōnes facte ān oppoſituꝫ faciliter ſoluunt̄ ex dictis. p̄ma in ſcd̄a cōcluſione Scd̄a in primo dubio ꝛ tercia in ſecūdo dubio

Q2 autem affirmatiua dignior ſit p̄uatiua hoc manifeſtum ſit. ſi em̄ demōſtratio dignior aliȷ̄s exiſtentib2 eiſdem aut que ex minorib2 queſtionib2. aut ſuppōnibus aut ꝓpōnibus. Si em̄ nota ſunt ſil'r cognoſcere velocius ꝑ hoc eſt hoc aūt appetibilius eſt Rō aūt ꝓpōnis q̄ melior ſit ex minorib2 vlīs ſic eſt. Si em̄ ſil'ter ꝯtinget cognita eſſe media priora aūt notiora ſunt ꝑ media. ſit em̄ demōſtratio eoruꝫ que ſunt b c d q̄ a in e ſit. altera vero demonſtratio ꝑ b c q̄ a in d ſit. Sil'r igit̄ hoc ſe h2 q̄ a in d ſit ꝛ q̄ a in e ſit. Sꝫ q̄ a in d ſit p̄us eſt et cognoſcibilius q̄ꝫ q̄ a in c. ꝑ hoc em̄ illḋ demonſtrat̄. Credibilius aūt eſt qḋ eſt ꝓpter q̄d ꝛ q̄ itaq̄ꝫ ꝑ minora eſt demōſtratio melior eſt aliȷ̄s eiſdeꝫ exiſtentib2 Utreq̄ꝫ q̄dem igit̄ ꝑ tres terminos ꝛ ꝓpōnes duas demōſtrant. Sed hec q̄dem eſſe accipit aliq̇d. illa vero eſſe et nō eſſe aliq̇d ꝑ plura itaq̄ꝫ accipit. q̄re hec dignior eſt. Amplius q̄m oñſum eſt impoſſibile eſſe ꝑ vtranq̄ꝫ p̄uatiuaꝝ ꝓpoſitionū vtrūq̄ꝫ fieri ſyllogiſmū. ſed vnā q̄dem oꝑtet h̄moi eē aliā vero q̄m eſt. Ampli⁹ iuxta hoc oꝑtet ꝛ hoc accipe. p̄dicatiuas q̄dem em̄ augmētata demōſtratione neceſſe eſt fieri plures. p̄uatiuas āt impoſſibile eſt plures vna in om̄i ſyllogiſmo eſſe. Sit eniꝫ in nullo eſſe a in q̄bus eſt b in c aūt ſit om̄i b. Si igit̄ opus eſt iteꝝ augere vtraſq̄ꝫ ꝓpōnes eſt mediuꝫ iniȷ̄ciendū. Huius q̄dem a b ſit mediū d. ſed b c ſit e c q̄dem manifeſtū eſt p̄dicatiuū eſſe. ſed d de b p̄dicatiuū q̄dē. ad a aūt tanq̄ꝫ p̄uatiuū ponet̄ d q̄deꝫ em̄ de om̄i b. ſed a in nullo oꝑtet d eſſe. ſit igit̄ vna p̄uatiua ꝓpō q̄ eſt a d. Idem aūt modus eſt ꝛ in aliȷ̄s ſyllogiſmis. Semꝑ em̄ mediū p̄dicatiuoꝝ terminorū p̄dicatiuū in vtraq̄ꝫ eſt. ſed p̄uatiui alteꝝ tm̄ priuatiuū neceſſe eſt eſſe. q̄re hec vna h̄moi ſit ꝓpoſitio. alie vero p̄uatiue. Si igit̄ notius ꝑ qḋ demōſtrat̄ ꝛ credibili⁹ ē. demōſtrat̄ āt p̄uatia ꝑ p̄dicatiuā. p̄dicatiua aūt ꝑ illā nō demōſtrat̄. Prior q̄ ꝛ notior ꝛ credibilior cū ſit. melior vtiq̄ꝫ erit. Amplius ſi p̄ncipiū ſyllogiſmi ꝓpō vniuerſalis imediata eſt. Eſt aūt in demonſtratiua affirmatiā. in p̄uatiua aūt negatiua ꝓpō. affirmatiua aūt negatiua p̄or et notior: ꝑ affirmatiuā em̄ negatiua nota eſt. ꝛ p̄or affirmatio eſt. ſicut eſſe p̄us eſt nō eſſe. q̄re potius p̄ncipium demonſtratiue eſt q̄ꝫ p̄uatiue. dignioribus aūt p̄ncipiȷ̄s vtit̄ dignior. Adhuc principalior eſt. ſine em̄ demōſtratiua nō eſt p̄uatiua. Q2 q̄deꝫ cathegorica p̄uatiua ſit dignior manifeſtum eſt. ꝛ ad ip̄oſſibile ducēte Oꝑtet āt ſcire q̄ ſit dr̄ña ipſaꝝ. Si igit̄ a in nullo b. in c autē om̄i b neceſſe eſt in nullo c eſſe a Sic igit̄ acceptis demōſtratiua p̄uatiua erit demōſtratio. q̄m a in c nō erit Que vero eſt ꝑ impoſſibile ſic ſe h2. ſi opus eſt demōſtrare q̄ a in b nō ſit accipiendū eſt a eē in b ꝛ b in c. q̄re accidit ꝛ a in c eſſe. hoc aūt ſit notū ꝛ certū q̄ impoſſibile eſt ip̄m eſſe. Non igit̄ poſſibile eſt b in a eſſe. ſi igit̄ b certū eſt ineſſe. a in b impoſſibile eſt eſſe. Termini q̄deꝫ igit̄ ſil'r ordinant̄. Differt aūt qūo q̄lis ſit notior p̄uatiua ꝓpō. Utrū igit̄ q̄ a b nō ineſt. aut q̄ a c non ineſt. Cū igit̄ eſt ꝯcluſio notior q̄m non eſt a qḋ eſt ad impoſſibile fit demōſtratio. cū aūt in ſyllogiſmo ſit demōſtratiua eſt. Natura aūt prior

eſt que eſt q̄ a in b nō ſit q̄ꝫ a in c nō ſit. p̄ora em̄ cōcluſiōe ſunt ex q̄b2 ē cōcluſio Eſt āt q̄ e a q̄dē ic n̄ eē ꝯclio. a āt i b ñ eē ex q̄b2 ē ꝯclio Nō em̄ ſi ꝯtigit remoueri aliq̇d. hec cōcluſio ē. illa āt ſunt ex q̄bus ſed hoc q̄dem. i. ex quo ſyllogiſmus eſt qḋ vtiq̄ꝫ ſic ſe h2 quare vt totum ad ꝑtem aut vt ꝑs ad totuꝫ ſe h2. ſed (q̄ ſunt a c et a b ꝓpōnes) nō ſic ſe h̄nt ad inuicem. Si igitur q̄ ex notioribus ꝛ credibilib2 dignior eſt ſunt em̄ vtreq̄ꝫ ex nō eē credibiles. ſꝫ hec q̄dem ex priori illa v̄o ex poſteriori. potior ſimpl'r erit ea q̄ eſt ad ipoſſibile demonſtratio priuatiua. Quare et hac dignior predicatiua. Manifeſtum eſt ergo q̄ ꝛ ea que eſt impoſſibile potior eſt.

Querit̄. vtꝝ demōſtratio affirmatiua ſit potior negatiua. et oſtēſiua illa q̄ ē ad impoſſibile. Arguit̄ q̄ nō. q2 tā demōſtratio affirmatiua q̄ꝫ negatiua ꝓcedunt ex imediatis. igit̄ vna nō eſt potior altera. Cōſequentia tenet. q2 vna ꝓpō imediata nō ē p̄or aut notior altera Scd̄o. demōſtratio ad ip̄oſſibile vehemētius cogit ad aſſentiendū ꝯcluſioni q̄ꝫ oſtēſiua. q2 fundat̄ in illo p̄ncipio. qḋlibet ē vel nō ē. igit̄ ip̄a ē potior q̄ꝫ oſtēſiua Tercio. illa demōſtratio ē potior q̄ ex p̄orib2 p̄ncipiȷ̄s ꝓcedit. ſꝫ demōſtratio ad ipoſſibile ꝓcedit ex p̄oribus q̄ꝫ oñſiua. q2 vtit̄ p̄mis p̄ncipiȷ̄s ſimpl'r. oñſiua v̄o nō. igit̄ ꝛc̄. In oppoſitū eſt ph̄s in textu.

Sciendū p̄mo. Q2 poſtq̄ꝫ ph̄us ꝓbauit q̄ demonſtratio vlīs eſt potior ꝑticulari. Conſequenter oſtendit q̄ demōſtratio affirmatiua eſt potior negatiua et iteꝝ q̄ oſtenſiua eſt potior illa que eſt ad impoſſibile. Et q2 affirmatiā eſt potior negatiua. iō oñſiua affirmatiua demōſtratio ē potior q̄ꝫ demōſtratio ad ipoſſibile.

Sciendū ſcd̄o. Q2 illa demōſtratio ē potior q̄ ꝓcedit ex pautiorib2 ꝓpōnib2. Qḋ oſtendit ph̄s duplici rōne. Primo. q2 dato q̄ ille plures ex q̄b2 vna ꝓcedit ſint eque note ſicut pauciores ex q̄b2 alia ꝓcedit. adhuc velocius eſt cognoſcere ꝑ pauciores ꝓpōnes q̄ꝫ plures. q2 citius terminabit̄ diſcurſus. mō illud eſt eligibilius q̄ citius facit cognoſcere. Scd̄o idē oſtendit ſine ſuppōne. q2 illa demōſtratio eſt potior q̄ ex p̄orib2 ꝓcedit. ſed demōſtratio que paucioribus ꝓpoſitōnib2 vtit̄ ex p̄orib2 ꝓpōnib2 ꝓcedit q̄ꝫ illa q̄ plurib2 vtit̄. q2 ille plures reducunt̄ ad pautiores tanq̄ꝫ ad p̄ores. igit̄ illa demonſtratio eſt potior q̄ ex pautiorib2 ꝓcedit

Concluſio p̄ma. Demōſtratio affirmatiua potior eſt et dignior q̄ꝫ negatiua ceteris parib2. Probatur ꝯcluſio q̄nq̄ꝫ rōnib2 ph̄i. Prima ē. illa demōſtratio q̄ ꝓcedit ex paucioribus ē dignior. ſꝫ demōſtratō affirmatiua ē h̄moi. q2 affirmatiā tm̄ capit affirmatiuas ꝛ negatiua capit affirmatiuā ꝛ negatiuā. Et licꝫ vtraq̄ꝫ ſit ex trib2 terminis ꝛ duab2 ꝓpōnib2. tm̄ negatiua d̄r ex pluribus ꝓcedere. ſm̄ qualitatē ꝓpoſitōnum. Scd̄a rō illa demonſtratio eſt potior q̄ ꝓcedit ex p̄orib2 notiorib2 et magis credibilib2. ſꝫ affirmatiua ē h̄moi. q2 ex duabus affirmatiuis p̄t fieri ſyll'ſ. Ex duab2 vero negatiuis nō ſꝫ oportet alterā eē affirmatiuā. igit̄ affirmatiue ꝓpōes maiorē h̄nt efficaciā ad ſyllogiſandū q̄ꝫ negatiue ꝛ ſunt notiores ꝛ ꝑ ꝯn̄s demōſtratio affirmatiua potior ē negatiua. Tercia rō ſi demonſtratio negatiua ꝓcedat ex duab2 p̄miſſis mediatis et demonſtrent̄ ille p̄miſſe aſſumunt̄ tres ꝓpōes affirmatiue. due ꝓ minore q̄ eſt affirmatiua ꝛ vna ꝓ p̄miſſa negatiua ꝛ tm̄ ſolū accipiet̄ vna p̄miſſa negatiua. igit̄ ꝓpō negatiua reducit̄ ad ꝓpōnem affirmatiuā ſicut ad p̄ncipiū ei⁹. ſꝫ p̄ncipiū ē p̄us. noti⁹ et credibili⁹ p̄ncipiato. igit̄ affirmatiua ē potior negatiua. Quarta rō. p̄ncipiū ſyllogiſmi demōſtratiui ē ꝓpō immediata affirmatiua. q̄dem affirmatiui ſyllogiſmi. Et negatiui negatiua. ſꝫ affirmatiua ꝓpō p̄or eſt ꝛ nobilior q̄ꝫ negatiua. igitur ex ea fit nobilior demōſtratio. Minorē ꝓbat ph̄s dupl'r. p̄mo q2 ꝑ affirmatiuā demōſtrat̄ negatiua. igit̄ affirmatiua ē p̄or ꝛ notior. Scd̄o. q2 affirmatiua d̄r eē et negatiua nō eſſe. ſed eē ſm̄ naturā p̄cedit nō eē. Licet em̄ in aliq̄ ſm̄ tp̄s nō eē p̄cedat eſſe tn̄ nihil p̄t reduci de nō eē ad eē niſi ab aliq̄ iam exiſtēte Igit̄ eē ſimpl'r p̄cedit nō eſſe. Quinta rō. demonſtratio q̄ ꝓcedit ex p̄ncipalioribus p̄ncipiȷ̄s ē p̄or. ſꝫ affirmatiua eſt h̄moi. q2 ꝓpō negatiua ex affirmatiua depēdet. quia nō p̄t eē demōſtratio negatiua ſine affirmatiua ꝓpōne ꝛ adhuc negatiua reſolubilis eſt in affirmatiuā. igitur demonſtratio affirmatiua dignior ē negatiua ceteris paribus. Et d̄r notant̄ ceteris parib2. q2 ſi negatiā eēt ex imediatis ꝛ affirmatiua ex mediatis negatiua eēt dignior.

Concluſio ſcd̄a. Demonſtratio oſtenſiua negatiua potior eſt demōſtratōne ad impſſibile. Probat̄ ꝯcluſio. q2 illa demōſtratio ē potior q̄ ꝓcedit ex potioribus ꝛ notiorib2. ſed oſtenſiua negatiua ꝓcedit ex potiorib2 et notiorib2 q̄ꝫ illa q̄ eſt ad ipoſſibile. q2 in oñſiua ꝓcedit̄ ex notiorib2 ſimpl'r ſcꝫ ex premiſſis veris q̄ ſunt ſimpl'r notiores ꝛ priores ꝯcluſione. In alia v̄o ſolū ꝓcedit̄ ex notiorib2 quo ad aliquē. igit̄ demōſtratō oñſiua negatiua potior eſt illa q̄ eſt ad impoſſibile

Dubitat̄ p̄mo. Utꝝ demōſtratio affirmatiā oñſiua ſit potior demōſtratōe ad ip̄oſſibile. Ad dubiū reſpondet̄ q̄ ſic ſicut ſatis pꝫ ex dictis. q2 negatiā precellit demonſtratōem ad ipoſſibile vt d̄r ſcd̄a ꝯcluſio et affirmatiua p̄cellit negatiuā. ſꝫ quicq̇d ē potius potiori eſt potius nō potiori igitur Et inde ſeq̇tur general'r q̄ oīs demonſtratio oſtenſiua prior eſt et dignior demonſtratione ad impoſſibile.

Dubitat̄ ſcd̄o. Qualiter ꝯueniūt et differūt demōſtratio oñſiua ꝛ ad ipoſſibile. Ad dubiū rn̄detur q̄ int̄ ip̄as p̄nt aſſignari ſil'es dr̄ñtie ſicut aſſignate ſunt ſcd̄o p̄oꝝ inter ſyllogiſmū oſtenſiuū ꝛ ad ipoſſibile Tamen vt d̄r in textu. ille inter ſe ꝯueniūt. quia termini in vtraq̄ꝫ ſil'r ordinant̄. ſꝫ differūt. q2 licꝫ vtraq̄ꝫ ꝓcedat ex aliq̄ notiori tn̄ oñſiua ē ex notiori ſimpl'r ꝛ ad ipoſſibile ex notiori q̄ ad aliquē. q2 oñſiua ꝓcedit ex ābab2 p̄miſſis q̄ ſunt ſimpl'r notiores ꝯcluſione. ſed demōſtratio ad ipoſſibile ſolū accipit vnā verā ꝛ altera ē notior ꝯcluſione falſa. Nā in demōſtratōe ad ipoſſibile dū ex ꝯcluſione ipoſſibili interimit̄ aliq̄ p̄miſſaꝝ ꝑ hoc nō efficitur q̄ illud quod prius erat concluſio ſit p̄ncipium ſimpl'r. ſed ſolum quo ad aliquem

Ad rōnes: Ad p̄mam dicitur q̄ licꝫ vtraq̄ꝫ ꝓcedat ex imediatis tn̄ affirmatiā ē ex duab2 affirmatiuis ꝛ negatiua ꝓcedit ex affirmatiua ꝛ negatiua ꝛ licꝫ vna negatiua nō habeat negatiuā notiorē vel p̄orē ſimpliciter vel in ſuo genere. tn̄ ſꝫ h2 aliquā affirmatiuā q̄

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſimplr ē notior ipā. Ad ſcđam negaẛ ꝯña. qꝛ demonſtratio ad ipoſſibile ſimplr loquēdo nō coglt vehementius. ſ; ſi cogat adhuc nō h; hoc ex euidētia ꝓpoſitionū ex qb ꝓcedit. ſ; ex euidētia ṗncipij cui innitiẛ ſc; de qͥlibet affirmatio vł negatio ꝟa. Ad terciā dꝛ ꝙ ꝗuis demōſtratio ad ipoſſibile ꝓcedat ex ṗncipio ṗmo ꝛ potiſſimo tñ nō ꝓcedit ex oib ṗncipijs notioꝛib ꝯcluſione. Demonſtratio vero oſtenſiua ꝓcedit ex oib ṗncipijs ṗoꝛib ꝛ notioꝛib ꝯcluſione.

Certioꝛ aūt et prioꝛ eſt ſcīa q̄cunq; ipſi⁹ quia et propter quid eadē eſt. ſed nō eſt ipſi⁹ quia extra eā q̄ eſt ꝓpter quid Et q̄ nō eſt ex ſubiecto illa q̄ ē ex ſubiecto vt arithmetica armonica. Et q̄ eſt ex minoꝛib ea q̄ eſt ex appoſitiōe. vt geometria arithmetica. Dico āt ex minoꝛib q̄ nō eſt ex additione vt vnitas ſubſtantia eſt ſine poſitōne Punctus aūt ſubſtātia poſita. hoc aūt eſt ex appoſitōe Una autē ſcientia que eſt vnius generis Quecūq; ex primis cōponiẛ. et partes aut paſſiones hoꝝ ſunt ꝑ ſe Altera autē ſciētia eſt ab altera quaruncūq; principia neq; ex eiſdē neq; ex alteris ſunt. Huius aūt ſignum eſt cū indemōſtrabilia veniant opoꝛtet eīn ipa in eodē genere eſſe cum his q̄ demonſtrātur Signū aūt huius ē cū que demōſtrantur ꝑ ſeipſa in eodē genere ſunt ꝛ proxima Plures autē demonſtratōes eē eiuſdē poſſibile eſt. nō ſolū ex eodē oꝛdine accipienti nō cōtinuū mediū. vt corū (que ſunt a b c et d et i) ſ; ex altero vt ſi t a transſmutari. in quo aūt d moueri. ſed b letari. ꝛ iterū iquieſcere. ṗdicari verū ē g ꝛ d de b. ꝛ a de d. et i de b veru; eſt predicari. Letans eīn mouetur et quod moueẛ transſmutatur iterū et a de i. et i de b verū ē ṗdicari. Omnis eīn letās q̄eſcit et q̄eſcēs transſmutatur. q̄re per altera media et nō ex eodem oꝛdine ſyllogiſmus eſt. quare eſt neutrū de neutro dici mediorum. Neceſſe eīn ē eidem alicui vtrunq; ineſſe Intendere aūt eſt et ꝑ que alias figuras quot modis contingit fieri eūdem ſyllogiſmum

Queriẛ. vtꝝ vnitas ſcientie ſumaẛ ab vnitate ſubiecti ꝛ diuerſitas a ṗncipijs. Arguiẛ ꝙ nō. ṗmo qꝛ ab eodē h; res ꝙ ſit ꝛ ꝙ ſit vna. ſ; ſcīa capit eſſe a medio ſiue a ṗncipijs. igiẛ vnitas ſcie ſumēda ē a ṗncipijs et nō ab vnitate ſubiecti Scđo. ab eodē h; res vnitatem ꝛ diuerſitatē ab alijs reb. igiẛ ſi vnitas ſcie ſumaẛ ex vnitate ſubiecti ſeq̄ẛ ꝙ rō diuerſitat; ſumēda ē a ſubiecto. Tercio. diuerſe ſcie ꝯſiderāt idē ſubiectū ſicut geometria ꝛ phyſica ꝯſiderāt coꝛp⁹. igiẛ vnitas ſcie nō ſumiẛ ab vnitate ſubiecti. In oppoſitū ē phs in textu

Sciendū ṗmo. ꝙ poſtq; phus cōꝑauit demōſtratōes ad inuicē ꝯñr agiẛ de cōꝑatōe ſcie ad ſciām Et ṗmo eas cōꝑat ſm certitudinē. ꝛ ſcđo q̄ ad vnitatem ꝛ pluralitatē ꝛ circa ṗmā cōꝑatōem dꝛ ꝙ trib modis vna ſcīa dꝛ certioꝛ alia Primo°. qꝛ illa ſcīa q̄ facit ſcire ꝓpẛ q̄d ꝛ qꝛ certioꝛ ē illa q̄ ſolū facit ſcire qꝛ ē. ꝛ hec cōparatio ē inter ſciam ſubalternantē ꝛ ſubalternatā Secundo mō. illa ſcīa certioꝛ ē q̄ ē de non ſubiecto ea q̄ ē de ſubiecto ꝛ h̄ capiẛ ſubiectū ꝓ materia ſenſibili vt arithmetica certioꝛ ē muſica. Tercio. ſcīa q̄ eſt ex minoꝛib et ſimplicioꝛib certioꝛ ē illa q̄ ē de mag; cōpoſit;. vñ diciẛ ṗmo metaphyſice. ꝙ ſimplicioꝛa ṗoꝛa ſunt ex additōne dictis. Et hoc mō arithmetica ē ṗoꝛ ꝛ certioꝛ geometria. qꝛ numer⁹ ſimplicioꝛ eſt magnitudine eo ꝙ pūct⁹ q̄ ē ṗncipiū magnitudinis ſuꝑ vnitatē q̄ ē ṗncipium numeri addit poſitōem in ꝯtinuo. Et ſic cōꝑatio certitudinis ſciaꝝ accipiẛ ſm duo. ṗmo° ſm ꝙ cā ṗoꝛ ē ꝛ certioꝛ ſuo effectu. Alij ꝟo modi ſumunẛ ſm ꝙ foꝛma certioꝛ ē materia. ſ; ſcđs ſumiẛ ſm materiā ſenſibilē. tercius ꝟo ſm materiā intelligibilē. S; ꝓ alia cōꝑatōe dꝛ ꝑ h̄s ꝙ vnitas ſcie ſumitur ab vnitate ſubiecti et diuerſitas ex diuerſitate ṗncipioꝝ.

Sciendū ē ſcđo. ꝙ ſola diuerſitas foꝛmalis obiecti diuerſificat potētiā ꝛ nō materialis. cū igiẛ ſcibile ſit obiectū ſcie. g° ſcie diuerſificanẛ ſm diuerſitatē foꝛmalē ſcibiliū ꝛ nō ſm diuerſitatē materialē iō q̄ñcunq; ſcibilia ſunt diuerſa ſm materiā dū tñ ſcianẛ ꝑ eadē ṗncipia ſic ꝑtinēt ad eandē ſciam. qꝛ ſic nō ſunt diuerſa inquantū ſunt ſcibilia ſicut voces humane ſm ſuba; multum differūt a ſonis inaiatoꝝ coꝛpoꝝ. Quia tñ ſm eadem ṗncipia attendiẛ ꝯſonātia in ipīs iō ē eadē ſcīa. ſc; muſica q̄ de vtriſq; ꝯſiderat. ſ; ſi aliq̄ ſunt eadē ſm materiā ꝛ ꝑ diuerſa ṗncipia ſcianẛ illa ꝑtinent ad diuerſas ſciētias vt coꝛp⁹ mathematicū et coꝛp⁹ naturale ſunt eadē ſubiecto. Quia tñ coꝛp⁹ mathematicū cognoſciẛ ꝑ ṗncipia q̄ntitatis ꝛ coꝛp⁹ naturale ꝑ ṗncipia mot⁹. iō geometria et phyſica ſunt diuerſe ſcie Et ſic pa; ꝙ diuerſitas ṗncipioꝝ diuerſificat ſcias. Ad diuerſificādū tñ ſcias req̄riẛ talis diuerſitas ṗncipioꝝ ꝙ neq; ṗncipia ābaꝝ ſciaꝝ ꝓcedant ex eiſdē ṗncipijs ſic ṗncipia ſpēꝝ ex ṗncipijs generis neq; ṗncipia vni⁹ ex ṗncipijs alterius ſicut ṗncipia ſpēi ꝓcedūt ex ṗncipijs gener;. qꝛ ſi ita eēt ſcie nō eēnt ſimplr diuerſe ꝛ hāc diuerſitatē ṗncipioꝝ ꝯcomitaẛ diuerſitas generis ſcibił inq̄ntū ſcibile ē S; ad h̄ ꝙ ſcīa ſit vna req̄riẛ vtraq; vnitas. ſ. ṗncipioꝝ et ſubiecti inq̄ntū ē ſcibile. qꝛ ſi nō eēt vnitas ṗncipioꝛu; nō eēt vnitas gener; ſcibił inq̄ntū ſcibile ē. qꝛ foꝛmał rō ſcibił ſumiẛ ex ṗncipijs ꝑ q̄ ſciẛ. Et h̄ eſt ſmo de ṗmis ṗncipijs ꝛ nō de ſcđis. qꝛ ſcđa ṗncipia ꝟtutē accipiunt a ṗmis. Et iō dꝛ in textu ꝙ altera ſcīa ē differēs ab altera q̄ñcūq; ṗncipia neq; ex eiſdē neq; ex alter; ſt; Nec tñ ē intelligēdū ꝙ ad vnitatē iſtā ſufficit vnitas ṗmoꝝ ṗncipioꝝ ſimplr ꝛ ſm ſe. Sed intelligendū ē de vnitate ṗncipioꝝ q̄ ſunt ṗma in aliquo genere ſcibili.

Concluſio ṗma. Unitas ſcientie ſumēda eſt ex vnitate foꝛmali ſui ſubiecti. ꝓbaẛ ꝯcluſio. qꝛ cuiuſlib; mot⁹ vnitas ſumiẛ ṗncipalr ex termino ei⁹. vt pꝫ q̄nto phyſicoꝝ. ſ; ꝓceſſus ſcie ē q̄dā mot⁹ rōis ꝛ ſubiectum ei⁹ ſe h; ſicut terminus vel finis illi⁹ motus. Nā in ſcīa ſpeculatiua termin⁹ ē cognitio ſubiecti. In practica ꝟo termin⁹ ē ꝯſtruc° ſui ſubiecti. igiẛ cuiuſlib; ſcie vnitas ſumēda ē ex vnitate foꝛmali ſui gener; ſcibilis

Dubitaẛ primo Utrū eadē ꝯcluſio ꝑ plura ṗncipia vel media poſſit demōſtrari. Ad dubiū rñdeẛ ꝙ ſic. Et hoc duplr. qꝛ vel illa media ſunt ex eadē cooꝛdinatōe et tūc ille demōſtratōes ad eandē ſciam ꝑtinēt vt ſi demōſtreẛ de yſochele ꝙ h; tres āgulos eq̄les duobus rectis. qꝛ eſt figura plana trib lineis rectis ꝯtēta Alio° mō pꝫ demōſtrari ꝑ media q̄ nō ſunt ex eadē cooꝛdinatōe ſic ꝙ neq; vnū eſt ſub alio neq; ambo ſub eodem tercio et ſic tales demōſtratōes ad diuerſas ſcias ꝑtinent. et g° nō ē eadē niſi materialr. vt aſtronom⁹ demonſtrat terrā eē ſphericā ꝛ rotūdā ꝑ oꝛt⁹ ꝛ occaſus aſtroꝝ ꝛ naturał ph̄s ꝑ motū coꝛpoꝝ g̃uiū ꝛ ſimpliciū

Dubitaẛ ſcđo. Quot ꝯditōes req̄runẛ ad h̄ ꝙ de aliq̄ poſſit eē ſcīa. Ad dubiū rñdeẛ ꝙ due req̄runtur. Prima ē ꝙ cōponaẛ ex aliq̄b ṗncipijs ṗmis Ideo ſi ſit aliq̄ res q̄ nō h; aliq̄ ṗoꝛa de ipā nō ē ſcīa ſm ꝙ ſcīa ē effect⁹ demōſtratōis. Ex q° infert ſanct⁹ thomas. ꝙ ſcie ſpeculatiue nō ſunt de eſſentijs ſubaꝝ ſeꝑataꝝ. ſed ille ſunt intelligibiles ꝑ ſe ab intellectu ſibi ꝓpoꝛtionato S; ꝑ ſcias ſpeculatiuas pꝫ ſciri de ipīs qꝛ ſit; et tūc vtimur poſterioꝛib ſm naturā ad cognitōem eaꝝ. q̄ tamē ſunt ṗoꝛa q° ad nos. ꝛ ſic q̄cūq; ſciunẛ ſꝑ hñt aliq̄ ṗoꝛa vel quo ad naturā vel quo ad nos. Et ſic oē gen⁹ ſcibile d; eē aliquo mō cōpoſitū ex aliq̄b primis aut ſimplr aut q° ad nos. Scđa ꝯditō ē ꝙ tale gen⁹ ſcibile habeat ꝑtes ꝛ paſſiōes ꝑ ſe. Et ē hic ſermo de ꝑtib ipm ꝯſtituentib itegraliẛ vel eſſentialr ꝛ de ꝑtib ſubiectiuis. qꝛ ꝑtes ſubiectiue attribuunẛ ſubiecto. eo ꝙ paſſiones ꝑ ſe et principia alicuius ſubiecti ſunt etiam paſſiones et ṗncipia ſuarum partium ſubiectiuaꝝ.

Ad rōnes. Ad ṗmā; dꝛ ꝙ ſcīa capit vnitatē a ṗncipijs inquantū vnita ſunt in ſubiecto ꝑ vnitatem ſubiecti et nō a ṗncipijs ſm ſe ꝯſideratis. qꝛ vt ꝯſiderantur ſm ſe nō hñt foꝛmalr vnitatē. ſ; ſolū ꝓ quāto in vno ſubiecto vniunẛ. Ideo illa vnitas dꝛ ṗncipalr ſumi ex vnitate ſubiecti Ad ſcđam dꝛ ꝙ ex diuerſitate ſubiecti foꝛmalr accepti ſumiẛ diuerſitas ſcie. ꝛ qꝛ illa diuerſitas venit ex ṗncipijs. iō ṗma rō diuerſitatis ſumiẛ ex ꝑte ṗncipioꝝ. ſ; ṗma vnitas ſumiẛ ex ꝑte ſubiecti Ad terciā dꝛ ꝙ ſoluta ē ex dict; in ſcđo notabili.

S; eius qđ eſt a foꝛtuna nō ē ſcīa ꝑ demonſtratōem. neq; eīn ſicut neceſſariū eſt neq; ſicut frequēter qđ ē a foꝛtuna. ſ; qđ extra hoc fit. ſed demonſtratio alteri⁹ hoꝝ ē. Ois eīn ſylłs aut ē ꝑ neceſſarias. aut ꝑ eas que ſunt tāq; frequenter ꝓpōnes. Et ſi neceſſarie q̄dem ſint ꝓpōes. ꝛ ꝯcluſio eſt neceſſaria. Si ꝟo ſunt ſicut frequenter ꝯcluſio hmōi eſt: q̄re ſi id qđ ē a foꝛtuna non ē ſicut frequēter. neq; eſt ſicut neceſſariū. nō vtiq; erit ipſius demōſtratio. Neq; ꝑ ſenſum eſt ſcire. ſi eīn eſt ſenſus talis ꝙ huius et non hui⁹ alicuius. ſ; tñ ſentire neceſſe ē hoc aliq̄d et vbi et nunc. Uniuerſale āt ꝛ in oib ipoſſibile ē ſentire. Non eīn hoc eſt neq; nūc. non eīn eēt vłe. qđ eīn ſꝑ ꝛ vbiq; ē vłe eē dicimus Qm̄ igiẛ demonſtrationes vłes ſunt. has aūt non ē ſentire manifeſtū ē ꝙ neq; ſcire ꝑ ſenſum ē S; manifeſtū qm̄ et ſi eſſet ſentire triangulū ꝙ duob rectis equales haberet angulos. q̄rimus vtiq; demonſtratōem. ꝛ non ſicut q̄dam fatentur ſciremus. Neceſſe q̄dem eīn eſt ſentire ſingulariter. Scientia aūt eſt in cognoſcendo vłe. Uñ et ſi in luna eſſemus et videremus obiectā terrā. nō vtiq; ſciremus cām defectus. ſentirem⁹ eīn qm̄ deficeret nunc. ſ; non ꝓpter q̄d oino. Non eīn eſſet vłis ſenſus nunc. ſ; ex ꝯſideratōe hoc multotiens accidente vłe venantes demonſtratōe; habemus. Ex ſingularib eīn plurib vłe ē manifeſtū. Uniuerſale āt honoꝛabile ē qm̄ oſtēdit cauſam quare de hmōi vłi ſcīa honoꝛabilioꝛ eſt ſenſib et cognitiōe quoꝛūq; nō cā ē. ſ; de primis alia ratio ē Manifeſtū igiẛ fit ꝙ ipoſſibile ſit ſentiendo ſcire aliq̄d demonſtratiuoꝝ. niſi aliq̄s ſentire hoc dicat ſciam habere ꝑ demonſtratōem Sūt tñ q̄dā reducta ad ſenſus defectū in ꝓpoſitis. q̄dā eīn ſi videremus nō q̄reremus non tanq; ſcientes in videndo. ſed tanq; habētes vłe ex eo qđ videmus. vt ſi vitrū ꝑfoꝛatum videmus et lumen ꝑtranſiens. Manifeſtū vtiq; erit et ꝓpter q̄d ꝛ ꝓpter id qđ videmus ſeoꝛſum in vnoq̄q;. intelligere āt ſił eſt qm̄ in oib ſic ē Eadē aūt eſſe ṗncipia oim ſyllogiſmoꝝ impoſſibile eſt. ṗmū q̄dē logice ſpeculantibus. Hi quidē eīn veri ſunt ſyllogiſmi. alij āt falſi Et ſi nāq; ſit verū ex falſis ſyllogiſare. ſed ſemel hoc fit. vt ſi a. de c. verū ſit. medium aūt b falſu; neq; eīn a in b eſt. neq; b in c. S; ſi harū media accipiūtur ꝓpōes falſe erūt ex eo ꝙ omnis ꝯcluſio falſa ex falſis eſt. ꝛ vere āt ex veris altere aūt ſunt vere ꝛ falſe: Poſtea neq; falſe ex eiſdem ſunt eſt falſas ad inuicē et cōtrarias ꝛ impoſſibiles ſimul eſſe. vt iuſticiam eſſe iniuſticiā aut timoꝛē. ꝛ hominē equū aut bouē aut equale maius aut minus. expoſitis aūt ſic eſt. Neq; eīn oim veroꝛū ṗncipia ſunt eadem altera enim multoꝛū genere principia ſunt. neq; ꝯueniūt. vt vnitates pūctis nō conueniūt He quidē nō habent poſitionē. illa aūt habēt. Neceſſe eſt aūt aut in media ꝯuenire. aut in ſurſum. aut in deoꝛſum. aut interius habere hos illos aūt exterius terminoꝝ. Sed neq; cōmuniū ṗncipioꝝ pñt eſſe aliqua ex q̄b oia demonſtrabunẛ. Dico aūt cōia vt oia affirmare aut negare. genera eīn eoꝝ q̄ ſunt altera ſunt. ꝛ alia q̄dē in q̄ntitatib ſunt alia ꝟo in q̄litatib ſunt ſolū. de q̄b demō

ſtraŕ ꝑ cõmunia. Amplius ꝑ̇ncipia nõ multum minora ſunt ꝯcluſionibꝫ. ꝑ̇ncipia q̇dez em̄ ꝓpõnes. ꝓpões em̄ aut aſſumpti termini aut immiſſi ſunt. Adhuc ꝯcluſiones infinite ſunt. termini aũt finiti Amplius principia hec q̇dem ex neceſſitate. illa aũt ꝯtingentia ſunt Sic igiŕ in intentõe habitis ĩpoſſibile ẽ eadẽ eẽ. Neceſſe ẽ ergo alia eſſe aut finita. cũ infinite ſint cõcluſiones Si ꝟo aliter quodãmõ dicat aliq̇s ꝙ hec q̇dẽ geometrie. alia ꝟo ſyllogiſmoꝝ. alia vero medicine. q̇d vtiqꝫ erit aliud qꝺ ꝺꝛ niſi ꝙ ſunt ꝑ̇ncipia ſciaꝝ. ſꝫ eadẽ dicere deriſio eſt. qm̄ eadẽ eiſdẽ eadẽ eẽnt. oia nãqꝫ ſic erũt eadem. Atuero neqꝫ qꝺ ẽ ex oibꝫ demonſtrare qꝺlibet hoꝝ. Hoc em̄ ẽ querere oim̄ eadem eẽ ꝑ̇ncipia. Multũ em̄ inſipiens ẽ. Neqꝫ em̄ in manifeſtis hoc fit doctrinis. neqꝫ in reſolutõe poſſibile eſt Jmmediate em̄ ꝓpões ꝑ̇ncipia ſunt. altera ãt ꝯcluſio fit accepta ꝓpõne imediata Si ãt aliq̇s dicat ꝑ̇mas ꝓpões imediata eſſe ꝑ̇ncipia. vnũ in vnoq̇qꝫ genere ẽ. ſi ꝟo neqꝫ ex omnibꝫ vt opꝯ ẽ demonſtrari qꝺlibet. neqꝫ ſicut ex altera. q̃re erũt vniuſcuiuſqꝫ ſcie altera. Relinq̇tur igiŕ ꝙ nõ oim̄ ſunt eadẽ ꝑ̇ncipia. ſi proxima ſunt ꝑ̇ncipia oim̄. ſꝫ ex his q̇dẽ hec. ex illis aũt illa. Manifeſtũ aũt ⁊ hoc eſt qm̄ nõ ꝯtingit monſtratuz eſt em̄ ꝙ altera ꝑ̇ncipia genere ſunt differentiũ genere. Principia em̄ duplicia ſunt ex q̇bus et circa q̃. ex q̇bus q̇dem igiŕ cõia ſunt. Que autẽ ſunt circa q̃ ꝓpꝛia ſunt. vt numerꝯ ⁊ magnitudo

Queriŕ. vtꝝ oim̄ ſyllogiſmoꝝ ſint eadẽ ꝑ̇ncipia. Arguiŕ ꝙ ſic. ꝑ̇mo. qꝛ modꝯ ⁊ figura ſunt ꝑ̇ncipia oim̄ ſyllogiſmoꝝ. igiŕ ⁊c̃. Scꝺo. tres termini ⁊ due ꝓpões ſunt ꝑ̇ncipia oim̄ ſyllogiſmoꝝ. igiŕ oim̄ ſyllogiſmoꝝ ſunt eadẽ ꝑ̇ncipia Tercio. iſtud ꝑ̇ncipiũ qꝺlibꝫ eſt vel nõ eſt. eſt ꝑ̇ncipiũ oim̄ ſyllogiſmoꝝ. igiŕ ⁊c̃. Jn oppoſitum eſt pħs in textu.

Sciendũ eſt ꝑ̇mo. Qꝫ poſtq̃ pħus oñdit ꝙ vnitas ſcie ſumẽda eſt ex vnitate ſubiecti. ⁊ diuerſitas ſciaꝝ ex diuerſitate ꝑ̇ncipioꝝ. Hic ꝯñr determinat de illis duobꝫ. ſ. de ſubiecto ⁊ de ꝑ̇ncipijs. Et circa ꝑ̇muz oñdit ꝙ ſcia demõſtratiua nõ p̃t eẽ eiꝯ qꝺ ẽ a fortuna tã q̃ generꝭ ſcibiĺ. ⁊ etiã ꝙ eoꝝ q̃ ꝑ ſenſum cognoſcuntur nõ ẽ ſcia demõſtratiua tãq̃ geneꝝ ſcibiliũ. qꝛ talia ſunt ꝑ̇ma in nr̃a cognitõe. ⁊ tale ſubiectũ dꝫ cognoſci ex aliq̇bꝫ notioribꝫ. Circa ſcꝺm oñdit pħs ꝙ nõ oim̄ ſyllogiſmoꝝ ſunt eadẽ ꝑ̇ncipia Nã ſi hoc eẽt poſſibile diuerſitas ſciaꝝ nõ attenderet ex diuerſitate ꝑ̇ncipioꝝ. Pro declaratõne primi cum textu

Sciendũ ſcꝺo. ꝙ eiꝯ qꝺ ẽ a fortuna nõ ẽ ſcia demonſtratiua. Patꝫ qꝛ omñe qꝺ ſciŕ demonſtratiue aut eſt neceſſariũ ſimplr̃ aut veꝝ vt frequẽter. ſed qꝺ ẽ a fortuna. neqꝫ eſt neceſſariũ neqꝫ vt frequẽter ſed vt in paucioꝛibꝫ. igiŕ ⁊c̃. Maiorẽ ꝓbat pħs. qꝛ ois demõſtratio eſt ex ꝓpõnibꝫ neceſſarijs aut veris frequẽter. ſꝫ ex neceſſarijs nõ ſeq̇ŕ niſi neceſſariũ ⁊ ex verꝭ vt frequenŕ nõ ſeq̇tur niſi vera ꝯcluſio. vt frequẽter aut vt neceſſaria. Aliter ſtaret añs eẽ veꝝ ꝯſequẽte exñte falſo. Veꝝ eſt tñ ꝙ eoꝝ q̃ ſunt vt frequẽter ẽ demõſtratio inq̃tũ i eis ẽ aliq̇d neceſſitatis ſicut ꝑ̇us oſtenſum eſt.

Concluſio ꝑ̇ma. Eoꝝ q̃ ꝑ ſenſum cognoſcũtur nõ eſt ſcia demõſtratiua. pꝫ. qꝛ ſenſus cognoſcit tm̄ aliqꝺ tale qꝺ eſt hoc aliq̇d ⁊ ꝑticulare qꝺ. ſ. ẽ hic ⁊ nũc. et nõ cognoſcit ſubam ſeu qꝺ q̇d ẽ. igiŕ obiectũ ſenſus ẽ aliq̇d ſingulare determinatuz certo loco ⁊ certo tꝑe. et ꝑ ꝯñs vl̃e cũ ſit vbiqꝫ ⁊ ſꝑ nõ p̃t cadere ſub ſenſu. ſꝫ ſcia ẽ de vlibꝫ vt dictũ ẽ ſup̃. igiŕ eoꝝ q̃ ꝑ ſenſum cognoſcunŕ nõ ẽ ſcia demõſtratia. Ex iſta ꝯcluſione inferŕ ꝑ̇mo ꝙ ſcia nõ ꝯſiſtit in ꝑceptõe ſenſus qꝺ ꝓbat pħs ꝑ exempla. vt ſi aliq̇s eẽt ſup̃ lunã tꝑe eclipſis ⁊ videret terraz directe interpoſitã inter ſolẽ ⁊ lunã ⁊ q̃liter luna intrat vmbrã terre ꝑ hoc eclipſaŕ. Nõ ꝓpter hoc ſciret om̄ino eclipſim lune nec cãm eclipſis ſꝫ ſolũ cognoſceret ꝙ tũc luna eclipſareŕ et ignoraret an ſꝑ illo mõ fieret eclipſis. veꝝ ẽ tñ ꝙ ex pluribꝫ ſenſatis in q̇bꝫ ẽ idẽ accidere intellectus accipit vl̃e cuius eſt ſcia ⁊ ſic ſenſus facit ad ſciaz Scꝺo infert ꝙ ſcia demõſtratia ẽ nobilioꝛ noticia q̃ ſit ſenſatio. Patꝫ. qꝛ honoꝛabiliꝯ eſt hr̃e vlem cognitõem q̃ ꝑticularẽ tm̄. ſꝫ ſcia eſt de vli ⁊ ſenſatio de ꝑticulari ⁊ adhuc quãto ſcia eſt de vlioribꝫ tanto ẽ certioꝛ. Tercio inferŕ ꝙ impoſſibile eſt ſenſu cognoſcere aliqꝺ demonſtrabile inquantũ ẽ demonſtrabile. ptꝫ qꝛ demõſtratio ẽ alicuiꝯ vl̃is. ſenſus ãt ẽ ſingularis. Veꝝ ẽ tñ ꝙ ſenſus q̇ ẽ ſingulariũ hꝫ oꝛdinẽ ad ſciam. nã q̇dã ſunt de q̇bus nõ q̃reremꝯ dubitando. ſi ip̃a videremꝯ nõ ꝙ ſcia ſit in vidẽdo. ſꝫ inquantũ ex ſenſibilibꝫ viſis ꝑ viã experimenti accipiŕ vniuerſale de quo ẽ ſcia. Vt nõ dubitaremus qualiter vitrum eſt tranſparens et qualiter ꝑ ip̃m fit viſio ſi videremus poꝛos exiſtẽtes in vitro

Concluſio ſcꝺa. Et reſponſalis ad q̇ſitũ Jmpoſſibile ẽ oim̄ ſyllogiſmoꝝ eẽ eadẽ ꝑ̇ncipia. ꝓbaŕ ꝑ̇mo logice. qꝛ ſyllogiſmoꝝ q̇dã ſunt veri. i. veꝝ ꝯcludentes et q̇dã falſi ſꝫ veroꝝ ſunt ꝟa ꝑ̇ncipia ⁊ falſoꝝ falſa. igiŕ ⁊c̃. et ſi dicaŕ ꝙ ex falſis ſeq̇ŕ veꝝ tũc rñr in textu ꝙ licet ita ſit in ꝑ̇mo ſyllogiſmo. tñ ſi illa falſa ſyllogiſare opoꝛteat. opꝛtebit ꝙ ſyllogiſentur ex falſis aut ex altera falſa. Scꝺa rõ. nõ oim̄ falſoꝝ ſylloꝝ ſtꝭ eadẽ ꝑ̇ncipia. igiŕ ⁊c̃ Añs pꝫ. qꝛ falſaꝝ ꝯcluſionũ q̇dã ſunt contrarie ⁊ impoſſibiles vt iſta iuſticia ẽ iniuſticia audacia ẽ timoꝛ ⁊ ſic de ꝯſilibꝫ ſꝫ ꝯcluſionũ ꝯ̃riaꝝ ꝯ̃ria ſunt ꝑ̇ncipia. igiŕ ⁊c̃ Tercia rõ. nõ oim̄ ꝟoꝝ ſylloꝝ ſunt eadẽ ꝑ̇ncipia. igitur ⁊c̃. Añs ꝓbat pħs q̇drupl̃r. Primo. qꝛ diuerſoꝝ generũ ſcibiliũ ſunt diuerſa ꝑ̇ncipia ſicut vnitatꝭ ⁊ pũcti Scꝺo ꝓbaŕ. qꝛ ex cõibꝫ ꝑ̇ncipijs vt ẽ. de q̇libꝫ affirmatio vł negatio ꝟa. ⁊ ſic de alijs nõ pñt oia ꝟa ſyllogiſari ſꝫ opꝛtet aſſumere ꝑ̇ncipia ꝓpꝛia aliter tales ſyllogiſmi eẽnt falſigraphi. Tercio ꝓbaŕ. qꝛ ꝑ̇ncipia nõ ſunt multũ pauciora ꝯcluſionibꝫ. ſꝫ ꝯcluſiones ſunt q̃ſi infinite. igiŕ ⁊ ꝑ̇ncipia. Quarta. qꝛ ꝑ̇ncipioꝝ ſylloꝝ q̇dã ſunt neceſſaria ⁊ q̇dã ꝯtingẽtia. vt pꝫ in libꝛo ꝑ̇oꝝ. igiŕ nõ oim̄ veroꝝ ſyllogiſmoꝝ ſunt eadẽ ꝑ̇ncia. Deinde ꝓbaŕ ꝯcluſio analectice tribꝫ rõnibꝫ. Prima ẽ geometrie ⁊ medicine et ſic de alijs ſunt alia ⁊ alia ꝑ̇ncipia. igiŕ nõ oim̄ ſylloꝝ ſtꝭ eadẽ ꝑ̇ncipia. vñ vt ꝺꝛ textꝯ ꝙ dicere ꝙ eẽnt diuerſe ſcia et haberẽt eadẽ ꝑ̇ncipia eẽt deriſio. Scꝺa rõ. ſtultũ eſt dicere ꝙ qꝺlibet demõſtraŕ ꝑ qꝺlibet qꝺ tñ ꝯtingeret ſi oim̄ ſylloꝝ eẽnt eadẽ ꝑ̇ncipia Tercia rõ. diuerſoꝝ ſubiectoꝝ in genere. ꝑ̇ncipia genere dꝛñt. et diuerſoꝝ in ſpẽ ꝑ̇ncipia ſpẽ dꝛñt. ſꝫ diuerſi ſyllogiſmi demõſtratiui ſunt de diuerſis ſcibilibꝫ Jgitur non oim̄ demonſtrationum ſunt eadem principia.

Dubitaŕ ꝑ̇mo. Vtꝝ veꝝ ſit ꝙ vl̃e ſit vbiqꝫ ⁊ ſꝑ. Et videŕ ꝙ nõ. qꝛ ħ ſoli deo ꝯuenit. Ad dubiũ rñr breuiŕ ꝙ cũ ꝺꝛ ꝙ vl̃e ſit vbiqꝫ ⁊ ſꝑ nõ dꝫ intelligi eẽ vbiqꝫ affirmatiue ⁊ in actu. qꝛ ſic ſolꝯ deꝯ ẽ vbiqꝫ. ſꝫ dꝫ intelligi negatiue. qꝛ vl̃e vl̃r ꝯſideratũ in ſuo intellectu abſtrahit ab oi determinato loco ⁊ tꝑe. Vel p̃t dici ꝙ vl̃e ẽ vbiqꝫ ⁊ ſꝑ in potẽtia ⁊ ex ꝯſequẽti rõne ſingulariũ in quibus eſt et non pꝛimo et per ſe.

Dubitaŕ ſcꝺo. Vtꝝ viſio facta ꝑ vitrũ fiat ꝑ poꝛos exiſtẽtes in vitro vt dictũ ẽ. Ad dubiũ rñdeŕ ꝙ nõ nec hoc exemplũ ponit pħs ꝑ̇m opinionẽ ꝓpꝛiã ſꝫ ipſum ponit ꝑ̇m opinionẽ dicẽtiũ lumẽ eẽ coꝛpꝯ qꝺ trãſit ꝑ q̇ſdã poꝛos quã opinionẽ iꝓbat pħs 2° de aĩa

Ad rõnes: Ad ꝑ̇mam dicitur ꝙ ꝯcluſio intelligiŕ de ꝑ̇ncipijs materialibꝫ. ſcꝫ de ꝓpõnibꝫ ⁊ terminis ex q̇bꝫ ꝯſtituiŕ demonſtratio ⁊ nõ de ꝑ̇ncipijs foꝛmalibꝫ de q̇bꝫ arguit rõ Ad ſcꝺam ꝺꝛ ꝙ lꝫ oim̄ ſyllogiſmoꝝ ſint eadẽ ꝑ̇ncipia materialia in generali non tñ in ſpeciali. qꝛ diuerſi ſyllogiſmi hñt diuerſos terminos ꝓpꝛios ⁊ ſpẽales ⁊ diuerſas ꝓpões Ad terciã ꝺꝛ ꝙ illa ꝑ̇ncipia cõia nõ ingrediunŕ ſubſtãtialr̃ demõſtratões niſi appꝛopꝛiata ad aliqꝺ genꝯ ſcibile ⁊ vt applicãtur ad diuerſa genera efficiunŕ diuerſa. ſꝫ ꝑ̇mũ ꝑ̇ncipiũ ſimplr̃ nõ ingrediŕ demõſtratõem niſi ꝟtualr̃ tm̄. Et qꝺ dictũ ẽ ħ intelligiŕ de ꝑ̇ncipijs ſubſtãtialr̃ ingrediẽtibus demonſtrationem.

Scibile ãt et ſcia dꝛñt ab opinabili ⁊ opinione. Qm̄ ſcia vl̃is ⁊ ꝑ neceſſaria ẽ. Neceſſariũ ãt nõ ꝯtigit aliter ſe hr̃e. Sũt ãt q̇dã vera q̃ ꝯtigit aliter ſe habere. Manifeſtũ igiŕ ẽ ꝙ circa hmõi ſcia nõ ẽ. Eſſet em̄ ĩpoſſibilia vtiqꝫ aliter ſe hr̃e poſſibilia aliter ſe habere. Atuero neqꝫ ĩtellectꝯ Dico aũt intellectũ ꝑ̇ncipiũ eſſe ſcie. neqꝫ ſciẽtia ẽ indemõſtrabiĺ Hec aũt ẽ acceptio ĩmediate ꝓpõnis. verus em̄ ẽ intellectꝯ ⁊ ſcia ⁊ opinio ⁊ qꝺ ꝑ hoc ꝺꝛ Quare relinqueŕ opinionẽ eſſe circa verũ. aut quidẽ falſũ. ſꝫ ꝯtiges ẽ et aliter ſe habere. Hec aũt ẽ acceptio imediate ꝓpõis ⁊ neceſſarie. Et certũ ẽ ſic apparẽtibꝫ opinio em̄ ĩcertũ ẽ et natura hmõi ẽ Adhuc aũt nullus opinaŕ ꝓbare cũ opineŕ impoſſibile eẽ aliter ſe hr̃e ſed ſcire. Sed cũ aliqñ quidẽ eſſe ſic. ſed tñ aliter eẽ nihil ꝓhibet tũc ꝓbare tãq̃ hmõi opinionem q̇dẽ eſſe. ſed neceſſarij q̇dẽ ſcia. Qualiter igiŕ eſt idem opinari et ſcire. quare nõ erit opinio ſcia Si aliq̇s poſuerit eſſe. aut nihil ꝯtigere opinari. Cõſeq̇tur em̄ hic q̇dem ſciẽs. ille opinãs ꝑ media quouſqꝫ ad imediata veniat. Quare ſi q̇dẽ ille ſciuit ⁊ opinãs ſciuit. ſicut em̄ ⁊ qꝛ opinari. ⁊ ꝓpter hoc aũt mediũ eſt Aut ſi q̇dẽ ſic arbitraŕ nõ ꝯtingẽtia aliter ſe habere. ſic vt ſe hñt diffinitões ꝑ quas ſũt demõſtratões nõ opinabitur. ſed ſciet Si aũt vera quidẽ eſſe. nõ tamẽ hoc ipſis in eſſe ꝑ̇m ſubſtãtiã et ſpẽm opinabiŕ ⁊ non ſciet vere. Et quia ⁊ ꝓpter quid ſi q̇dem ꝑ imediata opinabiŕ. ſi vero nõ ꝑ imediata ſolũ ipſũ qꝛ opinabiŕ. Eiuſdẽ ãt opinio et ſcia nõ penitus eſt. ſꝫ ſicut falſa opinio ⁊ vera eiuſdẽ q̇dãmodo eſt. ſic et ſcia et opinio eiuſdẽ. Etenim opinionẽ ⁊ verã et falſã ſicut dicũt q̇dem eiuſdẽ eſſe incõueniẽtia accidit appetere aliq̇d et non opinari qꝺ opinaŕ falſo Qm̄ aũt multipliciter idẽ ꝺꝛ eſſe ſicut cõtingit. Eſt aũt ſicut nõ cõmẽſuratũ eſſe diametrũ vere opina. i incõueniens ẽ ſꝫ qꝛ diametros circa quẽ ſunt opiniones idẽ ſic eiuſdẽ ẽ. ſꝫ quod aliqꝺ erat eẽ vnicuiqꝫ ꝑ̇m rationẽ nõ idẽ eſt Silr̃ aũt et ſcia ⁊ opinio eiuſdẽ eſt. hec quidẽ em̄ ſic aĩalis eſt qꝺcũqꝫ nõ ẽ cõtingere nõ eſſe aĩal. ſed illa q̃ eſt contingere vt ſi hec ſcia quidẽ qꝺ vere hoĩs eſt illa vero hoĩs q̇dem. nõ aũt vere hominis. idẽ em̄ eſt qꝺ hõ. ħ autẽ nõ ſicut idez. Manifeſtũ aũt ex his ẽ qꝺ neqꝫ opinari ſimĺ idẽ et ſcire cõtigit. Siĺ enim vtiqꝫ haberet opinionẽ aliter habendi ⁊ non aliter habẽdi idẽ eẽt qꝺ vere nõ cõtingit Jn alio q̇dẽ em̄ vnũqꝺqꝫ eſſe cõtingit eiuſdẽ. ſicut dictũ ẽ ſꝫ in eodẽ nihil ſic poteſt eſſe. haberet em̄ opinionẽ ſimul. vt ꝙ homo eſſꝫ quod vere eſt animal ħ em̄ ſic contingere Reliqua aũt qm̄ opoꝛtet diſtribuere in rõem et ĩ ĩtellectũ ⁊ ſciam ⁊ artez et pꝛudentiã et ſapientiã Hec q̇dem em̄ phyſice illa vero ethice ſpeculatõis ſunt magꝭ Solertia aũt eſt ſubtilitas quedam in non ꝓſpecto tꝑe medij. vt ſi aliq̇s videns ꝙ ſplendoꝛẽ ſꝑ hꝫ luna ad ſolem ſtatim intellexit ꝓpter q̇d hoc ſit qꝛ ꝓpter id ꝙ illuſtraŕ a ſole. Aut diſputantem cũ diuite cognouit qm̄ accomodatũ ẽ aut ꝓpt id ꝙ q̇dem amici ſunt. qꝛ inimici eiuſdẽ ſunt Ois em̄ cauſas medias videns cognouit ⁊ vltimas. ſplendidũ eſſe ad ſolem ſit in quo a. lucere a ſole. b. luna. c. ieſt aũt lune q̇dem c. ipĩ ieſt b qꝺ eſt lucere a ſole. ipĩ aũt b a ineſt qꝺ eſt ad ħ eẽ ſplendidũ a q̃ ſplendoꝛ q̃re et ipĩ c a ꝑ b:

Queriŕ. vtꝝ ſcibile et ſcia dꝛñt ab opinabili et opinione. Arguiŕ ꝙ nõ. ꝑ̇mo. qꝛ illud qꝺ ſciŕ ab vno opinaŕ ab alio. igiŕ ſcibile et opinabile nõ dꝛñt. Scꝺo idẽ in diuerſis tꝑibꝫ ſciŕ et opinaŕ ab eodem. igiŕ idẽ eſt

ſcibile et opinabile. Tercio. ex opinione fit ſcia. q2 de eodē ṗmo habeť opinio et deinde ſcia. igiť ſcia et opinio nō dr̃ũt. ꝯña tenet. q2 ſicut ex nō ſubſtãtijs non fit ſuba ita ex nō ſcia nō fit ſcia. In oppoſitũ eſt phs in textu.

Sciendũ eſt primo. Q2 poſtq̃ꝫ phs cõparauit ſciam ad ſciam ſm certitudinē vnitatem ꝛ diuerſitatem Cõſequēter cõꝑat ſciam ad alia q̄ cognitõez importãt et ṗmo cõꝑat eã ad opinionē q̄ eſt veroꝝ ꝛ falſoꝝ. ꝛ deinde ipſam comꝑat ad alios habitus qui ſemper ſunt veroꝝ pro prima comparatione

Sciendũ eſt ſcđo. q ad ſciam duo ꝑtinent. Primũ ē q ſit vl'ium. ſcđm q ſit neceſſarioꝝ. q2 de ſingularibꝫ ꝛ poſſibilibꝫ aliter ſe habere nō ē ſcia. ſ3 ad opinionē ꝑtinet q ſit circa ꝯtingentia et poſſibilia aliter ſe habere vel in vl'i vel in ꝑticulari. ꝓbat phs tripl'r. ṗmo q2 cuiuſlibet veri habit⁹ cognitiu⁹ ē ſcia intellect⁹ vel opinio ſ3 veri ꝯtingētis aliter ſe habētis nō ē ſcia. vt p3 ꝑ definitõem ſcire nec intellect⁹. q2 intellectus eſt ṗncipiũ ſcie vt đr text⁹. iõ intellect⁹ vocať ſcia indemõſtrabilis. igiť veri ꝯtingētis aliter ſe hñtis habit⁹ cognoſcitiuus ē opinio. Et ex hoc infert phs definitõem opinionis dicēs q opinio ē acceptio ꝓpõis imediate ꝛ nō neceſſarie qđ pt dupl'r intelligi. Vno° ſic q l3 ꝓpõ de ſe ſit immediata ꝛ neceſſaria. tñ ab opinante accipiť ꝑ modũ ꝯtingētis. Alio° pt intelligi q ſit in ſe ꝯtingēs ꝛ nõ neceſſaria. ſ3 đr imediata. q2 ſicut in neceſſarijs deueniendũ ē ad ꝓpões imediatas. ita in ꝯtingētibꝫ ꝑ hoc tñ non ſecludiť qn acceptio ꝓpõis ꝯtingētis ꝛ imediate ſit opinio. Scđa rõ. q2 opinio videť iportare cognitõem debilem ꝛ incertã. igiť illud de q̄ eſt opinio in ſua natura debilitatē h3 vel videť habere ſed tale eſt veꝝ ꝯtingēs aliter ſe habere. igiť ꝛc̃. Tercio ꝓbať ꝑ experimentũ. quia nullus dũ capit aliq̄d vt ipoſſibile aliter ſe habere đr ſe opinari ſ3 đr ſe ſcire. ſ3 ſi accipiat aliq̄d vt poſſibile aliť ſe habere đr ſe opinari. igiť opinio eſt ꝯtingētis ſiue poſſibilis aliter ſe habere. S3 circa hoc mouet phus dubia. Primũ eſt. q ſi opinio ſit ꝯtingentis et ſcia neceſſarij cũ idē nõ ſit ꝯtingēs ꝛ neceſſariũ qualiter de eodē poterit eſſe opinio ꝛ ſcia vt qđ ab vno ſciť ab alio opineť vel ab eodē in diuerſis tꝑibꝫ Scđm dubiũ. ſi de omi cognito poſſit eē opinio cũ de quolibet opinari poſſit q pōt aliter ſe habere niſi forte de ṗmis ṗncipijs q̄ ſunt per ſe nota dubiũ ē igiť an idē ſit ſcia et opinio cũ etiaꝫ vterq̃ꝫ tã ſciens q̃ꝫ opinans reſoluat vſq̃ꝫ ad imediata. Et ſicut ꝯtingit ſcire q2 eſt ꝛ ꝓpter q̇d ita ꝯtingit opinari q2 eſt ꝛ ꝓpter q̇d. Ad ſcđam dubitatõem r̃ndet phus ṗmo q ſi aliq̇s nõ credat media eē ꝯtigētia ꝛ aliť ſe hr̃e ſ3 accipiat ea vt neceſſaria tũc ē ſcia ſ3 ſi arbitreť illa media ꝑ q̄ venit ad imediata eē ꝯtingētia habebit opinionem q̄re opinio nõ ē ſcia. Et poſſet aſſignari rõ ꝑ hunc modũ. q2 l3 idē material'r ſit de q̄ habenť ſcia et opinio ſc3 ſcibile et opinabile. tamen nõ eſt idem formaliter. q2 cum eſt opinabile accipitur vt ꝯtingens ꝛ dũ eſt ſcibile capitur vt neceſſariũ. Et ꝙ ſeq̇tur ſolutio ṗmi dubij. q2 l3 ipoſſibile ſit idē in ſua natura eē ꝯtingēs ꝛ neceſſarium tñ nihil ꝓhibet illud qđ in ſua natura ē neceſſariũ ab aliquo accipi vt ꝯtingens et tunc ē opinabile. Ideo pt ſtare q ſcitũ ab vno ſit opinatũ ab alio imo ab eodē in diuerſis tꝑibꝫ. Et ex dictis ſequunť ꝯcluſiones

Concluſio ṗma Scibile formaliter acceptũ differt ab opinabili ꝛ ſcia ab opinione. ꝓbať ꝯcluſio q2 oē ſcibile inquantũ hmõi accipitur vt non ꝯtingens aliter ſe habere. Opinabile vero capiť vt contingens aliter ſe habere. igitur ſcibile et opinabile formaliter differunt. Scđo ꝓbatur. q2 habitus formaliter diſtinguuntur per obiecta formaliter accepta. ſed ſcientia et opinio habent obiecta formaliter diſtincta. igitur

Concluſio ſcđa. Idē materialiter diuerſum tamē formaliter bene eſt ſcibile et opinabile. Probať cõcluſio. q2 illud qđ in ſua natura eſt neceſſariũ poteſt capi ab aliquo tanq̃ꝫ ꝯtingens. q2 idem materialiter eſt ſcibile ꝛ opinabile. et ſic omne ſcibile poteſt eſſe opinabile ſed non econtra.

Dubitať ṗmo. An ſimul et ſemel idē poſſit habere ſcientiam et opinionē. Ad dubium reſpondet phus q de eodem ſm rem quod eſt diuerſu3 tamē ſm ratõnem poteſt idem ſimul habere ſciam et opinionem. Sicut ſimul poteſt aliquis ſcire q homo eſt riſibilis et opinari q ē albꝫ. et iſta duo ſunt ex ꝑte rei ſubiecte. S3 differunt ratõe. et ſimile dat phus. q2 de eodē ſubiecto materialiter poteſt eſſe vera vel falſa opinio vt aliq̇s poteſt opinari vere q dyameter eſt incõmēſurabilis. ꝛ aliquis poteſt falſe opinari q ſit cõmenſurabilis. Scđo dicitur ad dubium q impoſſibile eſt eundem ſimul ꝛ ſemel de eodem ſm rem et ratõnem habere ſciam et opinionem. Patet q2 ſic idem ſm eandem ratõnem ab eodem accipetur vt neceſſariũ et vt non neceſſariũ. qđ eſt impoſſibile et ſic pt3 de cõꝑatõe ſcie ad opinionem

Dubitať ſcđo. De cõꝑatõe ſcie ad alios habitus. Pro dubio ꝯſiderandũ eſt q in ſexto ethicoꝝ ponuntur quinq̃ꝫ habitus intellectuales qui ſemꝑ ſ3 circa veꝝ. q̄ ſunt ſapientia ſcia. intellectus. prudentia. ꝛ ars. Et adduntť duo q̄ poſſunt eē circa veꝝ et circa falſum ſc3 opinio et ſuſpicio. Quinq̃ꝫ ṗmi dicunť v̇tutes intellectuales quoꝝ tres ṗmi ſunt circa neceſſaria. ſc3 ſcientia circa ꝯcluſiones. intellectus circa ṗncipia immediata ſed ſapientia circa ꝯcluſiones vt reducunť in cauſas ſimpl'r ṗmas. ſed ars et prudentia ſunt circa contingentia. Prudentia circa agibilia id eſt circa actus immanentes. Ars vero circa factibilia Sed quia determinare de ſapientia ſcientia et intellectu et de arte q̇d ſint et qualiter ſe habeant ꝑtinet ad ṗmum phm. De prudentia vero ad moralem. Ideo de iſtis in preſenti non plus determinat phus ſed relinquit ad alias ſcientias finaliter tamen determinat de quodam habitu qui reſpicit medium demonſtratõnis qui dicitur ſolertia que ſic definitur. Solertia eſt quedam ſubtilitas ad mediũ in non ꝓſpecto tempore inueniendi. id eſt quedã ſubtilitas facilis ꝓmpta ꝯiecturatio ad inueniendũ mediu3 ꝓpter quod aliquid fit et poteſt alicui conuenire ex naturali aptitudine et ingenioſitate vel ex bono exercitio. Et dat phus exempla vt ſi queratur quare luna ſplendorem habet verſus ſolem. et reſpondeať. q2 a ſole illuſtrať. aſſignať ꝑ hoc cã. et dum fit ſine diſcurſu vocať ſolertia. Scđm exemplum eſt. ſi quis videat diuitem cum paupere litigantē et ſtatim iudicet hoc ꝓuenire. q2 pauper a diuite mutuauerit pecunias. Aliud exemplum ſi quis videns inimicos ṗus. nunc eſſe amicos et dicat hoc eē. q2 facti ſunt inimici vni⁹ tercij. talis inuētio eſt ꝑ ſolertiã. Et ſic p3 q̄liter cõꝑať ſcia ad alios habitus ab opinione et ꝑ hoc p3 ſolutio ad dubium

Ad rõnes. Ad ṗmas duas patet ſolutio ex dictis in ṗmo articulo Ad terciam đr q ex opinione nõ fit ſcia capiēdo ex vt đr habitudinē cãe materialis. ſed dũtaxat capiēdo ex vt đr ordinē vt ſicut diceremus ex mane fit meridies. i. poſt mane. ꝛ ita ſil'r ꝯtingit q aliq̇s ṗmo habeat opinionē ꝛ ꝯñter ſciam de eodē. ſ3 habita ſcia nõ plus manet opinio ſicut adueniēte meridie nõ manet mane

Queſtiones vero ſunt eq̄les numero his q̄cũq̃ꝫ vere ſcim⁹ Querim⁹ autē quattuor. q2. ꝓpter q̇d. ſi eſt. ꝛ q̇d eſt. Cũ q̇dem eñ vtrũ hoc aut hoc ſit q̄rimus in numerũ ponentes. vt vtrũ ſol deficiat aut nõ. ipm q2 querimus. Signu3 aũt huius ē inuenientes eñ q2 deficit. pauſam⁹. Et ſi in ṗncipio ſciremus q2 deficeret. nõ q̄remus vtrũ deficere Si aũt ſciamus ipm q2. ipm ꝓpter q̇d q̄rimus. vt ſciētes q2 luna deficit ꝛ q2 mouetur terra. ꝓpter q̇d deficit ꝛ ꝓpter q̇d moueť terra q̄rimus. hec q̇dem igiť ſic Quedã aũt alio mõ querimus. vt ſi eſt aut nõ ē cētaurus aut deus. Hoc autē ſi eſt aut nõ ſimpliciter dico. ſed nõ ſi albũ eſt aut nõ ē. Cognoſcētes aũt q2 ē quid eſt querimus vt q̇d eſt deus aut q̇d hõ. que q̇dem igiť querimus ꝛ que inuenientes ſcimus hec ꝛ tot eñ ſunt Querimus aũt cũ queramus q2 aut ſi eſt ſimpliciter. vtrũ ſit mediũ ipius aut nõ Cũ aũt cognoſcētes aut q2 eſt aut ſi eſt. aut in parte aut ſimpl'r. iterũ ꝓpter quid q̄rimus aut quid: ꝛ tũc querimus q̇d ſit mediũ. Dico aũt q2 aut ſi eſt in ꝑte ꝛ ſimpl'r. in ꝑte quidē. vt vtrũ deficit luna aut augeť. Si eñ eſt aliq̇d aut nõ ē aliq̇d in hmõi inquirimus ſimpl'r. aut ſi ē aut non eſt luna aut nox Cõtingit itaq̃ꝫ in omibus queſtionibus q̄rere aut ſi ē mediũ aut q̇d eſt mediũ Cauſa q̇dem eñ mediũ eſt. in oibus ad hoc queriť. vt vtrũ deficit. vtrũ ſit aliqđ mediũ aut nõ. Poſt hoc ſciētes q2 eſt. q̇d igitur hoc ſit q̄rimus. cauſa eñ ipius eſt eſſe: Nõ hoc aũt hmõi eſt ſed ſimpl'r ſubiectũ aut nõ ſimpl'r. ſ3 aliquid eoꝝ que ſunt ꝑ ſe aut ſm accidēs mediũ eſt. Dico aũt q̇dem ſimpl'r ſubiectũ vt lunã aut terram aut triangulũ. Quid aũt eſt defectũ eſſe equalitatē aut inequalitatē. ſi in medio ſit aut non ſit. In oibus eñ his manifeſtũ ē q idem ſit quid ē et ꝓpter quid eſt. hec quidē igiť vſq̃ꝫ huc oppoſita ſunt Amplius q̇d ē defect⁹. ꝓuatio luminis a luna ob terre obiectũ ꝛ ꝓpter q̇d eſt defectus. aut ꝓpter q̇d deficit luna ꝓpter defectu3 luminis oppoſita terra. Quid ē ꝯſonãtia. rõ numeroꝝ in acuto ꝛ graui. ꝓpter q̇d ꝯſonat acutũ graui: ꝓpter id q rõem habet numeroꝝ acutũ ꝛ graue vtrũ ſit in numeris rõ ipoꝝ accipiētes q̄t q2 ē. q̄ ꝗ eſt rõ Q2 aũt ſit medij q̄ſtio oñdiť q̄ñcunq̃ꝫ mediũ ſenſibile eſt. q̄rim⁹ eñ nõ ſentiētes vt defectũ ſi ē aut nõ. Si ꝓ eēmus ſuꝑ lunã nõ vtiq̃ꝫ q̄rem⁹ nec ſi ſit nec ꝓpter q̇d ſ3 ſil'r manifeſtũ eſſe vtrũq̃ꝫ: ex eo eñ q ſentim⁹ vl'e nob̃ factũ ē ſcire ꝛ ſenſus q̇dē ē qđ nunc obijciť. ꝛ manifeſtũ ē q nũc deficit. ex his āt vtiq̃ꝫ vl'e factũ ē. Sicut igitur dixim⁹ qđ q̇d ē ſcire idē ē ꝛ ꝓpter q̇d ē. h̄ aũt aut ē ſimpl'r ꝛ nõ eoꝝ q̄ ſunt h̄ aliq̇d aut eorũ q̄ inſũt vt q̄m duo recti ſunt. aut quoniã magis ꝛ minus ē. Q2 quidem igiť omia que queruntť medij queſtio ſit manifeſtum ſit.

Circa ſecundũ librũ poſterioꝝ. Queriť ṗmo vtrũ queſtiones ſunt eq̄les nũero his q̄ vere ſcimus Arguiť q nõ. q2 ṗncipia demõſtratõis ſ3 vere ſcibilia. ꝛ tñ de his nõ formanť q̄ſtões. ꝗ. ꝛc̃. Scđo de contingētibꝫ ꝛ opinabilibꝫ formãť q̄ſtões. ꝛ tñ nõ ſ3 vere ſcibilia. ꝗ ꝛc̃. Tercio q̄ſtões formate de ꝯtingētibꝫ reducũť ad q̄ſtõez q2 ē. Cũ ꝗ ille q̄ſtões nõ ſint vere ſcibiles ſeq̇ť q queſtões nõ ſunt eq̄les nũero his que vere ſcimus. In oppoſitum eſt phus in textu

Sciendũ ṗmo. q poſtq̃ꝫ determiatũ ē in ṗmo li° de demrãtõe ſm ſe oñdēdo ex q̇bꝫ ꝛ q̄libꝫ ē. ꝯñter in iſto ſcđo oñdit. p. q̄liť mediũ demrãtõis ꝛ etiã ṗme ꝓpões indemrãbiles nob̃ innoteſcãt. Et ſm h̄ ꝯñs lib' h3 duas ꝑtes. In ṗma oñdit q̇d ſit mediu3 ꝛ q̄liť nob innoteſcit. Et in ſcđa agiť de ꝯgnitõe ṗncipioꝝ indemrãbiliũ. Et q2 mediũ demrãtõis aſſumiť ad notificandũ aliq̇d de q̄ ṗus poterat eē q̄ſtio Iõ. p. in ṗncipio hui⁹ ſcđi oñdit nũeꝝ q̄ſtionũ q̄ ꝑ mediũ terminari pñt. Et ꝯñter oñdit q̄liter iſte q̄ſtões ad mediũ ſe habeãt de q̇bꝫ videbiť in pñti q̄ſtiõe De ṗmo videlic3 in ṗ° articl'o ꝛ de alio ſcđo. ꝛ hec de ṗmo notabili.

Sciendũ ſcđo. q ſcia ē veroꝝ tñ ꝛ q2 veru3 ſolũ ſignificať ꝑ enũciatõez. Iõ o3 ſolã enũciatõez eē ſcibilē et ꝑ ꝯñs đ ſola enũciatõe fit qđ q2 de oi ſcibili pt fieri q̄ſtio Dupl'r tñ formať enũciatio. q2 q̄ñq̃ꝫ ē de ſcđo adiacente. ꝛ q̄ñq̃ꝫ de 3°. ꝛ ſm h̄ diſtiguunť q̄ſtões. q2 vel fit q̄ſtio đ enũciatõe de ſcđo adiacēte. ꝛ ſic ē q̄ſtio ſimplex nõ ponēs i numeꝝ. Vel de enũciatõe de tercio adiacēte. ꝛ ſic ē q̄ſtio ꝯpoſita ꝛ ponēs in nũeꝝ. q2 q̄rit de ꝯpõne duoꝝ q̄ꝝ vnũ eſt ṗdicatũ ꝛ alterũ ē ſubiectũ. Et circa ſcđm modũ formať duplex q̄ſtio. Vna q̄ q̄riť an h̄ ſit h̄ Et đr q̄ſtio q2 ē. nõ accipiendo q2 vt ē ſignũ iterrogatõis. ſ3 q2 ſic q̄rim⁹ vt ſciam⁹ q2 ita ē. Qđ ꝓbat. p. a ſigno. q2 cũ iuenirem⁹ ꝑ demrãtõez illđ de q̄ ṗ° fiebat q̄ſtio deſcim⁹ a q̄ſtõne. ꝛ ſi in ṗncipio ſciuiſſem⁹ nõ fieret q̄ſtio. ſ3 q̄ſtio non ceſſat niſi habito illo qđ q̄rebať. Cũ ꝗ q̄ſtio q̄ q̄rebam⁹. Vtrũ h̄ ſit hoc. puta vtrũ luna ſit deficiēs ceſſat habito quia eſt. ſeq̇tur q de quia eſt eſt queſtio. Alia queſtio fit quando ſcimus. quia ita eſt. et querimus propter quid ita ſit Vt cũ ſcimus. q2 ſol deficit q̄rim⁹ ꝓpter q̇d deficit. ꝛ ſic dupl'r q̄rim⁹ ponētes in nũeꝝ

Silr circa primū modū enūciatiōis fit duplex q̄ſtio. Una q̄rendo de aliq̄ ſi eſt aut nō eſt. vt ſi eſt centaurus vel deus Que diſtinguit a q̄ſtōne q2 eſt. eo φ ſit de eſſe ſimplr. ꝛ alia de eē in ꝑte. Alia q̄ſtio eſt q̄ñ ſcim⁹ de aliq̄ ſi eſt q̄rimus q̄d eſt ꝛ iſte ſunt ſimplices nō ponentes in numerū.

Cōcluſio ꝑma ꝛ rñſalis ad q̄ſitum. queſtiones ſunt eq̄les nūero his q̄ vere ſcimus. ꝓbat̄ ꝯclō. q2 q̄cunq̄ vere ſciunt̄ pn̄t ꝑus eſſe ignota ꝛ dubitari. Jgit̄ de oib̄ pt̄ fieri q̄ſtio ſcibilis. Et ecōtra ois q̄ſtio ſcibil̄ pt̄ vere ſciri. ḡ q̄ſtiones ſunt eq̄les nūero his vere ſcimus. ꝛ in ꝓpoſito di cunt̄ vere ſcibilia illa q̄ ꝑ demrātionē ſciunt̄ Jō hic eſt ſ̄mo de queſtionib̄ terminabilib̄ ꝑ demonſtratōem.

Concluſio ſecūda. Tantū ſunt quattuor q̄ſtiones ſcibiles. ꝓbat̄ ꝯcluſio. q2 ois q̄ſtio vere ſcibilis vel ē ſimplex ꝛ nō ponēs in nūez. vl̄ ꝯpoſita ꝛ ponēs in numez. ſi primū vel q̄rit de eē rei ſimplr. ꝛ ſic dr̄ q̄ſtio ſi eſt vel de q̄d ditate rei. ꝛ ſic dr̄ q̄ſtio q̄d eſt. ſi ſcd̄m hoc eſt duplr. vel querit de inherentia vnius ad alterū. ꝛ ſic dr̄ queſtio q2 eſt. vel de cauſa talis inherētie. ꝛ ſic eſt ꝓpter quid

Dubitat̄ primo. q̄liter iſte q̄ſtōnes ſe hn̄t ad mediū. Pro dubio ꝯſiderandū eſt. φ q̄ſtio ſi eſt. ꝛ q̄ſtio q̄d ē ad inuicē reducunt̄ ꝛ ſilr alie due. primū oñdit ph̄s. q2 taz q̄ſtio ſi eſt q̄z q̄ſtio. q2 eſt. q̄rit vtꝝ ſit aliq̄d mediū illius q̄d q̄rit̄ vel nō. vt q̄rendo de aliq̄ ſi eſt ſimplr q̄rim⁹ vtꝝ ſit aliq̄d mediū q̄ poſſit oñdi ip̄m eſſe. Silr cū q̄rit̄ de aliq̄ q2 eſt q̄rit̄ vtrū ſit aliq̄d mediū q̄ poſſit oñdi ita eſſe. Uerum tñ in iſtis q̄ſtionib̄ nō q̄rimus formaliter mediū. ſed ꝑ quādaz ꝯcomitantiā. q2 ſi aliq̄s q̄rat vtrū hoc ſit vel q̄d ſit hoc vel illud oñdendū eſt φ ſit aliq̄d mediū ꝑ q̄d poſſit demōſtrari illud eē ſimplr vel in ꝑte. q2 nō fit q̄ſtio de imediatis Jn hoc tñ differūt ille due q̄ſtōes. q2 q̄ſtio ſi eſt formalit̄ querit de eē ſimplr. Scd̄a vero q̄rit de eē in ꝑte. vt cū dr̄ hō eſt albus nō ſignificat̄ eē ſimplr ſed ſ̄m q̄d et in ꝑte. Et ḡ cum fit hō alb̄ nō generat̄ hō ſimplr ſed ſ̄m q̄d. Silr q̄ſtio q̄d ē et ꝓpter q̄d ad inuicē reducūt̄. Cōueniūt eñ in hoc φ vtraq̄ q̄rit q̄d ſit mediū. ꝛ hoc ſilr intelligendū eſt ſicut dcm̄ eſt de aliis ſez ſ̄m ꝯcomitātiā. ꝛ nō ſ̄m formā q̄ſtōis Nō eñ q̄rendo cām ꝓpter quā ſol eclipſat̄. formaliter q̄rit̄ mediuz demrātionis ſed q̄rit̄ illud q̄d ē mediū. Et φ vtraq̄ querat q̄d ſit mediū oñdit ph̄s. q2 ſi q̄rat̄ q̄d eſt defectus lune. Rñdet̄ φ eſt ꝑuatio lumis lune ꝓpter interpoſitōem terre inter ſolē lunā. Et ſi q̄rat̄ ꝓpter q̄d luna deficit illud idem rñdemus. ſ. ꝓpter interpoēm terre. Sed ille q̄ſtōes querūt de eodē ad q̄s idē rñdet̄. Silr ſi q̄rat̄ q̄d ē ꝯſonātia. Rñdetur φ eſt ꝓportio nūeralis grauis ꝛ acuti. Et ſi querat̄ propter quid eſt cōſonantia grauis ꝛ acuti Rñdet̄ φ hn̄t numerꝝ ꝓportionabilē ꝛ ita q̄d ꝛ ꝓpter q̄d querūt de eodē ſubiecto q̄uis rōne differūt. Ex dictis pz rñſio ad dubiū. Nā ois queſtio q̄rit an ſit mediū vel q̄d eſt mediuz. habito eñ q̄d eſt mediū querit̄ q̄d eſt illud. Et habito q̄d eſt habet̄ ꝓpter q̄d. ꝛ ſic pz φ iſte q̄ſtōes reducunt̄ ad mediū q̄d eſt ipſum q̄d q̄d ē. Nā mediū ad oñdendū de aliq̄ q̄d eſt ſimplr ē ip̄z q̄d q̄d ē. q2 idē ē ſcire de aliq̄ q̄d ē ꝛ ſcire cāz q̄onis ſi ē

Dubitat̄ ſecūdo Utꝝ ois q̄ſtio vere ſcibilis ſit queſtio medij. Ad dubiū rñdet̄ cū textu φ ſic. Pz q2 ois queſtio vere ſcibil̄ querit cām rei vere ſcibilis. q2 ſcire ē rē ꝑ cām ꝯgnoſcere. ſed cā eſt mediū demrātionis. ḡ omnis queſtio vere ſcibil̄ eſt q̄ſtio medij. Scd̄o ꝓbat ph̄s a ſigno q2 illius eſt q̄ſtio q̄ inuento ceſſat dubitatio ſed habito medio ceſſat q̄libet q̄ſtio. ḡ ois q̄ſtio eſt queſtio medij. Minorē ꝓbat nā ſi q̄s eēt ſupra lunā tpe eclipſis viſu ꝑciperet φ luna deficeret a lumie. q2 intrat vmbrā terre ꝛ nō quereret neq̄ q2 ē neq̄ ꝓpter q̄d ſz vtrūq̄ eēt ſibi manifeſtū ſimul et hoc eſt ſignū φ habito medio dicēte cām illius q̄d querit̄ ceſſat queſtio Et ſic q̄ſtio ē de medio. nec valet dicere φ ille ſolū haberet ꝯgnitōem de ſingulari ꝛ non de vniuerſali q2 ex ſingularib̄ ꝑ ſenſum ꝯgnitis accipit̄ vl̄e de q̄ eſt ſcientia ſic ois q̄ſtio q̄rit an ſit mediū vt ſi eſt. vel q2 eſt. aut q̄d ſit mediū vt q̄d eſt ꝛ ꝓpter q̄d. ergo ois q̄ſtio eſt q̄ſtio medij

Ad rōnes Ad primā patet ſolutio ex dictis Ad ſcd̄am dr̄ φ ille q̄ſtiones non ſunt vere ſcibiles. Jō de ipſis nō eſt ad ꝓpoſitū. Ad terciā dr̄ φ lz ille q̄ſtiones topice quantū ad formā querendi. reducunt̄ ad q̄ſtionem q2 eſt. tñ quantū ad materiā drn̄t a q̄ſtionib̄ demrābilib̄.

Quomodo aūt q̄d q̄d eſt oſtēditur ꝛ q̄s eſt modus introductōis. ꝛ q̄d eſt definitio. ꝛ quoꝝ dicam⁹ opponētes primū de ipſis Principiū aūt futuroꝝ q̄d vere ſit magis ꝓpriū habitis rōibus. Dubitabit eñ vtiq̄ aliq̄s vtrū ſit idē ꝛ ſ̄m idē ſcire definitōe ꝛ demōſtratione aut impoſſibile Definitio eñ q̄d q̄d eſt ſcire videtur q̄d q̄d eſt aūt om̄e vl̄e eſt ꝛ ꝑdicatiuū eſt. Syllogiſmi aūt ſunt alij q̄dem ꝑuatiui. alij autem nō vl̄es puta. q̄ q̄dem in ſcd̄a figura ꝑuatiui om̄es ſunt. in tercia vero nō vl̄es. Poſtea neq̄ eoꝝ (q̄ ſunt in ꝑma figura oīm) eſt definitio. vt q̄ñ ois triangulus duob̄ rectis equales hz tres Hui⁹ aūt rō eſt: q̄m ſcire demōſtratiue eſt demōſtratōem habere. quare ſi in talib̄ demōſtratio eſt. manifeſtū φ ipſoꝝ nō erit definitio. ſciet eñ vtiq̄ aliq̄s ſ̄m definitōem nō habēs demōſtratione. nihil eñ ꝓhibet nō ſil̄ habere. Sufficit aūt fides ex inductōe. Nihil aūt aliq̄ñ definientes cognoſcemus. neq̄ eoꝝ que ꝑ ſe ſunt: neq̄ q̄ ſunt ſ̄m accidens Amplius ſi definitio ſubſtātie alicuius notificatio eſt. huiuſmōi manifeſtū φ nō ſunt ſubſtātie Qm̄ q̄dem igit̄ nō eſt definitio ois cuius eſt demōſtratio manifeſtū eſt.

Quautem cuius eſt definitio nūquid ois demōſtratio eſt aut non. Una q̄dem vtiq̄ rō ꝛ de hoc eadem eſt. vnius eñ inq̄tū vnius vna eſt ſcia. quare ſi vere ſcire demōſtrabile eſt eſt ſciaz habere. accidet quoddā impoſſibile. definitōez eñ habens ſine demōſtratōe ſciet. Amplius ꝑncipia demōſtrationū definitōes ſunt. quorū nō eē demōſtratōes mōſtratū eſt ꝑus. aut erūt demōſtrabilia ꝑncipia ꝛ ꝑncipiorūz principia. et hoc in infinitum abibit. aut ꝑme definitōes erūt indemōſtrabiles. Sz vtrū ſi nō ois eiuſdē. ſz alicuius eiuſdē ſit definitio ꝛ demōſtratio ſil̄ aut ipoſſibile. Nō eñ eſt demrātio cui⁹ ē definitio. Definitio q̄dē eñ ipſius q̄d q̄d eſt ſubſtātie eſt. Demrātōes aūt vident̄ oēs ſuppoñētes

et accipiētes q̄d q̄d eſt. vt mathematice q̄d vnitas q̄d impar ꝛ alie ſimul Amplius omis demōſtratio aliq̄d de aliq̄ demōſtrat. vt q2 eſt aut nō eſt. Jn definitōe aūt nihil alterū de altero ꝑdicat̄. vt neq̄ aial de bipede. neq̄ bipes de aiali neq̄ etiā de plano figura. Nō eſt eñ planum figura nec figura planū Ampli⁹ alteꝝ eſt q̄d q̄d eſt ꝛ q2 eſt mrāre. Definitio q̄dē igit̄ q̄d eſt oſtēdit. ſed demrātio aūt q2 hoc de hoc. aut non eſt alterius aut altera demrātio eſt. niſi ſit tanq̄ ꝑs q̄dā totius Hoc aūt dico. q2 oſtēſum eſt de yſochele. q̄ñ hz duob̄ rectis eq̄les. ſi oñſus ē ois triāgulus. ꝑs cui eſt hoc. hoc aūt totū. hec autē ad inuicē ñ ſe hn̄t ſic. ꝛ q2 eſt et q̄d eſt Nō eſt eñ alterū alterius ꝑs. Manifeſtū vtiq̄ φ nec cui⁹ eſt definitio hui⁹ ois ſit demrātio. nec cui⁹ ois eſt demōſtratio hui⁹ ois ſit definitio. q̄re omnino eiuſdē nullius ꝯtingit vtrāq̄ habere Quare manifeſtū itaq̄ φ definitio ꝛ demōſtratio nec idē vtiq̄ erūt. nec alteꝝ in altero. ꝛ nāq̄ ſubiecta ſimiliter ſe haberent. hec quidem igitur vſq̄ ad hoc oppoſita ſunt

Querit̄ Utrū alicuius eiuſdē ſit definitio et demrātio. Arguit̄ ꝑmo φ ſic. q2 paſſiōis eſt definitio et etiā demrātio. ḡ Scd̄o definitio eſt mediū demrātiōis ḡ q̄d ſcit̄ ꝑ demōſtratōem ſcit̄ ꝑ definitōem. ꝛ ꝑ ꝯñs eiuſdē ſunt defi° ꝛ demrā° Tercio q̄dā defi° ē tota demrā° Jgit̄ eiuſdē ſt̄ illa definitio ꝛ demrā°. Jn oppo^m ē. p. in tex.

Sciendū primo φ poſtq̄ ph̄s oñdit φ ois q̄ſtio eſt q̄ſtio medij. q̄d q̄dē mediū eſt ip̄m q̄d q̄d eſt. ꝯñter oñdit q̄liter nob̄ notificet̄ ip̄m q̄d q̄d ē. vtꝝ ſcz ꝑ demrātione vel definitionē vel alio°. Et ꝑ° impugnat opiniōes q̄rundā ꝛ poſtea ꝓcedit ſ̄z opinionē ꝓpriā. Et q2 aliq̄ dixerunt q̄d q̄d eſt eē demrābile. Jō ad h̄ impugnādū in iſto caplo ponit ꝑ. tria Primū ē nō oim̄ q̄ꝝ eſt demrātio. eſt defi° de q̄ videbit̄ in ſcd̄o notabili Scd̄m φ nō oim̄ q̄ꝝ eſt defi° ē demrātio de q̄ eſt ꝑma ꝯclō. Terciū eſt φ nulli⁹ eiuſdē ſ̄m φ idē eſt definitio ꝛ demrātio de q̄ eſt ſcd̄a ꝯclō. q̄b̄ oñſis cōcludit̄ φ demrātio nō eſt definitio nec ꝑs ei⁹ ſubiectia nec ecōtra De q̄ videbit̄ in ſcd̄o articulo. Ex q̄bus ſeq̄tur φ ipſum q̄d q̄d eſt cū ſit definibile nō eſt demōſtrabile

Sciendū ſcd̄o. Q̄d nō oīm q̄ꝝ eſt demrātio eſt definitio ꝓbat ph̄s q̄ttuor rōnib̄. Prima eſt om̄e q̄d ꝑtinet ad q̄d q̄d eſt ꝑdicat̄ vl̄r ꝛ affirmatiue. ſz definitio indicat q̄d q̄d eſt. ḡ definitio ſolū ꝯtinet illa q̄ vl̄r ꝛ affirmatiue ꝑdicant̄ inter ſe. ſz ſt̄ demrātōes negatiue vt in ſcd̄a figura et multe ꝑticulares vt in tercia. ḡ nō oim̄ q̄ꝝ eſt demrātio eſt defi° q̄uis eñ ꝑticularū nō ſit ꝑ ſe ſcia ipoꝝ tñ ꝑ accñs eſt demrātio ꝛ ſcia. Scd̄a rō oñdens φ neq̄ oim̄ q̄ cōcludunt̄ ꝑ ſyllm̄ affirmatiuū ꝑme figure pt̄ eē definitio Arguit̄ ſic ſcire aliq̄d demōſtratiue eſt de eo habere demrātiōez ſi igit̄ oim̄ quoꝝ eſt demonſtratio ſit definitio cum definibile vere ſciat̄ ꝑ definitōem ꝛ nihil ꝓhibeat aliquē habentē definitōem nō habere demōſtratōnem ſeq̄tur φ aliq̄d demōſtrabile vere ſciet̄ ñ habita demōſtratōe de ipſo q̄d ē ipoſſibile. Tercia rō. demōſtratio ſolū ē eoꝝ q̄ ꝑ ſe inſūt. ſz definiētes aliq̄ñ nihil cognoſcūt eoꝝ q̄ ꝑ ſe inſunt neq̄ eoꝝ q̄ ꝑ accñs. igit̄. Et dr̄ notāter aliq̄ñ. q̄a q̄ñq̄ aliq̄d pt̄ definiri ꝑ accñtia. ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ accñs. ſz talis definitio nō ē ꝟa definitio ꝛ adhuc ſi definiēs cognoſcat aliq̄ accñtia ineē definito h̄ tñ nō ē ꝟtute definitionis. q2 definitio nō dr̄ ea ineē definito. q2 in ea nō ē cōpoſitio enūciatiua. Quarta rō eſt notificatiua ſubſtātie accñs eñ nō definit̄. vt dr̄. vij. metaphyſice. niſi per additamētū ꝛ adhuc nō niſi vt ſ̄cat̄ ꝑ modū ſube ſz eoꝝ q̄ꝝ ſunt demōſtratōes nō ſunt ſubſtātie neq̄ ꝑ moduz ſube ſ̄cant̄. igit̄ nō oim̄ q̄ꝝ ē demonſtratio ē definitio

Concluſio ꝑma. Non oim̄ quoꝝ ē definitio ē demonſtratio. ꝓbat̄ duplici rōe. Prima ē vni⁹ inquātum vnū ē ſcia vna. igit̄ ſi illud q̄d ē demōſtrabile vere ꝑ demonſtratōem ſciat̄ ſeq̄tur φ ipſius inquantū idem nō ē definitio. ptz ꝯñā. q2 ſi eiuſdē inquantū idē haberet̄ definitio ꝛ ſcia ſciret̄ ꝑ definitōem vt dictū ē ꝛ nihil ꝓhibet habentē definitōem nō habere demonſtratōnem Jgit̄ aliq̄d demōſtrabile vere ſciret̄ non habita demonſtratione de ipo. Scd̄a rō. definitōnes ſunt ꝑncipia demonſtratōis. vt patuit in ꝑmo libro. ſz ꝑncipia nō ſunt demōſtrabilia aliter eēt ꝓceſſus in infinitū. igit̄ definitōnes ſunt indemōſtrabiles tāq̄ ꝑncipia demōſtrationū. Et ꝑ ꝯñs nō oim̄ quoꝝ ē definitio ē demōſtratio.

¶ Sciendum primo. Q' poſtq̃ʒ philoſoph⁹ oſtendit qualiter qď quid eſt ſe habet ad demonſtrationẽ. Conſequenter oſtẽdit quomodo ſe habeat propter quid quod ẽcat cauſam ad demonſtrationem. Et primo exemplariter manifeſtat quomodo quodlibet genus cauſe poteſt ſumi pro medio in demonſtratione. Et ſecũdo oſtendit quomodo in diuerſis reb⁹ ꝓpter diuerſos modos eẽndi cauſarũ diuerſimode ſit vtendũ ipſis cauſis in demonſtratione. Pro ꝓmo dicit phs ꝙ cum ſcire opinemur dũ cauſam rei cognoſcimus ⁊ demonſtratio faciat ſcire. ideo medium demonſtrationis debet eſſe cauſa. ſed ſunt quatuor genera cauſaruʒ. vt habetur ſecũdo phiſicorũ. ⁊ quarto metaphyſice. ⁊ etiam hic. vna eſt quod quid erat eſſe. ſcʒ cauſa formalis. Alia eſt qua poſita neceſſe eſt poni effectum. et hec eſt cauſa materialis que hic vocatur neceſſitas. quia non eſt hic ſermo de materia que eſt in potentia remota ad formam. ſed de materia diſpoſita vltimata diſpoſitione qua ſic exiſtente neceſſe eſt formam ineſſe. ideo neceſſitas dicitur. Tercia cauſa dicitur principium vnde motus. et hec eſt cauſa efficiens. Quarta dicitur gratia cuius aliquid fit. ſcʒ cauſa finalis. ⁊ quelibet iſtarum pro medio demonſtrationis ſumi poteſt. ideo huiuſmodi cauſe ad logicum pertinent. vt ſunt principia cognitionis. Ad phyſicum vt ſunt principia eſſe rei et fieri per motum Et ad metaphyſicũ. vt ſunt abſolute ꝓncipia entis

¶ Sciẽdum ſecundo Q' vt exemplificatur in textu per omnia genera cauſarum poteſt fieri demonſtratio de diuerſis reb⁹ ⁊ quandoq; de eadẽ re. cuius ſunt omnes cauſe vel plures. De cauſa materiali dat philoſophus exemplũ mathematicum. de hoc ꝙ omnis angulus cadens in ſemicirculo eſt rectus. Et probatur ſic tercio. Euclidis ſit ſemicirculus. A.b.c. ⁊ chorda eius que eſt dyameter circuli diuidatur in puncto. d. quod eſt centrum circuli. ⁊ erigatur a centro. d. linea perpendicularis vſq; ad circũferentiam in puncto. b. a quo trahantur due linee ad. a. et. c. dico igitur ꝙ angulus. A.b.c. in ſemicirculo cadens eſt rectus. Probatur ſic quia triangulus. b.d.c habet tres angulos equales duob⁹ rectis. ſcilʒ angulus b.d.c. eſt rectus. quia linea. b.d. eſt perpendicularis. igitur duo alij ãguli qui ſunt in. b. et in. c. ſunt equales vni recto. ſed iſti duo anguli ſunt equales inter ſe. eo ꝙ due linee d.b. et d.c ſunt equales. quia procedũt a centro circuli ad circũferentiam. Relinquitur igitur angulus. A.b.d. eſt media pars anguli recti. igitur totus angulus. A.b.c. eſt totus rectus. et formatur ſic demonſtratio. omnis angulus adequate continens duas medietates anguli recti eſt rectus. ſed angulus. A.b.c. eſt huiuſmodi. igitur ẽ rectus. De cauſa formali ſatis exemplificatum eſt prius ideo de ipſa non exemplificatur hic. De cauſa efficiente datur exemplum tangendo quandam hiſtoriam grecorũ Nam athenienſes inuaſerunt ſardos qui erant ſubiecti regi medorum. et ideo medi inuaſerunt athenienſes. et ideo ſi queratur propter quid eſt factum bellum medorũ contra athenienſes Reſpondetur quia Athenienſes inuaſerunt ſardos ſubiectos medis. et ſic aſſignatur cauſa efficiens pro medio. et formatur ſic demonſtratio. om̃es ꝓ̃mo cõmittentes iniuſtum bellum contra medos ſunt ab ipſis debellandi. Athenienſes ſunt huiuſmodi. ergo ⁊c̃. De cauſa finali dat philoſohus duo exempla. Primum eſt. vt ſi queratur propter quid aliquis ambulat poſt cenam. reſpondetur vt fiat ſanus. Secundum exemplum eſt. ſi queratur. propter quid eſt domus. Reſpondetur. vt ſuppellectilia hominis ſaluentur. Et formaretur ſic demonſtratio. omnis repletus cibis in cena volens ſanari debet ambulare poſt cenam. aliquis homo eſt huiuſmodi. igitur ⁊c̃. Maior probatur. quia omne faciens deſcẽdere cibum ad fundum ſtomachi eſt ſanatiuum. ſed deambulatio poſt cenam eſt huiuſmodi. igitur ⁊c̃. Uerum tamen diuerſimode ſe habet medium quando eſt cauſa efficiens. et quando eſt cauſa finalis. quia efficiens precedit in via generationis. ſed cum accipitur cauſa finalis. tunc medium eſt vltimum via generationis. licet ſit primuʒ in intentione. Et ſic patet qualiter in diuerſis rebus poteſt ſumi quelibet cauſa pro medio demonſtratiõis. Sed ad videnduʒ qualiter cauſe poſſunt ſumi pro medio demonſtrationis in eadem re ponitur.

Concluſio prima. contingit effectũ habere plures cauſas ẽm ſeẽt formalẽ finalẽ ⁊ ſic de alijs. ꝓbat phs de eo ꝙ eſt lumẽ apparere ꝑ pellẽ lucerne Cui⁹ cauſa materialis eſt qꝛ corpus minoꝝ ꝑtiũ neccãrio tranſit ꝑ poros maiores. Et cauſa finalis eſt. vt ambulantes de nocte bñficio luminis nõ offendamus. Et in effectibus q̃ ſic habent plures cãs poſſumus arguere dupliciter. vno° ex cauſa p̃exiſtente que eſt prior ẽm eſſe vt materia et efficiẽs. et tũc arguitur ſic. ſi hoc ↄtingit eẽ hoc ẽ. puta ſi lumen ipoſituʒ eſt lucerne neceſſario tranſit per poros Alio° põt argui a cauſa poſteriori ẽm eẽ. ſcʒ a cauſa finali Et hoc mõ ſic arguiꝛ. ſi finis debeat eſſe oportet p̃cedere ea q̃ ꝑtinẽt ad finẽ. vt ſi ãbulans de nocte bñficio luminis nõdũ ſe offendat. neccẽ eſt lumen apparere ꝑ pellẽ lucerne. Et ſic qñq; in demõſtratõib⁹ eſt neccitas abſoluta. ſcʒ ex cauſis prioribus. qñq; vero neccitas ↄditionata. qñ arguitur a cauſa poſteriori ẽm eſſe vñ iſti effectus qui ſic habẽt plures cãs. qñq; inueniunꝛ in naturalibus. ⁊ qñq; in his q̃ fiunt a ꝓpoſito. Et eorũ q̃ fiunt a ꝓpoſito ſiue ab arte quedã ſunt q̃ nõ poſſunt fieri a fortuna nec a natura ſed ſꝑ ab arte vt domus vel ſtatua. quedam vero poſſunt fieri ab arte ⁊ a natura vt ſanitas q̃ p̃t cãri. et a medico et natura ĩfirmi. Poteſt etiã fieri a fortuna. vt ſi egrotans aliq̃d biberet nõ credẽs inde ſanari. et tñ ſanareꝛ. Et in oĩb⁹ iſtis eo modo quo neccitatem habent ex aliqua cauſa vti debemus illa cauſa ꝓ medio. et ſic qñq; eſt neccitas abſoluta. ⁊ qñq; ex ↄditõne. et ſic fit demõſtratio a priori cã vel a poſteriori. Et ꝑ cãm ꝓorẽ intelligit p hs cãm q̃ ẽm eſſe precedit effectũ. Et poſterior eſt illa q̃ eſt vltima ẽm eſſe licet ſit prior in intentõne agentis ⁊ ſic ptʒ ꝙ in vna re hñt e plures cauſas qͦlibet genus cauſe poteſt ſumi pro medio

Concluſio ſecunda. Per qͦlibet genus cauſe ꝓprie ⁊ ꝑ ſe poteſt fieri demõſtratio effectus. ꝓbaꝛ ↄclõ qꝛ eadẽ ſunt principia eẽ rei ⁊ veritatis eius. ideo ſunt eadem ꝓncipia eſſendi et cognoſcẽdi. ſed q̃libet cã ꝓpria inſert eſſe rei. qꝛ ip̃a poſita poniꝛ effectus. igiꝛ q̃libet talis põt poni ꝓ medio. ad oñdendũ veritatẽ ſui effectus.

Dubitaꝛ primo. Utrũ de cauſa materiali poſſit dari ex^m mathematicũ ſicut dictũ eſt. Et videtur ꝙ nõ. q̃a ſcie mathematice nõ demonſtrãt ꝑ cãm materialem. ſʒ ꝑ ſolã formã. Ad dubiũ reſpondeꝛ. ꝙ licet mathematica abſtrahat a materia ſenſibili. non tñ a materia intelligibili. iõ qñ demonſtraꝛ in mathematicis aliq̃d de toto ꝑ ꝑtes eius. ſicut fit in exemplo p̃dicto fit demõſtratio ꝑ cãm materialem. qꝛ ꝑtes relate ad totum ſe habent in ratione materie.

¶ Dubitaꝛ ſecundo. Qualiter in diuerſis reb⁹ diuerſimode ſit demõſtrandũ ex ipſis cauſis Pro dubio ↄſiderandũ eſt ꝙ vt ſufficit ad ꝓpoſitũ. Duplex eſt dĩa cãꝝ quedã ei ſunt q̃ ſil' ſunt et non ſunt cũ ſuis effectib⁹. et quedã nõ ſunt ſil' cũ ip̃is. Alia eſt dĩa cãꝝ. qꝛ q̃dam ſunt ꝑ ſe q̃ neccãrio ꝓducũt ſuos effectus. Alie ꝓo nõ neccãrio. ſed vt frequẽter ꝓducũt ſuos effectus. Tũc rñdeꝛ ad dubiũ. primo ꝙ in cauſis q̃ ſimul ſunt cũ ſuis effectibus eſt demõſtratio a priori ad poſterius. et tũc aſſumiꝛ cã q̃ ẽm eẽ ꝓor eſt. ptʒ qꝛ tali poſita ſꝑ poniꝛ effectus vt ſi ponaꝛ in p̃nti. poniꝛ in p̃nti effectus. ⁊ ſi cã erit effectus erit. et ſi fuit cã etiã effectus fuit. Exẽplũ text⁹ eſt de interpõne terre in eclypſi lune. Aliud ẽ de aq̃ cõgelata penit⁹ ꝑ defectũ caloris qua poſita poniꝛ Criſtallus. Sʒ ad vidẽdũ q̃liter ſit demõſtratio ĩ his q̃ nõ ſunt ſil' aduertendũ eſt. ꝙ iſtoꝝ quedã ſunt quoꝝ generatio fit ẽm directũ. vt ex lapidib⁹ fit fundamẽtuʒ ⁊ nõ ecõtra Alia ſunt quoꝝ generatio ẽ circularis ſicut terra depluta eſt cã vaporis. vapor eſt cã nubis. et nubes eſt cã pluuie. et pluuia eſt cã terre deplute. et iterũ terra depluta ẽ cauſa vaporis ſꝑ ↄtinuando circulum. nõ eſt tñ pure circulatio. qꝛ nõ fit reditus ad idẽ in nũero. ſed ad idẽ in ſpẽ Et iſte circulus nõ põt eſſe ẽm ordinẽ repertũ in cauſis ꝑ ſe. qꝛ in q̃libet genere cauſe ꝑ ſe deuenie̊dũ eſt ad ꝓmuʒ ſed nõ eſt in genere cãꝝ ꝑ accñs eo ꝙ ens nõ generaꝛ ꝑ ſe ex ente in actu neq; ex nõ ente. ſʒ ex ente ĩ potẽtia. Tũc dꝛ ſcdo. ꝙ in oĩb⁹ iſtis cauſis q̃ nõ ſunt ſil' ſiue ſit generatio recta ſiue circularis ſemꝑ fit demõſtratio a poſteriori ad prius et nõ ecõtra. vt arguẽdo ſic domus eſt. igitur prius factũ eſt fundamẽtum et adhuc prius deciſi ſunt lapides et nõ ſequitur ecõtra. Uel ſic terra eſt depluta. igiꝛ fuit nubes ⁊ adhuc prius eſt eleuatus vapor ſʒ nõ ſequiꝛ ecõtra. et ſic in oĩb⁹ iſtis eſt neccitas vel abſoluta vel ex ſuppoſitione finis. ⁊ p̃nt fieri iſte demõſtratõnes in ꝓpoſitõib⁹ de p̃nti. de p̃terito et de futuro. Eſt tñ diuerſitas in his q̃ ſunt de p̃terito et de futuro q̃ ad ꝓus et poſterius. naʒ prius in preterito dꝛ qď eſt remotius a p̃nti nũc ſʒ in futuro prius dꝛ qď eſt ꝓpinquius preſenti nũc. Tũc dꝛ tertio ꝙ in his q̃ ſunt ſemꝑ debet capi mediuʒ qď inſit minori. et maiori ſꝑ Ratio eſt. qꝛ alias in demõſtratõe ex falſo ſeq̃reꝛ verũ. ſʒ in his q̃ ſunt frequenter et nõ ſꝑ debet ↄformiter accipi mediũ qď frequenter ineſt minori et nõ ſꝑ vel cui maior extremitas frequẽter ↄuenit alias in demõſtratõe ex veris ſeq̃reꝛ falſum ſi caperẽtur p̃miſſe neceſſarie. Uñ rõ huius eſt. qꝛ effectus q̃ demonſtratur ſemꝑ debet oſtendi ꝑ cauſam ꝓpriam et ſibi ꝓportionataʒ.

Ad rõnes Ad ꝓmam ptʒ ſolutio ex dictis qꝛ hic nõ eſt ſermo de materia ẽm ſe. ſʒ de materia diſpoſita q̃ bene ẽ cognoſcibilis. qꝛ eſt ꝓportionata forme Ad ſcďam dꝛ. ꝙ primũ efficiẽs eſt cauſa vl'is de qua nõ ẽ ad ꝓpoſitũ. ſed ſoluʒ eſt h̃ ſermo de cauſis ꝓprijs. ſʒ de alijs efficientib⁹. q̃ nõ ſunt ſꝑ ſil' cũ ſuis effectib⁹ dictuʒ ẽ ꝙ ibi nõ eſt demõſtratio a ꝓori ad poſterius. ſʒ põt fieri ĩ his q̃ de neccitate ꝓducunt ſuos effect⁹ et ip̃is poſitis poniꝛ effectus. Ad tertiã dꝛ ꝙ cã efficiẽs et finalis in recto nõ verificanꝛ de ſuo ſubiecto ſʒ bñ verificanꝛ in obliq̊. vt ſic arguẽdo. om̃e ꝓductũ a ſummo bono eſt bonũ. p̃dicatur de ſubiecto hoc qď eſt fieri a tali efficiente Ad ↄfirmationẽ dꝛ. ꝙ licet finis eſt poſterior ẽm eſſe eſt tñ prior in intentione. Et hec de queſtione

Quõ autẽ oportet venari in eo quod quid eſt venãtia nunc dicamus Eorum igitur (q̃ inſunt vnicuiq;) quedam extenduntur in plus. non tamẽ erunt extra genus. dico autẽ in plus eſſe quecũq; inſunt quidẽ vnicuiq; vniuerſaliter. atuero ⁊ alij vt eſt aliquid quod om̃i trinitati ineſt. ſʒ nõ trinitati ſicut qď eſt ⁊ eſt in plus trinitati. ſʒ et nõ nũero. ſʒ ĩpar ineẽ oĩ trinitati ⁊ ẽ in pl⁹ ⁊ nãq; ip̃is q̃nq; ineẽ ſʒ nõ extra gen⁹ q̃neq; ei

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nūerus ē impar: nullū aūt impar extra nūeꝝ eſt
Hmōi aūt accipienda ſunt vſq; ad hoc quouſ
q; tot accipiant̄ q̄ꝝ vnūqdq; q̄dē in plus ſit oīa
aūt nō ſint in plus. Hāc eī necē eſt ſubſtātiaȝ
rei eē. vt trinitati omī ineſt impar nūerus p̄m⁹
vtrobiq;. et ſicut qd eſt nō menſurari numero.
et ſicut nō cōponi ex numeris hoc itaq; iā trini
tas eſt ipar numerus p̄m⁹. et ſic primo horū ei
vnūqdq; aliud quidē in ptibus omībꝫ inē. vlti
mum aūt dualitati. omīa aūt nulli. Qm̄ āt
oſtēſuȝ eſt nobis in ſupioribꝫ neccāria q̄dē ſunt
in eo qd q̄d eſt predicantia. vl'ia āt neccāria ſunt
in trinitate aūt et in vnoquoq; alio ſic accipiun
tur in eo q̄d quid ē accepta ſic aūt erit ex neccita
te quidē trinitas hoc Q̄ ſubſtantia ſit ex his
manifeſtū eſt. Neceſſe aūt eſt niſi hoc eēt trini/
tati vt genus aliquod eſſe hoc āt eſt noīatū aut
nō noīatū. erit igit̄ in plus q̄ȝ trinitati ineē. con
ceſſum eſt hmōi eē genus qd eſt ſm potētiaȝ in
plus ē. Si itaq; nulli inerūt alij q̄ȝ athomis tri
nitatis. hoc vtiq; erit trinitatis eſſe ſupponitur
Eſt eī q̄d eſt ſubſtātia vniuſcuiuſq; eſſe. q̄ in
illius athomis vltimū predicamentum: quare
ſimiliter et alij cuilibet ſic demōſtratiuoꝝ eidē
eſſe inerunt.

Querit̄. Utrū ad definitionē ſignificantem
quod quid eſt reqratur ꝙ quelibet ps ipius ſit in plus
q̄ȝ definitū. Arguit̄ ꝙ nō primo. q: vt dicit̄ ſeptimo me
thaphiſice. qn̄ puenitur ad drās vltimas differētie ſunt
equales ſpeciebꝫ. igitur non optet ꝙ q̄libet ſit in plus q̄ȝ
ſpēs. Scdo. octauo metaphiſice d: ꝙ drña ſumitur a
forma. ſed cuiuſlibet rei eſt ꝓpria forma q̄ nulli alteri ꝯue
nit. igit̄ cuiuſlibet ſpēi eſt ꝓpria drña q̄ non eſt in plus q̄ȝ
ſpēs. Tertio. poſſibile eſt definitōem eē ex duobꝫ ter/
minis ſcȝ ex genere et drña. vt d: ſeptimo metaphiſice.
et in diuiſionibꝫ boetij. ſed drña nō inuenitur extra ipſuȝ
genus alias ipſum nō diuideret. igitur talis differentia
nō excedit ſpēm. et cū ipſa drña ſit pars definitiōis eſt in
plus q̄ȝ definitū. Et ꝯfirmatur. q̄a ſi quelibet pars defi
nitōis ſit in plus ſequitur ꝙ tota definitio ſit in plus qd
eſt ꝯtra rōem definitōis. In oppoſitū eſt phs in textu
primo videbitur de queſito.

Sciendū primo ꝙ poſtq̄ȝ phs oſtendit qua
liter qd quid eſt ⁊ ꝓpter quid ſe habēt ad demōſtratōem
Cōſequēter oñdit qualiter vtraq; pōt inueſtigari. ⁊ pri
mo oñdit de q̄d quid eſt. ⁊ ſecūdo de ꝓpter quid et oſtē
dendo qualiter inueſtigatur qd q̄d eſt. p̄mo manifeſtat
qualia debēt eſſe illa que accipiunt̄ ad ꝯſtituendū defini
tionem ſcantē q̄d quid eſt. de quo videbitur in pn̄ti q̄ſti
one. ⁊ ſecūdo dat artem inueſtigandi qd q̄d eſt ⁊ mani/
feſtat modū inueſtigandi illa q̄ definitōem ꝯſtituunt.

Sciendum ſecundo. ꝙ eoꝝ que predican
tur vlr̄ et ſemper quedam inueniunt̄ que extēduntur in
plus q̄ȝ illud cui inſunt ⁊ etiā extra genus vt ens de ter
nario predicatur. Alia vero extendūtur in plus non tn̄
extra genus. vt impar de ternario p̄dicatur ⁊ eſt in plus
tamē nō ē extra genus ternarij ſcȝ extra numerū Ex hac
diuiſione elicit phs qualia debent eē illa que cōſtituunt
qd quid eſt. Primo eīn debēt ſemꝑ ⁊ vniuerſaliter p̄di/
cari. Quod ꝓbatur q: p̄dicant̄ ex neccitate. igit̄ p̄dicant̄
ſemꝑ ⁊ vlr̄. Scdo debent eſſe in plus nō tn̄ extra genus
definiti. et tamē totū aggregatum ex ipſis nō eſt in plus
ſed ꝯuertitur cū definito et tale conuertibile eſt definitio
rei vnde ponitur

¶ Cōcluſio p̄ma: Si accepta ad definiendum
ſint talia. et vſq; ad talem nūeꝝ ꝙ totum ꝯuertat̄ cū de/
finito. tunc illud totum eſt ſcans qd quid eſt. ꝓbatur cō
cluſio. q: omne qd p̄dicatur de ſpē in quid vel eſt gen⁹
vel definitio. ſed de rōne generis eſt ꝙ ſit in plus q̄ȝ ſpe/
cies. igitur ſi illud totū ꝯuertatur cū ſpecie oportet ꝙ ſit
definitio ſcans q̄d quid eſt eius. ſed ꝙ illa que accipiun
tur q̄ȝuis ſint in plus nō tn̄ debēt eſſe extra genus illius
rei. pȝ q: niſi ſic non ꝑtinent ad qd q̄d eſt eius. iſta q̄ dic
ta ſunt manifeſtat phs ꝑ exemplū. vt nūerus ternarius
definitur ꝙ eſt nūerus impar vtrobiq; p̄mus. Clarum
eſt eīn. ꝙ due prime prime ꝑticule. ſcȝ numerus ⁊ impar
excedūt ternarium et ſimiliter tertia. Nam aliquis nu/
merus d: primus dupliciter. Uno modo quia ſola vni/
tate mēſuratur. et hoc modo omīs numerus impar eſt
primus. Alio modo q̄a non cōponitur ex pluribꝫ nūeꝝ
et iſto modo ſunt tm̄ duo nūeri p̄mi. ſcȝ ternari⁹ ⁊ bina
rius. ⁊ ſic iſta ꝑticula vtrobiq; p̄mus binario ꝯuenit. tn̄
nūerus impar vtrobiq; primus cū ternario ꝯuertitur ⁊
eſt definitio eius. et ſic patet qualia debent eſſe illa q̄ ve/
niunt in ꝯſtitutōem q̄d quid eſt

¶ Concluſio ſecūda Quelibet pars definitōis
date ꝑ genus ⁊ drñas ſumptas ſm accidentia cōmunia.
q̄ ſequūtur ſuperiora genera eſt in plus q̄ȝ definitū. ꝓba
tur cōcluſio. q: ex quo hmōi accidētia cōia cōſequuntur
ſuperiora genera ipſa debēt eſſe in plus. ſed tamē ex ipis
differētijs ſic ſumptis ex genere poteſt ſumi definitio cō
uertibilis cū definito. q: q̄ȝuis q̄libet ps ſit in plus nulla
tn̄ eſt extra genus definiti igitur pn̄t tot accipi ꝙ ꝯuer/
tant̄. cū definito. q: licȝ qdlibet ꝑ ſe ſumptū ſit in plus q̄ȝ
definitū oīa tn̄ ſimul accepta ꝯuertunt̄ cū definito. et ſic
in tali definitōne quelibet ps definitōnis eſt in plus. ſed
tota definitio eſt ꝯuertibilis cū definito.

¶ Dubitat̄ p̄mo Quomō ſtat ꝙ quelibet pars
definitōnis ſit in plus q̄ȝ definitū. cum tamen cuiuſlibet
ſpēi definibilis ſit propria forma a qua pōt ſumi differē/
tia vltima et ꝯuertibilis. Ad dubiū reſpōdetur ꝙ ſi
poſſet accipi vltima differētia. q̄ notificaret ꝓpriam for/
mam ſpeciei illa non eſſet in plus q̄ȝ definitum ⁊ hoc ꝓ/
bant rōnes ante oppoſitum. ſed q: forme eſſentiales reꝝ
nō ſunt nobis ꝑ ſe note. ideo neq; differentie eſſentiales
ab ipſis ſumpte ſunt nobis note. nec noibꝫ ꝓprijs noiate
quare oportet ꝙ manifeſtentur ꝑ aliqua accidentia que
ſunt ſigna illaꝝ formaꝝ. Et q: oīa talia accn̄a ſequūtur
ſupiora predicata. ideo nullū ipſoꝝ ꝑ ſe ſumptum cōuer
titur cum definito.

Dubitatur ſecundo. que accidētia accipiuntur
ad definiēdū tanq̄ȝ ſigna formaꝝ. Ad dubiū r̄ndet̄ ꝙ ad
hoc nō ꝓprie capiūtur accidentia propria ſpēꝝ. q: talia
ꝑ definitionem ſpeciei habēnt demonſtrari. ſed oportet

accipere accidentia cōia. Et ſm hoc differentie ſumpte
dicunt̄ ſubſtantiales ꝓ quāto inducūtur ad declarandū
formā ſubſtantialem. et ſic in rebꝫ quarū forme eſſentia/
les ſunt nobis note vltime differentie ſunt ꝯuertibiles
cū ſpēbꝫ ſed non in alijs quarū forme ſunt nobis ignote
Et hec de ſecūdo. Rationes facte ante oppoſitū facili/
ter ſoluunt̄ ex dictis.

Cōgruū aūt eſt cū totū aliq̄d aliq̄s negotie
tur deꝑtiri genus in athoma ſpē prima. et ē nu
merus in trinitatē et dualitatem. Poſtea ſic il/
loꝝ definitōnes accipere tētare. vt recte linee ⁊
circuli ⁊ anguli. Poſt hoc accipiendū quid
genus ſit. vtrū q̄ȝtitatis aut ſit qualitatis pro/
prias paſſiones ſpeculari ꝑ cōia prima. cōpo/
ſitis eīn ex athomis ꝯuenientia ex definitiōibꝫ
erūt manifeſta. ꝓpter quod p̄ncipiū eſt omniū
definitōnuȝ qd ſimplex eſt. ⁊ ſimplicibꝫ per ſe
ineſſe ꝯuenientia ſolis: alijs aūt ſm illa Sȝ de
finitōnes (q̄ ſunt ſm drñas) vtiles ſunt in his
vt ſic adeamus. ſicut tn̄ dēmōſtrat dictū eſt in
p̄oribꝫ. vtiles aūt ſunt vtiq; ſic ſolū ad colligen
dum quod quid eſt. et videtur vtiq; nil vtile.
ſed mox videntur accipere oīa tanq̄ȝ ſi ex prīci/
pio acceperit aliq̄s ſine diuiſione. Differt āt
aliquod p̄us et poſterius p̄dicamētoꝝ predica
ri. vt ē dicere aīal māſuetū bipes. q: ⁊ bipes ani
mal māſuetū eſt. Et iterū ex hoc drña eſt hmōi
vt q̄dlibet eē vnū ſic necē eſt diuidētē repetere
Amplius aūt ad nihil relinquēduȝ in eo q̄d q̄d
eſt ſic ſolūmō ꝯtingit. cū eīn primū accipiat̄ ge
nus. ſi q̄dē alicuius inferioꝝ aliquā diuiſioneȝ
accipiat nō incidet omē nihil. vt non omē aīal
aut totū pēnatum eſt aut diuiſum pēnis. ſȝ pen
natum aīal eſt omē hmōi drña hoc eſt prima
aūt drña aīalis in quā omē aīal incidit Silr̄
aūt eſt in vnoquoq; alioꝝ ⁊ ī his q̄ extra genus
et q̄ ſub ipis ſunt. vt in aue. ī qua eſt omīs auis
et ī piſce. in quo eſt oīs piſcis Sic igitur pro
cedit omnis ambulans quid ſcire qn̄ nil relic/
tum ē. aliter aūt reliquere neceſſe eſt ⁊ nō ſcire.

Nihil aūt oportet diffinientē et diuidentem
oīa ſcire q̄ ſunt. Et tn̄ ipoſſibile q̄dē dicunt eſſe
differētias cognoſcere. q̄ ſunt ad vnūqdq; non
cognoſcētem vnūqdq;. ſine aūt differētijs non
eſt vnūqdq; ſcire. a quo eīn non differt idē eſſe
huic. a quo aūt differt alterū ad hoc. Primū q̄
dem igitur hoc falſuȝ eſt. nō eīn ſm oēm drām
alterū eſt. multe eīn ſunt drñe in eadē ſpē ſȝ nō
ſm ſubſtantiā neq; ꝑ ſe. Poſtea ſi accipiant̄ op
poſita ⁊ ſm drām ⁊ cū omē incidat huic aut in
de et accipiat in altero qd querit̄ eē: ⁊ hoc cog
noſcit nihil differt ſcire aut neſcire in quibuſcū
q; predicant̄ de alijs differre. manifeſtuȝ ei qm̄
ſi ſic vadēs veniat in hoc quorū nō amplius ē
drña habebit rōem ſubſtātie. Omē aūt icide/
re in diuiſionē ſi ſint oppoſita q̄bꝫ nihil itereſt
non eſt repetitio. Neceſſe eīn eſt omne in alte/
ro ipſorum eſſe. ſiquidem ipius differentia eſt

Ad ꝓbandū aūt terminū per diuiſiones tria
oportet cōiecturari accipiētem predicantia in
eo quod quid ē. ⁊ hoc ordinare q̄d primuȝ aut
ſcdm. ⁊ qm̄ hec ſunt. Eſt autem dorum vnum
p̄mū ꝑ id quod poſſumus: ſicut ad accidēs col
ligere qm̄ eſt. ⁊ per genus ꝓbare. Ordinare aūt
ſicut oportet ſi p̄mū accipiat: hoc aūt erit ſi pri
mum accipiatur quod oibus iheret illi aūt non
oīa: neceſſe eſt eīn aliquod eē huiuſmodi. accep
to aūt hoc erit idē in oibus inferioribꝫ modis.
Scdm aūt alioꝝ primū erit ⁊ tertiū habētuȝ
remoto eīn quod eſt ſurſuȝ ꝯtinuū alioꝝ p̄mū
erit. ſilr̄ aūt eſt ⁊ ī alijs Q̄ aūt oīa hec ſint ma
feſtum eſt ex hoc qd recipimus p̄mū quidē ſm
diuiſionē. qm̄ omē ē aut hoc aut illud. Eſt aūt
et iterū totius drña a toto nil differre ſpecie am
plius hoc. Manifeſtū eīn eſt qm̄ neq; plus
hoc apponit̄. omīa eīn in eo quod quid eſt acci
piūtur. horū neq; deficere nihil. aut eīn genus
aut differentia vtiq; eſſet. Genus q̄dē igitur ē.
primū ⁊ cū differētijs prius acceptū eſt. differē
tie aūt oēs cōtinent̄. nō eīn amplius ſunt vlti/
ma. ſpē eīn differet et vltimū. hoc aūt eſt dictū
et nō differre Querere autem oportet inten
dentem in ſimilia ⁊ in differentia. Primū qui
dem omnia idem habent. poſtea iterum in al/
teris que in eodem quidem genere ſunt in illis
ſunt autem ipſis quidem idem ſpecie. illorum
autem alteri. Cum autem in his accipiatur q̄/
dem habeant omnia idem et in alijs ſimiliter.
In acceptis iterum ſimiliter intendendum ſi
idem ſit quouſq; in vnam conueniant rationeȝ
hec autem erit definitio. Si vero non vadit in
vnā ſed in duas aut plures manifeſtum eſt ꝙ
vtiq; non eſt vnum aliquod quod queritur.
ſed plura. Ut cum dico ſi quid eſt magna/
nimitas querimus. intendendum eſt in quoſ/
dam magnanimos. quos ſcimus ꝙ habeant
vnū oēs inq̄ȝtū ſunt hmōi. vt magnanim⁹ alci
piades eſt: aut achilles aut ayax q̄d vnū omēs
habent. nō tolerare iniuriā: h̄ quidē dimicauit

Ille vero inſaniuit hic autem interfecit ſeipſum Iteruꝫ idem eſt in alteris vt in lyſandro ⁊ ſocrate. ſi iam indifferentes proſperitati ⁊ improſperitati. hec duo accipiens intendendo quid idem commune habent. aut impaſſibilitas q̄ eſt circa fortunas. aut non tolerantiam iniuriarum. Si vero nullum ſit due ſpecies erūt vtiqꝫ magnanimitatis. Semper em̄ eſt om̄is definitio vniuerſalis non em̄ in quodam oculo dicit ſanabile medicus. ſed aut in omni aut in ſpecie determinans Facilius em̄ eſt ſingulare definire q̄ꝫ vniuerſale. vnde oportet ex ſingularibus in vniuerſalia aſcendere. namqꝫ equiuocationes latēt magis in vniuerſalibus q̄ꝫ in differentibus ſpecie Sicut in demonſtrationibus oportet ſyllogiſari eſſe. ſic et in terminis certum hoc autē erit ſi per ea (que ſingulariter dicūtur) ſit in vnoquoqꝫ genere diffiniri ſeparatim. vt ſimile nō omne ſed in coloribus ⁊ figuris et acutum quod in voce eſt. et ſic neceſſe ire timentem. ne equiuocatio cōtingat. Si āt neqꝫ diſputare oportet in metaphoris. neqꝫ q̄cunqꝫ dicūtur in metaphoris. diſputare em̄ neceſſe erit ſine metaphoris.

Queritur. Utrū per viam diuiſionis generis per differentias poſſit venari ipſum qꝺ q̄d eſt Arguitur ꝙ non. ꝑmo qꝛ ſi ſic ſeq̄ret ꝙ quicūqꝫ hoc mō de aliq̊ cognoſceret q̄d eſt. cognoſceret oīa entia. ꝯſequēs ē falſum. Et patet ꝯn̄a. qꝛ nō poſſumus ſcire q̄d ſit vnū quodqꝫ. niſi ſciamus q̄d ſit ſibi idē. ⁊ q̄d ſit alterū ab eo. cū oporteat habere genus ī quo ꝯuenit cū alijs. et drām ꝑ quā differt ab ipſis. ſed nō p̄t ſciri q̄d ſit idem ⁊ q̄d alterū niſi cognoſcanť ea que ſunt eadē vel altera Secūdo. In tali ꝓceſſu diuiſiuo. nc̄c̄e eſt diuidenteꝫ petere. an totum diuiſum ꝯtineatur in diuidentibꝫ acceptis. igitur hec via eſt inſufficiens Tertio. hec via manifeſtandi qꝺ quid eſt per viā diuiſionis ſupius eſt iprobata a philoſopho. igiť nō debet nunc approbari In oppoſitum eſt phyloſophus in textu.

Sciēdū ꝑmo: ꝙ poſtq̄ꝫ phyloſophus manifeſtauit qualia debent eē illa q̄ accipiunť ad ꝯſtituendū definitōem ſcantem qꝺ quid eſt. Cōſequēter manifeſtat modū inueſtigandi illa q̄ definitōem conſtituūt. ponendo duos modos inueſtigandi ipſum qꝺ quid ē Primus modus eſt ꝑ diuiſionē generis et collectōem differentiaꝝ ꝯuenientium diffinito. Secūdus eſt ꝑ viā reſolutōnis ꝓcedendo a ꝑtibꝫ reſoluendo in aliquā cōem rationē. Et circa primū modū ponit pħs aliqua documēta. Primū eſt. ꝙ oportet accipere genus ſub quo cōtinetur ſpēs definienda qꝺ poterit ꝯgnoſci ꝑ coordinatiōes ꝑdicamentales. Scđm eſt. ꝙ accipiende ſunt dr̄ie ꝑ ſe per quas diuiditur. et ſi dr̄tie eſſentiales ſint ignote. accipiende ſunt paſſiones ꝯſequentes illa genera Et ad h̄ ꝙ aliq̄s debite ꝯſtituat definitōnem dꝫ tria cōſiderare. Primū eſt. ꝙ ea q̄ ponūtur in definitōne ꝑdicentur loco qꝺ q̄d eſt. qꝺ poterit obſeruari per ea que danť ad terminandū ꝓblema generis. Scđm eſt ꝙ talia ordinate ponantur. qꝺ poterit obſeruari preponēdo in definitōe cōmuniſſimū. et cōſequēter alia minus communia Quia ſi aliter ordinarentur ꝑtes definitiōis denotaretur ꝙ actꝰ in eodem precederet potentiam Tertium eſt. ꝙ accipiātur om̄ia que ꝑtinēt ad quod quid eſt. ita ꝙ nihil pretermittatur quod poterit fieri. ſi capiantur prime differentie que ſimul ꝯuertunť cū genere diuiſo. Et ꝯſequenter ſi differentia cōueniens definito ꝯiuncta generi non reddat ip̄m conuertibile cū diffinito. Illud totum eſt iteruꝫ diuidendū per modū vnius generis. ſibi ꝯiungēdo vnā differentiam. quouſqꝫ veniamus ad differentiam q̄ reddet ipſum conuertibile cū definito. quo habito eſt completa definitio. Quod ꝓbat pħs. qꝛ in ea nihil eſt ſuperfluum. nec diminutum. Et ſic patet primus modus inueſtigandi quod quid eſt. ſcꝫ ꝑ viam diuiſionis. ſed ad videndū de ſecūdo modo.

Sciendum ſecundo. ꝙ ſi aliquis velit inquirere definitionem alicuius rei. oportet attendere ad ea que ſunt ſibi ſimilia. conſiderando quid inueniať cōmune omnibꝫ illis que ſunt ſimilia per viā reſolutionis. Et etiam ad ea que ſunt ſub eodem genere. Uidēdo q̄d ſit eis cōmune. ſcꝫ definito et alijs. Deinde conſiderandum eſt ſi poſſint reſolui in aliud cōmune quod ſit cauſa vtriuſqꝫ et ſi ſic illud eſt principiū rationis vtriuſqꝫ. vnꝺ per illū modum poterit inueniri genus definiti reſoluendo ad aliquod cōmune. Et etiam differentia videndo illud in quo differt ab alijs. Exemplū textus eſt. vt ſi velimus habere definitōnem magnanimitatis oportet attendere ad quoſdam magnanimos qui habent aliquod commune. vt ſunt hercules ⁊ achylles et ayax. qui erant magnanimi habentes illud cōmune. ſcꝫ nō poſſe tolerare iniurias. rōne cuius primus dimicauit ſecūdus inſaniuit. et tertius interfecit ſeipſum. Iterum debemus cōſiderare in alijs magnanimis. vt in liſandro. alexandro. ſocrate. qui hoc cōmune habebant ꝙ nec mutabantur in ꝓſperis nec in aduerſis. ſed vtraqꝫ equanimiter ſuſtinebāt Deinde videndū eſt ſi hec duo. ſcꝫ nō tolerare iniurias et equanimiter ſuſtinere ꝓſpera ⁊ aduerſa habeant aliqꝺ cōmune quod ſit cauſa vtriuſqꝫ. Et ſi ſic in hoc conſiſtit ratio magnanimitatis. Et poſſumus dicere ꝙ vtrūqꝫ cōtingit propter hoc. quia aliquis reputat ſe dignū magnis. ideo non vult pati iniurias. et etiam cōtemnit bona fortune. Et ſi non fieret reſolutio in aliquod cōmune q̊d eſſet cauſa vtriuſqꝫ non eſſet vna ſpecies magnanimitatis. et ſic patet ſcđs modus inueſtigandi q̊d quid eſt

Cōcluſio prima Diuiſio generis per differentias eſt vtilis ad venandū quod quid eſt. non tamē ad demōſtrandum ipſum. vt prius dicebatur. Probatur concluſio. quia definitio cōponēda eſt ex genere ⁊ differentia conuenientibus definito ordinate poſitis. ſic ꝙ nulla differentia omittatur. ſed hec om̄ia per diuiſionem generis accipiuntur igitur ille modus inueſtigandi qꝺ quid eſt. eſt ſufficiens.

Concluſio ſecunda. Modus inueſtigandi ipſum quod quid eſt per viam reſolutionis reſoluendo particulare in aliquam rationem communem eſt ſufficiens. Probatur autem iſta concluſio per exemplum poſitum de definitione magnanimitatis.

Et per alia dicta in ſecūdo notabili.

¶ Dubitať ꝑmo Qualiter probat phyloſophus. ꝙ iſta ars venandi ipſum quod quid eſt ſit conueniens quantū ad ſecūdum modū Ad dubiū reſpōdeť ꝙ hoc ꝓbat dupliciter Primo q̄ꝫtuꝫ ad h̄ ꝙ eſt ꝑuenire ad aliqꝺ cōmune. qꝛ definitio dať de aliq̊ ſm̄ quod ī vniuerſali cōſideratur et nō in ꝑticulari Secūdo probat idē q̄ꝫtum ad hoc ꝙ procedať a magis cōmunibꝫ ad minus cōmune. q̄a facilius eſt definire minus commune q̄ꝫ magis commune. q̄a minus cōmunia ſunt euidētiora ⁊ magis determinata. ideo in talibꝫ latent equiuocatiōes De primo exemplificat pħus vt medicus diffinit ſanum in communi. et nō ſanum in oculo De ſecūdo exemplificat vt facilius eſt videre quid ſit ſimile in minus cōmunibꝫ q̄ꝫ quid ſit ſimile ī vniuerſali. vt videre q̄d ſit acutū in magnitudinibus eſt facilius q̄ꝫ videre q̄d ſit acutum in vniuerſali.

¶ Dubitať ſecundo. De illo vitando quod ponit pħus circa iſtam artem. Ad dubium reſpondeť. ꝙ illud vitandū eſt tale ꝙ ſicut nō oportet per metaphoras diſputare itaqꝫ neqꝫ diffiniri. vt non debeo diffinire hominē dicendo ꝙ ſit arbor euerſa. Cuius ratio eſt. q̄a metaphora per ſimile declaratur. ſed non oportet ꝙ illud quod ē ſimile ſm̄ vnū. ſit ſimile ſm̄ om̄ia. ideo dꝛ cōmuniter ꝙ locus a ſimili ſepe claudicat.

Ad rationes. Ad primā dicitur ꝙ nō oportet om̄ia cognoſcere in ſpeciali ad cognoſcēduꝫ aliquid a q̊ om̄ia entia differūt. ſed ſufficit cognoſcere in generali Et in hoc decepti fuerūt antiqui oppoſitū credentes. q̄a neſciuerunt diſtinguere inter cognoſcere rem in vniuerſali et in particulari Ad ſecundā diciť ꝙ ſi diuidentia ſint oppoſita et immediata non oportet querere ꝯſenſum reſpondentis quia neceſſario illa euacuant totam poteſtatem diuiſi. Et ſemper accipiunť oppoſita imediata quādo capiunť prime differentie generis diuiſi. ſed ſi acciperentur prime differentie generis inferioris nō eſſent immediate reſpectu ſuperioris Ad tertiam diciť ꝙ iſta via iprobata eſt ſuperius. nō qꝛ ſit inutilis. ad venandū ip̄m. quod quid eſt modo iā dicto ſed quia nō eſt vtilis ad demonſtrandū ipſum quod quid eſt. de eo cuius eſt in eo cuius eſt.

Ut habeamus aūt propoſita eligere oportet deciſiones et diuiſiones. Sic autē eligere ſubiectū genus cōmune omniū cōſimiliū. vt ſi animalia ſunt que cōſiderantur qualia om̄i animali inſunt. Acceptis autē his reliquorū om̄i qualia inherent. vt ſi hic ē auis qualia inhereāt om̄i aui. ⁊ ſic ſemper proximo. Manifeſtū em̄ et quoniā habebimus iam dicere propter q̄d inſunt inherētia his q̄ ſunt ſub ꝯmuni. vt propter quid homini aut equo inſunt. ſit āt animal in quo a. b. aūt inherentia omni animali. in q̄bus autē ſunt c. d. e. ſunt q̄dam animalia. manifeſtum igitur ē propter quid eſt. b. in d. ꝑpter a. em̄ ſimiliter ⁊ in alijs et ſemꝑ in alijs deorſum eadem ratōne Nunc q̄dem igitur ſm̄ ea que aſſignātur communia nomina dicimus Oportet autē nō hoc ſolum cōſiderare. ſed et ſi aliud aliquod accipiť cōmune accipiētes ſi aliquibꝫ hoc inhereat ⁊ qualia hoc ſequantur vt cornua habētia habere ventres latos nō vtrobiqꝫ dentes eſſe. Iterū cornua habere q̄dam ſeq̄tur manifeſtū em̄ ē ꝓpter quid eſt in illis eſt quod dicitur ꝓpter id q̊d ſint ꝙ cornua habēt. Amplius alius modus eſt ſm̄ analogum eligere vnū idē nō eſt accipere quod oportet vocare ſepion et ſpinā ⁊ os. ſunt aūt q̄ ſequūtur et hec tanq̄ꝫ natura vna huiuſmodi exiſtent. Eadeꝫ aūt propoſita ſunt que q̄dem idem medium habēt Amplius vt q̊niā omnia cōtrarij ſtatus. horū autē q̄dam genere ſunt eadem q̄cunqꝫ habent differentias ex quo aliorum aut aliter ſunt. vt propter q̄d echon aut propter q̄d forma apparet. ⁊ propter q̊d iris. om̄ia em̄ hoc vnū propoſitum ſunt genere. omnia em̄ repercuſſio ſunt. ſed ſpecie altera Alia autē ex eo ꝙ medium q̄dem ſub alterū differūt propoſitoꝝ vt propter q̄d nilus finiente mēſe magis fluit. propter id ꝙ vernior ē finis menſis. propter q̄d aūt ē vernior finis menſis. propter id ꝙ luna deficit. hec q̄dem primū ſic ſe habent ad inuicem

De cauſa autem et cuius ē cauſa dubitabit aliquis. nunq̄d ⁊ cum cauſatum eſt ⁊ cauſa eſt. vt ſi folio fluunt aūt deficit luna. ⁊ cauſa deficiēdi ⁊ folia cadēdi erūt. vt ſi huius ē lata habere folia. deficiēdi autem terram eſſe in medio. Si em̄ nō alia aliqua erit cauſa ipſorum ſiue cum cauſa ſit ſimul et cauſatuꝫ ē. vt ſi in medio eſt terra deficit. aut ſi latum folium eſt folia fluunt: ſi aūt ſic eſt ſimul itaqꝫ erunt Et ſi demōſtrentur per altera. ſit em̄ folium fluere in quo a. latum aūt folium in quo b. vitis vero in quo eſt c: ſi autē in b eſt a. om̄e em̄ latum folium folio fluit. in c. autem b. omnis vitis eſt habēs latum folium. in c igitur a. omnis em̄ vitis folio fluit. cauſa aūt eſt. b medium Sed quoniaꝫ latis folijs vitis ſit ē propter id qꝺ folio fluit demonſtrare. Sit enim d quidem latum folium e autē folio quidē fluere. vitis vero in quo ꝫ. in ꝫ. igitur eſt e. quod eſt folio fluit. omnis em̄ vitis in e. aut d omne. om̄e em̄ fluens folio latum habēs eſt foliū. om̄is em̄ itaqꝫ vitis latum habēs eſt foliū cā aūt ē falio fluere Si autē nō ꝯtingit cās eſſe ad inuicē. cauſa ei ꝑus ē eo cuius ē cauſa. Et deficiēdi quidem cauſa ē ter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ram eſſe in medio non eſt cauſa deficere. Si igiť quidē ꝑ cām eſt demõſtratio ꝓpter quid eſt ſi vero nõ ꝑ cām ipſius. quia qm̄ in medio ē cognouit ꝓpter quid aūt non. Et aūt nõ deficere cauſa ſit in medio eſſe. ſed hoc deficiēdi cā manifeſtum eſt. In rõne em̄ deficiendi ē quod ē in medio quare manifeſtū eſt ꝙ per hoc illud cognoſcitur. ſed nõ hoc ꝑ illud Aut ꝯtingit vni⁹ plures cauſas eſſe. ⁊ nãqꝫ ſi eſt idem de primis pluribꝫ ꝑdicari: ſit a. in b. ꝑmo eſſe. ⁊ in .c. alio primo. et hoc ſit in d. ⁊ c. in e. c vtiqꝫ a. in d. et e cauſa aūt eſt in d. quidē b. in e. autē c. quare cuꝫ cauſa ſit neceē eſt rem eſſe. ſed res cuꝫ ſit nõ neceē eſt quidē ꝙ ſit cā cām quidē neceē ē eſſe. nõ tamē omnem Aut ſi ſꝑ eſt vl'e propoſitū ⁊ cauſa ꝗdem totum eſt. et cuius eſt cauſa vniuerſaliter vt folio fluere in toto quodā determinatū eſt. ⁊ ſi ſpēs ipſius ſint ⁊ vl'r igiť aut plantis: aut huiuſmodi plantis. quare mediuꝫ equale oportet eē in his ⁊ cuius ē cauſa ⁊ cõuerti. vt ꝓpter ꝗd arbores folio fluunt. Si ergo ꝓpter dēſitatem humidi ſui folio fluit arbori oportet eē denſitatem. ſi vero dēſitas eſt non in qualibet. ſed in arbore folio fluente Utrū aūt contingit nõ eādem cauſam eiuſdē in oībus eſſe. ſed alterā aut non. Aut ſiquidē ꝑ ſe demõſtretur aut non. ſed ſm ſignū aut accidēs nõ poteſt autē eſſe. ratio em̄ vltimi mediū. ſi vero nõ ſic eſt cõtingit.

Eſt aūt et cuius cauſam in quo cõſiderare ſm accidēs. nõ tamē videnť ꝓpoſita eē. ſi aūt non ſimiliter ſe habebit mediū ſiquidem equiuocū. et equiuocū medium ē. ſi vero ſicut in genere ſit ſimiliter ſe habebit. vt propter quid cõmutabiliter ē analogum. Alia em̄ ē cauſa in numeris et in lineis ⁊ eadē. inꝗtum autē linea eſt nõ eadē eſt. inquātum autē habēs augmēta huius eadē ſicut in oībꝫ Simile aūt eē colorē colori et figurā figure aliā cām eē. equiuocum em̄ eſt ſil'e in oībus hoc quidem ē fortaſſis ſm analogiaꝫ habere latera equalia ⁊ equales angulos. In coloribus aūt vnū ſenſum eē aut aliquod aliud huiuſmodi: ſm autē analogiā eiuſdē ſunt ⁊ medium ſe habet ſm analogiam Habet aūt ſic conſequi cauſam ad inuicē et cuius ē cauſa ⁊ in quo eſt cauſa. Unūquodqꝫ quidē accipienti et cuius eſt cauſa. ⁊ cauſa in plus eſt. vt in quatuor equales qui ſunt extra in plus ſunt ꝙ̄ in triangulis aut quadrangulis. in omnibꝫ autem et in equalibus. queciīqꝫ em̄ quatuor rectis equales que ſunt extra ⁊ mediaꝫ ſimiliter eſt. eſt autem medium ratio primi termini ex quo oēs ſcientie ſunt per definitiones: vt folio fluere ſimiliter ſequitur vitem et excellit ficum. ſed non omnia ſed equalium eſt. Si vero accipiat aliquis primum medium ratio fluendi folium eſt erit enim primū quidem quod in altera mediū quoniam huius ſunt omīa. ſit huius medium quoniam ſuccus denſatur aut aliquid huiuſmodi. Quid autem eſt folio fluere denſari in cõtactum ſeminis ſuccum. In figuris autem ſic aſſignabit querentibus cõſecutionem eſſe ⁊ cuius eſt cauſa. Sit em̄ a. quidem in b: omni b autem in vnoquoqꝫ eorū que ſunt d. b. quidem vniuerſaliter vtiqꝫ in ipſis erit. d. Hoc autem dico vniuerſale quod non conuertitur. omnia aūt conuertunť et exceduntur. In ipſis igitur eſſe cauſa ipſius a. b. eſt. oportet itaqꝫ a in plus ꝙ̄ b. extendi. ſi vero nõ. quid magis erit cauſa hoc illius. Si ergo in omnibus e. eſt a. erit aliquod vnum. illa omīa aliud a. b. ſi em̄ nõ quomodo erit dicere. quoniam in quo eſt e. ſit a. omni. in quo autem a non omni ſit e. propter quod em̄ erit aliqua cauſa. vt a. ſit in omībus e ſi itaqꝫ que ſunt d. erūt. aliquod vnum conſiderari oportet et ſit c. Contingit igitur et plures cauſas eſſe eiuſdem. ſed nõ eiuſdem ſpecie. vt longe vite eſſe quadrupedia cauſa eſt non habere coleram. volatilia autem ſicca eſſe aut aliqua alia Si autē in athomo nõ ſtatim veniunt non ſolū vnū medium eſt. ſed plura ⁊ cauſe plures ſunt. et qualis eſt cauſa mediorum. que ad vniuerſale prima eſt. aut que ad ſingulare ſingulariſſimū Manifeſtū igitur eſt magis ꝓpriſſime vnicuiqꝫ prima eſt cauſa. primū ꝗdem ſub vniuerſali eſſe hec ē cauſa. vt in d. quod eſt c. ipſius: b. cauſa eſt. in d quidem igitur eſſe c. cauſa eſt ipſius a. in c. aūt a. b. in hoc autem eadē eſt. De ſyllogiſmo et demonſtratione quid vnūquodqꝫ ſit ⁊ quomodo ſit manifeſtum eſt. Similiter autem et de ſcientia demonſtratiua idē enim eſt.

Queritur. Utrū plurium queſtionū propoſitarū poſſit eſſe vnum medium propter quid Arguiť ꝙ non. quia demonſtratio procedit ex proprijs. ſed non poteſt eſſe eadem cauſa propria plurium queſtionū igiť plurium queſtionū non poteſt eſſe idem medium. Secundo Plurium rerum non eſt eadem definitio. ſed definitio eſt medium ꝓpter quid. igitur pluriū queſtionum propoſitarum nõ poteſt eſſe idem mediū Tertio vnius cõcluſionis nõ poſſunt eſſe plura media. qꝛ demõſtrationes non augentur per diuerſa media. ergo a ſimili pluriū ꝗſtionū non poteſt eſſe idem mediū In oppoſitum eſt phus in textu

¶ Sciendum primo. Et poſtꝙ̄ phs oſtendit modum inueniendi qđ quid eſt Conſequenter tradit artem inueſtigandi ꝓpter quid. eo ꝙ ars inueniendi vtrūqꝫ ſimul eſt. qꝛ in eodem ſubiecto ꝯueniunt ꝗd ⁊ ꝓpter ꝗd Unde docet tribꝫ modis inuenire ꝓpter ꝗd. Uno modo reſoluendo ad aliquod ꝯmune vniuocū innominatū Secūdo modo reſoluendo paſſiones ad aliquod ꝯmune vniuocum ⁊ innominatū Tercio modo reſoluendo ad aliqđ ꝯmune analogū qđ eſt vnū tm̄ ſm ꝓportionem

¶ Sciendū ſecūdo: Et ad inueniendū ꝓpter quid circa ſingula genera problematum per primuꝫ modum. oportet ꝯſiderare diuiſiones ⁊ ſubdiuiſiões. ⁊ ſic ad ſingula procedere diſputando ſuppoſito cõmuni genere. vt ſi aliquis velit oſtendere ꝓpter ꝗd aliꝗd ꝯueniat aliquibus animalibꝫ oportꝫ ꝑmo accipere illa que ꝯueniūt omi animali. ⁊ ſecūdo per diuiſionem oportꝫ accipere illa que ꝯſequūtur ad aliquod ꝯmune ſub animali ꝯtentum. puta ad auem vel aliquid aliud. ꝑmo accipiendo magis cõmune ſicut fit inueſtigando qđ quid eſt. Et ſic ꝓcedendo vel nihil omittendo inuenimus ꝓpter ꝗd aliqua inſunt inferioribꝫ ꝯtentis ſub aliquo ꝯmuni. Exemplum eſt. vt ſi velimus ſcire ꝓpter ꝗd homini ⁊ equo inſunt ſomn⁹ ⁊ vigilia oportet accipe genus eoꝝ ſcꝫ animal. qꝛ hoc eſt propter ꝗd homini ⁊ equo inſunt ſomnus ⁊ vigilia. Et qꝛ illud animali in genere ꝯuenit. ideo nulli particulariū cõuenit ꝑmo Et rõ documenti eſt. ſcꝫ quare oportꝫ inueſtigare ꝯmune ſubiectum. vt habeať ꝓpter ꝗd paſſionis Quia ſubiectum eſt cauſa ſue paſſionis. ideo ſi velimus inueſtigare cauſam ꝓprie paſſionis ꝓpter quam ineſt aliquibꝫ inferioribꝫ. oportꝫ accipe aliꝗd ꝯmune quod eſt ꝓprium ſubiectum illius paſſionis. Sed per ſecūdum modū quando illud ꝯmune ſubiectum eſt innominatū oportꝫ ꝯſiderare ad que ſeꝗtur illud ꝯmune. ⁊ que ſequūtur ad ipſum. ꝗa illud eſt cauſa ꝓpter quid eorum que ſequūtur ad ipſum. Sicut omni animali habenti duo cornua ꝯuenit habere duos ventres ꝓpter neceſſitatem ruminationis. Et etiaꝫ ꝯuenit non habere dentes in ſuperiori mandibula. qꝛ materia dentium ꝯuertitur in cornua. ⁊ tamen ꝯmune ſub ꝗ ꝯtinentur animalia habentia huiuſmodi paſſiones quod eſt proprium ſubiectum illarum ⁊ quod eſt propter quid iſtorum effectuuꝫ non eſt nobis nominatū. Sed illud circūloquimur per ſuū genus quod eſt animal cum quodaꝫ ſigno. quod non eſt cauſa eſſendi illorum effectuum. licet ſit cauſa inferendi ⁊ cognoſcendi. ſcꝫ habere cornua. Et ſic capimus hoc totum animal habens cornua pro ſubiecto illarum paſſionū. Sed ſm tercium modum quandoqꝫ fit reſolutio ad aliquod ꝯmune analogū. ſicut ſepion quod eſt quidam neruus ſuſtentans molliciem carnis in ſerpētibꝫ ⁊ vermibꝫ. ⁊ ſpina in piſcibꝫ. ⁊ os in animalibꝫ ſe habēt in quadam analogia. ⁊ ad iſta ſequūtur aliqui effectus. vt cooperiri carnibꝫ ⁊ cute. ⁊ illi effectus poſſunt reſolui ad illud ꝯmune qđ dꝛ analogice de iſtis tribꝫ

¶ Concluſio prima. Aliqua ſunt problemata eadeꝫ genere ⁊ diuerſa ſpecie. que propter hꝰ habent idem medium ſm hoc genus. ⁊ diuerſum ſm ſpeciem. Probatur ꝯcluſio per exemplum textus. quia ſi queratur ꝓpter quid fit ſonus echon. ⁊ propter ꝗd apparet ymago in ſpeculo. aut propter quid apparet iris Ad qualibet reſpondetur ꝙ eſt propter reflexionem vel propter repercuſſionem. Et ſic aſſignatur idem medium ſm genus. ſed variatur in ſpecie. Quia ſonus echon fit propter repercuſſionem aeris moti a corpore ſonante ad aliquod corpus concauū. Imago fit ex reflexione ſpecierum viſibilium a ſpeculo Sed iris apparet ꝓpter reflexionem radiorum ſolis ꝗ repercutiūtur a nube aquoſa. Quandoqꝫ vero aliqua problemata ſunt ſibi inuicem ſubordinata. ⁊ etiā ſe habēt ad inuicem ſubordinate. vt ſi queratur propter quid nilus paradiſi fluuius in fine menſis lunaris magis inundat. Reſpondetur. quia finis menſis ſemper magis eſt pluuialis Et iterum queritur quare finis menſis eſt magis pluuialis. Dicitur ꝙ hoc ē quia tūc deficit luna ꝗ dominiū habet ſuper humores. ⁊ deficiente lumine eius magis ꝯmouentur humores vñ generať pluuia Et ſic pꝫ ꝙ vnū iſtoꝝ mediorum eſt ſub alio.

Concluſio ſecūda et reſponſalis ad queſitū

Plurium queſtionum ſm ſpeciē que tamen ſunt vna ſm genus bene eſt vnum mediū propter quid ſm genus. plura tamen ſm ſpeciem. Probatur cõcluſio. quia vt habeť ſecūdo phyſicorum. Proprie cauſe correſpondet proprius effectus ⁊ econtra. ſcꝫ effectui per ſe cauſa per ſe. Effectui per accidens cauſa per accidens. Effectui vniuerſali cauſa vniuerſalis. Effectui vniuoco cauſa vniuoca. ⁊ ſic de alijs. Et ſi effectus ſint ſubordinati cauſe erūt ſubordinate. Igitur plurium queſtionum. diuerſarum in ſpecie que ſunt vna ſm genus. eſt vnum mediuꝫ ſm genus Et ſi queſtiones querant aliquid vnum ſm analogiam habent vnum medium ſm analogiam. Et ſi queſtiones querant vnū ſm accidens. mediū eſt vnū ſm accñs.

¶ Dubitatur primo cum textu. Utrum ad exiſtētiam cauſe ſequatur exiſtentia effect⁹ ⁊ econtra De quo dat phus duo exempla. Primum eſt de cauſa que non eſt ſemper ſimul cum effectu. vt arborem habere lata folia eſt cauſa ꝙ folia fluant. Aliud exemplum eſt de cauſa que ſimul tempore eſt cum ſuo effectu. vt interpoſitio terre ⁊ defectus lune. Et arguitur ꝙ ſic. ex ratione cauſe ⁊ cauſati. Nam aliquid dicitur cauſatū. quia habet cauſam et aliquid dicitur cauſa. quia habet effectum. ergo poſita cauſa ſequitur aliud. et ſic cauſa ⁊ effectus per ſeinuicem demonſtratur. Sed que per ſeinuicem demonſtranť ſeinuicem conſequūtur. Ne tamen credatur ꝙ ſit ideꝫ genus demonſtrationis cum demonſtratur effectus per cauſam ⁊ cauſa per effectum. Dicit phus ꝙ demonſtratio per cauſam eſt propter quid. alia vero quia eſt. Sꝫ vt ſciamus ꝙ illorum que per ſeinuicem demonſtrantur ſit cauſa. Dicit phus. ꝙ illud quod eſt de definitione alterius eſt cauſa eius ⁊ nõ ecõtra. vt interpoſitio terre eſt cauſa eclipſis. Tunc reſpondet philoſophus ad dubium Primo ꝙ ad exiſtentiam cauſe per ſe ⁊ in actu ſequitur exiſtentia effectus. Secūdo ꝙ ad exiſtentiam effectus habētis plures cauſas per ſe ſequitur exiſtentia cauſe. non tamen determinate vnius vel alterius. quia effectus a pluribꝫ cauſis dependet. Exemplum phi eſt. vt eſſe vituperabile quandoqꝫ cauſatur ex ſuperhabūdantia quia aliꝗs eſt ſuperabūdanter audax. ⁊ quandoqꝫ ex defectu. quia ē nimis timidus. Ideo nõ ſequitur. iſte ē vituperabilis. igitur eſt nimis audax. ſed bene ſequitur capiendo ambas cauſas diſtinguendo ꝙ ſuperabūdat vel deficit Dicit ter

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cio ꝙ ſi accipiatur cā ⁊ effectus in vniuerſali ad cām ſemper ſequitur effectus. ⁊ ecōuerſo loquēdo de cauſa per ſe adequata effectui. vt ſi ꝯparetur vituperabile eſſe non ad cauſas vituperabiles. ſed ad vicioſum eſſe eſt ſubiectum vniuerſale. cuiꝰ definitio eſt ꝓpria cauſa adequata. ſcꝫ agere preter rōnem rectam. Similiter ſi hoc qđ eſt folia fluere ꝯparetur ad vitem vel ad ficū excedit vtrūqꝫ. ſed ſi ꝯparetur ad arborē habentem lata folia eſt ſubiectū adequatuꝫ qꝛ eſt adequata cā illius effectus. qꝛ om̄is talis arbor habet humidum deſiccabile ⁊ ꝯdenſabile. ⁊ ſic pt̄ ſuccꝰ eiꝰ ꝯdenſari ꝯtactu folioꝝ ad ramum Et hec eſt ꝓpria cauſa huius quod eſt folia fluere

¶Dubitatur ſecūdo: Utrum ad vnitatem effectus ſequatur vnitas cauſe ⁊ ecōtra Ad dubiū reſpōdet phs diſtinguendo ꝙ aliquid poteſt aſſignari alicui vt cauſa dupliciter. Uno modo capiendo cauſam per ſe ⁊ ꝯpletā et ſic demonſtratiue ꝯcludendo effectum Secūdo modo accipiendo aliquod accidens vel ſignuꝫ. ⁊ tunc ſi aſſignatur cauſa ꝯpleta ipſius effectꝰ eſt tm̄ vna cauſa. Probat phs quia medium per ſe demonſtrationis eſt cauſa pmi termini. vt dixit textus in vno loco ſuperiꝰ. ⁊ hic dr̄ ꝙ eſt ratio vltimi termini. ⁊ vbiqꝫ per hoc ſm̄ aliquos intelligit maiorem extremitatē. ſed vnius effectus eſt vnica definitio cōpleta. ergo eſt tm̄ vna cauſa per ſe ꝯpleta. Si vero pro cauſa accipiatur aliquod accidens vel ſignum. tūc vnius effectus poſſunt eſſe plures cauſe. quare ille effectus reperitur in diuerſis. Ut patꝫ in exemplo de vituperabili. qꝛ cauſa per ſe ꝙ aliquid ſit vituperabile eſt agere preter rectam rationem. ⁊ ſuperabūdare vel deficere ſunt ſigna illius cauſe. Et quis accidens nō ſit cauſa eſſendi. tamen poteſt eē cauſa cognoſcendi. Et circa hoc dicit phs ꝙ ꝓportionabiliter ſe habent cauſa. effectus. ⁊ medium ꝯſequens. ⁊ hoc oſtendit exemplariter in textu Ut ſi queratur de effectu q̄ analogice ꝯuenit multis. debet capi medium analogum. et ſic de alijs. ⁊ ſi effectus eſt vnus ſm̄ numerum ita cauſa eſt vna. Ex omnibꝫ q̄ dicta ſunt in tota doctrina analetica. tam in libro prioꝝ q̄ꝫ in hoc libro. patꝫ de ſyllogiſmo. ⁊ de demonſtratione quid ſint. Patꝫ etiam de ſcientia demonſtratiua. quomodo fiet in nobis ⁊ etiam de medio demonſtrationis. ⁊ ſolum reſtat videre de principijs demonſtrationis quō fiunt in nobis.

¶Ad rōnes ān oppoſitum. Due prime ſolute ſunt ex dictis Ad terciam dr̄. ꝙ vnius queſtionis tm̄ eſt vna cauſa per ſe ꝯpleta. ſed poſſunt eſſe plures cauſe per accn̄s vel incōplete. vt dictū eſt pꝰ.

Secūdus tractatus.

E pncipijs aūt quō fiunt cognita principia ⁊ quis eſt cognoſcens habitus hinc eſt manifeſtum dubitantibꝫ q̄dem pmū. Et q̄dem igitur nō contingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcentē pma pncipia immediata dictum eſt prius Immediatoꝝ aūt cognitionem vtrum eadem eſt aut nō eadem dubitabit vtiqꝫ aliquis. ⁊ vtruꝫ ſcientia vtriſqꝫ aut eſt aut non eſt. aut huius quidē ſcientia. illius vero alterum aliquod genus ſit. ⁊ vtrum cū non inſint habitus fiant: aut cū inſint lateant Si q̄dem igitur habemus ipſos incōueniens eſt. cōtingit aūt ⁊ certiſſimas habitas cognitiōes demonſtrantē latere Si aūt accepimus nō habētes pus itaqꝫ qualiter cognoſcimus ⁊ addiſcimus ex nō pexiſtenti cognitiōe. impoſſibile em̄ eſt ſicut in demonſtratōe diximus Manifeſtū igitur eſt qm̄ neqꝫ habere poſſibile eſt ignorantibꝫ. ⁊ neqꝫ non habentibꝫ habitū fieri. Neceſſe itaqꝫ habere eſt quādam quidem potentiam. huiuſmodi aūt non habere aut erit his honorabilior ſm̄ certitudinem: Uidetur aūt hoc ineſſe omnibꝫ animalibꝫ. habent aūt naturalē potentiam iudicatiuam quaꝫ vocamus ſenſuꝫ Cum aūt inſit ſenſus animalibꝫ: in his quidem animaliuꝫ manſio eſt ſenſibilis. in alijs autem nō fit. In quibuſcūqꝫ igitur nō fit aut omnino aut circa q̄ non fit non eſt in his cognitio vltra quam ſentiūt. In quibuſcūqꝫ aūt eſt ſentientibꝫ habere vnūquodqꝫ in anima Multis igitur factis hmōi iam differentia que dum fit quare in his quādam eſt fieri rōnem ex talium memoria. in alijs vo non Ex ſenſu fit memoria ſicut diximus: ex memoria aūt multotiēs facta experimentuꝫ. multe em̄ memorie experimētum eſt vnū numero. ⁊ experimento autē omni q̄eſcente in vniuerſali anima vno pter multa. qđ cum in omnibꝫ vnū ſit ⁊ idem illud eſt artis pncipiū ⁊ ſcie. Si q̄d circa generatōem artis ē ſi vo circa eſſe ſcie. neqꝫ igitur determinati habitus. Neqꝫ ab alijs habitibꝫ fiūt notioribꝫ. ſꝫ a ſenſu ⁊ in machine euerſione. vt vno em̄ ſtante alter ſtetit. poſtea alter q̄uſqꝫ in principiū veniat. Anima aūt cū hmōi ſit qualiter poſſit pati hoc qđ dictuꝫ eſt. Iterū dicamus. ſtante em̄ vno indifferentiū pmū q̄dem vniuerſale in anima eſt. Et nāqꝫ ſentire q̄dem ſingulare eſt: ſenſus aūt vniuerſalis eſt. vt hoīs non callie hoīs Iterū in his ſtatur ⁊ itur quouſqꝫ vtiqꝫ impartibilia ſtent ⁊ vniuerſalia. vt huius animalis q̄uſqꝫ animal. Et in hoc ſimiliter manifeſtuꝫ eſt qm̄ nobis pma inductione cognoſcere neccāriū eſt. ⁊ nāqꝫ ſic ſenſus vniuerſale facit. Quoniam autem circa intelligentiā habituuꝫ quibꝫ verum vel falſum dicimus. alij q̄dem ſemper veri ſunt. alij autē recipiūt falſitatem. vt opinio et rō. Ueri aūt ſunt ſemper ſcientia ⁊ intellectus. et nil eſt ſcientie certius aliud genus q̄ꝫ intellectus. pncipia demonſtrationum ſunt notiora

ſcientia aūt omnis cū rōne eſt. pncipioꝝ quidē ſcientia nō vtiqꝫ erit. Qm̄ autē nihil verius cōtingit eē ſcie q̄ꝫ intellectꝰ. Intellectus vtiqꝫ erit pncipioꝝ ex his ꝯſiderantibꝫ. ⁊ ꝙ q̄deꝫ demōſtrationis pncipium ſit nō demōſtratio quare neqꝫ ſcientie ſciētia eſt. ſi igitur nil aliud ſm̄ ſcientiam genus habemus verū. intellectus vtiqꝫ erit ſcientie pncipium. ⁊ pncipiū principijs: hoc aūt omne ſiliter ſe hꝫ ad oē genus rerū.

Queritur vtrum cognitio principiorū primorū demonſtratōnis inſit nobis a natura. Arguitur pmo ꝙ ſic rōne textus. qꝛ niſi ſic oporteret ꝙ qn̄qꝫ acquireremꝰ noticiam pncipioꝝ. ſed hoc eſt impoſſibile. qꝛ omnis doctrina ⁊ diſciplina fit ex pexiſtenti cognitōe. ſed nulla cognitio eſt certior ⁊ pōr cognitōe pncipioꝝ. ergo illa nō poteſt acquiri de nouo in nobis. ¶Secūdo ſic. ſicut ſe habet ſenſus circa ſenſibilia. ſic ſe hꝫ intellectus circa intelligibilia. ſed ſenſus naturaliter cognoſcit ſenſibilia. ergo intellectus intelligibilia. ſed pncipia īmediāta ſunt pma intelligibilia. ergo intellectꝰ naturaliter cognoſcit ipſa ¶Tercio ſic. ſi de nouo addiſceremꝰ pncipia ſequeretur ꝙ neſciremus diſtinguere inter pncipia ⁊ nō pncipia. ꝯſequēs eſt falſum. Et patꝫ ꝯſequentia. qꝛ cognitio vtroꝝūqꝫ fieret ex alio In oppoſitum eſt phus in textu.

¶Sciendum primo. Et poſtq̄ꝫ phs determinauit de cognitōe pncipij incomplexi demonſtratōis qđ eſt mediū. Conſequenter determinat de cognitiōe pncipioꝝ ꝯplexoꝝ demonſtratōnis. ꝓpter hoc ꝙ impoſſibile eſt acquirere notitiam alicuius per demonſtratiōem nō habita cognitōe pncipioꝝ. Et circa illaꝫ cognitōem mouet phus in textu tres queſtiones. Prima eſt. vtrū omniuꝫ pncipioꝝ immediatoꝝ ſit eadem cognitio vel nō. Secūda eſt. vtrū cognitio immediatoꝝ pncipioꝝ ſit ſciētia vel non. aut aliquorū ſit ſcientia ⁊ aliquoruꝫ non. Tercia eſt. vtrū habitus pncipiorū acquiratur in nobis de nouo. ſic ꝙ in nobis nō pfuerit vel ſemper pfuerit in nobis. ⁊ tamen nos ſemper lateat. Et circa hanc queſtionem arguit phs et pmo ꝯtra ſecūdam partem. qꝛ ſi ſic. demonſtrans haberet certiſſimas cognitōes latentes ipſum. Nec pt̄ dici ꝙ acquiratur de nouo. qꝛ nō pt̄ fieri ex pexiſtenti cognitōne Et hanc terciam queſtionē pmo ſoluit phus. eo ꝙ ex eiꝰ ſolutione alioꝝ ſolutio dependet

¶Sciendū ſecūdo: Et neceſſe eſt eſſe in nobis quādam potentiam cognoſcitiuā que pexiſtat cognitiōi pncipioꝝ immediatoꝝ. nō tm̄ oportꝫ illā eſſe honorabilioreꝫ quantū ad certitudinē cognitione pncipioꝝ. ⁊ hec potentia in nobis eſt ſenſus qui ꝯuenit omnibꝫ animalibꝫ. In hoc em̄ ꝯueniūt omnia aīalia ꝙ habent naturalem potentiam ad iudicandū de ſenſibilibꝫ que vocatur ſenſus. ⁊ ꝯſequūtur naturam aīalis. licet animaliuꝫ ſint multe differentie Nam animaliū quedā ſolū habent cognitōem ſenſitiuaꝫ dum ſenſibile eſt pſens actualiter. ⁊ nō manet in ipſis aliqua impreſſio ſenſibilis. ⁊ iſta ſunt imperfecta que nō mouētur motu progreſſiuo. vt ſunt conche teſtitudines oſtree. Alia ſunt in quibꝫ remanet impreſſio ſenſibilis. ⁊ hūt cognitionem nedū in pſentia ſed etiam in abſentia. ſenſibiliuꝫ et iſta pter ſenſus exteriores habent potentiā ſenſitiuam interiorem que dr̄ memoria. cuius eſt reſeruare ſpēs ſenſibilium in abſentia ipſoruꝫ. Et iſta aīalia ſunt adhuc duplicia. quedam em̄ pter memoriā habent rōnem per quam de his rōcinātur que remanent in memoria. Alia vero talem potentiam nō habent. ſed ſolas potentias ſenſitiuas ſicut animalia bruta Et ex iſto poſſunt haberi tres gradꝰ animaliū q̄ꝫtum ad cognitōem. Sed ad videndū qualiter fiat in nobis cognitio pncipioꝝ per illos gradus Dicit textus ꝙ in animalibꝫ habentibꝫ memoriā ex ſenſu fit memoria. ⁊ ex memoria multotiens facta in multis ſingularibꝫ eiuſdē nature fit experimentū. qꝛ experimentuꝫ nil aliud eſt q̄ꝫ collatio multoꝝ ſingulariū reſeruatoꝝ in memoria. Et ſic experimentū q̄ꝫtum ad ſui pfectiōem indiget aliqua rōcinatōe circa particularia per quam vnū alteri cōparatur. Ut cū aliquis recordatus fuerit ꝙ talis herba ſanauit multos a febre ꝯparando multas memorias inter ſe dr̄ eſſe experimentū. ſed ibi non ſiſtit rō ſcꝫ in experimēto particulariū. ſed ex multis particularibꝫ accipit vnum vniuerſale. qđ ꝯſeruatur in aīa abſqꝫ ꝯſideratiōe ſingulariū Et illud eſt pncipiū artis ⁊ ſcientie. Artis quādo eſt circa opabilia. Et ſcientie qn̄ eſt circa neceſſaria. Uerbi gratia. quādo medicus ꝯſiderat hanc herbā ſanaſſe ſortem a febre ⁊ platonem ⁊ multos alios habet experimentum. Cum aūt extendit ſuam cognitiōeꝫ dicendo ꝙ oīs talis herba ſm̄ ſpēm ſanat a febre accipit quādam regulaꝫ artis medicine que eſt quoddā vl̄e. Ex quibꝫ ptꝫ ꝙ ex ſenſu fit memoria. ⁊ ex memoria experimentū. ⁊ ex experimēto fit vniuerſale. ⁊ ex ꝯſequenti ars ⁊ ſcientia. Non tm̄ eſt intelligendū ꝙ illud ꝯmune vniuerſale quātum ad ſuum eſſe reale ſit extra ſingularia. ſed ſolum ſm̄ cognitōem intellectus. Et dr̄ vl̄e quieſcēs in aīa. qꝛ ꝯſideratur preter ſingularia in quibꝫ eſt motus

¶Concluſio prima. Habitus primorum pncipioꝝ immediatoꝝ nō fit in nobis ex alijs habitibus notioribꝫ. ſed acquiritur mediante ſenſu Probat phus pmo rōne. qꝛ in nobis ex ſenſu fit memoria. ⁊ ex memoria fit experimentū. ⁊ ex experimento acquiritur notitia primorum pncipioꝝ immediatoꝝ. que tm̄ eſt certior pcedentibꝫ cognitionibꝫ. ergo ꝯcluſio vera. Secundo ꝓbat per vnū ſimile qꝛ ſicut facta euerſione belli cuꝫ vnus immobiliter incipit ſtare nō fugiendo. alius ſibi adueniens poſtea ſtat. ⁊ deinde alter quouſqꝫ tot aggregantur quouſqꝫ faciūt pncipiū belli. ſic etiam in memoria ſeruatur vnū particulare. ad quod aliud aduenit. ⁊ iterum aliud quouſqꝫ poſſet accipi vnum vniuerſale pncipiū immediatū. Et ſi queratur qualiter illud ꝯmune quod ineſt ſingularibꝫ poſſit accipi mediante ſenſu. Reſpondet phus ꝙ ſentire ꝓprie ⁊ per ſe eſt circa aliquod particulare. ſed tamen in nobis ſenſus eſt quodam modo ipſius vl̄is. Cognoſcit em̄ ſenſus iam aliquo mō calliam. non inq̄ꝫtum eſt callias. ſed inq̄ꝫtum eſt hic homo et ſic ſenſus aliquo modo cognoſcit naturam vl̄em. licet per accidens ⁊ in particulari. Et ſi ſolū apprehenderetur particulare mediante ſenſu non apprehenderemus vl̄e. ⁊ ſm̄ iſtud virtus ſenſitiua in nobis excedit ſenſitiuam in animalibus brutis

¶Concluſio ſecūda Reſponſiua ad queſitum Noticia pncipiorum non ineſt nobis a natura ꝯplete ſiue nos lateat ſiue non. Probatur ꝯcluſio. qꝛ de nouo acquiritur in nobis mediante ſenſu. Nec poteſt dici ꝙ inſit nobis ⁊ lateat. qꝛ noticia pncipiorū eſt certior q̄ꝫ noticia con

cluſionis ꝑ demonſtratōem. ſed noticia ꝯclōnis non pōt haberi ⁊ latere hn̄tē. qꝛ vt dictū eſt in pmo Jlle ꝗ hꝫ ſciam ſcit illud qđ impoſſibile eſt aliter ſe habere. ergo cognitio pncipioꝝ non poteſt haberi ⁊ latere habentē. ⁊ ſic patꝫ ſolutio tercie queſtionis

Dubitatur primo. De ſolutione aliaꝝ q̄ſtionum duarū motarū in textu Ad dubiū reſpondeť ꝙ ꝓ illis queſtionibꝰ ponit textus illam ꝯcluſionē. videlꝫ ꝙ noticia pncipioꝝ imediatoꝝ eſt intellectus Probat phs dupl'r. Primo qꝛ circa intellectū ſunt tm̄ duo genera habituū ſe habentia circa verū. Quidam em̄ habitus ſemꝑ ſunt circa verū. alij circa falſum quādoqꝫ. vt pꝫ de opinione ⁊ rōcinatōe Sunt etiā aliꝗ erronei qui ſemꝑ ſunt circa falſum. Sed pncipia immediata ſunt maxime vera. ergo noticia coꝝ nō ꝑtinet ad habitus. qui ſemꝑ ſunt falſi. nec ad illos qui quādoqꝫ ſunt falſi. ſed ad illos qui ſemꝑ ſtꝫ veri. vt ſunt intellectus ⁊ ſcientia. Sed habitus pncipiorum eſt certioꝛ habitu ꝯcluſionis qui eſt ſcientia. ergo noticia pncipioꝝ nō debet dici ſcientia. Relinquitur ergo a ſufficienti diuiſione. ꝙ debet dici intellectus. Secūda rō. demonſtratio non eſt pncipium demonſtrationis. aliter eſſet proceſſus in infinitū. ergo neqꝫ ſcientia eſt pncipiū ſcientie. cū ergo noticia pmoꝝ pncipioꝝ ſit pncipiū ſciētie. ſequitur ꝙ non eſt ſcientia ſed intellectus

¶Dubitať ſecūdo: Utrum a ſufficienti diuiſione poſſit ꝯcludi ꝙ noticia pncipioꝝ ſit intellectꝰ niſi ſit ſcientia ¶ Et videť ꝙ non. qꝛ poteſt eſſe ſapientia ꝗ etiam eſt habitus ſemper circa verū exiſtens Ad dubiuꝫ reſpondetur ꝙ licet in ſexto ethicoꝝ fiat mentio de ſapientia. hic tn̄ nō loquiť phus de ea ſed ipſam ꝯprehēdit ſub ſcientia ⁊ intellectu. nam ipſa quodāmodo intellectū ⁊ ſcientiam ꝯprehendit. ⁊ hec de ſecūdo.

¶Ad rationes Ad primam dicitur. ꝙ ſoluitur ex dictis Ad ſecūdam dr̄ ꝙ in aliquo eſt ſimile. qꝛ ſicut ſenſibile eſt obiectū ſenſus. ita intelligibile intellectus ſed tamen in hoc eſt diſſimile qꝛ ſenſibilia ſm̄ ſuum eſſe naturale ſunt actu ſenſibilia. ſed intelligibilia ſm̄ ſuuꝫ eſſe naturale ſolum ſunt intelligibilia in potentia. ideo intellectus nō poteſt immediate acquirere cognitionē pmorum pncipioꝝ. niſi p̄cedat operatio ſenſus Ad terciaꝫ dr̄ ꝙ ſatis poſſumus dijudicare differentiā illoꝝ ex diuerſitate modi cognoſcendi pncipia ⁊ pncipiata. Et hec de queſtione ⁊ per ꝯſequens de toto ſecundo libro poſterioꝝ Areſtotelis

Finitur ſecūdus poſterioꝝ.

Sequitur primus Thopicoꝝ.

Propoſitū quidem negocij eſt methodum inuenire. a qua poterimus ſyllogiſare de omī ꝓblemate ex ꝓbabilibꝰ. ⁊ nos ipſi diſputatōem ſuſtinentes nihil dicemus repugnans Primū em̄ dicendū ꝗd eſt ſyllogiſmus. ⁊ ꝗ eius differētie. quatenus ſumatur dyalecticus ſyllogiſmus Hūc em̄ querimus ſm̄ ꝓpoſitū negotiū Eſt igiť ſyllogiſmꝰ oratio: in qua poſitis ꝗbuſdaꝫ aliꝗd aliud a poſitis ex nccītate accidit ꝑ ea ꝗ poſita ſunt Demonſtratio ergo eſt qn̄ ex veris ⁊ primis ſyllꝰs erit. aut ex talibꝰ ꝗ ꝑ aliqua pma ⁊ vera eius ꝗ circa ipſa ſunt cognitōis pncipiū ſumpſerunt Dialecticus aūt ſyllꝰs eſt ꝗ ex ꝓbabilibꝰ eſt ſyllogiſatus Sūt aūt vera ꝗdē ⁊ pma ꝗ non ꝑ alia ſꝫ ꝑ ſeipſa fidem habent. Nō oportꝫ aūt in diſciplinabilibꝰ inꝗrere pncipijs ꝓpter ꝗd. ſed vnūqđqꝫ pncipioꝝ ipſum eē fidē Probabilia aūt ſunt ꝗ vidētur om̄ibꝰ aut pluribꝰ aut ſapientibꝰ. ⁊ his vel om̄ibꝰ vel pluribꝰ vel maxime notis ⁊ p̄cipuis aut ꝓbabilibꝰ Litigioſus aūt eſt ſyllꝰs ꝗ ex his ꝗ videnť ꝓbabilia nō ſunt aūt. ⁊ ꝗ ex ꝓbabilibꝰ aut ex his ꝗ vidētur probabilia eſt apparens. Nō em̄ omne qđ videť ꝓbabile etiā eſt ꝓbabile. nihil ei eoruꝫ ꝗ videnť ꝓbabilia in ſupꝼicie habꝫ om̄ino fantaſiā velut circa litigioſaruꝫ orōnum diſputationuꝫ pncipia accidit ſe habere. ſtatim em̄ ⁊ ſepiꝰ eis etiā ꝗ ⁊ parua videre poſſunt manifeſta in his eſt falſitatis natura. ergo pmus ſiꝗdem eorū ꝗ dicti ſunt litigioſus ſyllꝰs eſt ſi ſyllꝰs dicatur reliquus ꝓo litigioſus ꝗdem ſyllꝰs. ſyllꝰs aūt nō eo ꝙ videť ſyllogiſari: nō tn̄ ſyllogiſať Amplius aūt p̄ter oēs ꝗ dicti ſunt ſyllꝰos ex his ꝗ ſunt circa aliquas diſciplinas: ꝯuenientia fiūt paralogiſmi. quēadmodū i geometria ē ⁊ huic cognatis accidet haberi. Videť aūt hic modus differre a p̄dictis ſyllꝰis. nāqꝫ neqꝫ ex primis ⁊ veris ſyllogiſat falſigraphus neqꝫ ex ꝓbabilibꝰ. nam in definitōeꝫ ꝓbabilis nō cadit neqꝫ em̄ ꝗ om̄ibꝰ vidētur ſumit. neqꝫ que pluribꝰ. neqꝫ ꝓbabilibꝰ neqꝫ ꝗ ſapientibꝰ ⁊ his neqꝫ om̄ibꝰ neqꝫ pluribꝰ neqꝫ ꝓbabilioribꝰ ⁊ p̄cipuis.

ſed ex ꝯuenientibꝰ ꝗdem diſcipline ſumptis Non ex veris aūt ſyllogiſmū facit. nā in eo ꝙ aut ſemicirculos deſcribit nō vt oportet aut lineas quas deducit nō vt ducēde ſunt paralogiſmū facit Species igitur ſyllogiſmorū vt figuraliť ſic ꝯpleti ſunt ꝗ dicte ſunt

Circa primū librū thopicorum

Querit̄ pmo. vtrū de ſyllogiſmo dyalectico ſit ſcientia tanqꝫ de ſubiecto attributōis huius libri Arguitur pmo ꝯtra pmū. qꝛ omnis ſcientia eſt neceſſarioꝝ et impoſſibiliū aliter ſe habere. ſed ſyllꝰs dyalecticus ꝓcedit ex probabilibꝰ que poſſunt aliter ſe habere. ergo de ipſo nō eſt ſcientia. ¶ Secūdo ſic. ſi de ſyllogiſmo dialectico eſſet ſcientia vel eſſet ſpeculatiua vel practica. Nō pꝫ pmū. qꝛ nō eſt de rebꝰ a natura cauſatis. nec pt̄ dici ſecūdū qꝛ hec ſcientia nō habet regulare actus volūtatis ¶ Tercio ſic. ꝯtra ſecūdū. qꝛ ſcientia debet denoīari a ſuo ſubiecto. ſed hec ſcīa non denominať a ſyllꝰo dialectico. ſed a loco dialectico. ergo locus eſt hic ſubiectū. ⁊ nō ſyllꝰs dialecticus. Jn oppoſitū arguiť autoritate Areſtotelis ⁊ expoſitorum eius in hoc libro.

¶Sciendū primo. ꝙ ſm̄ Boetiuꝫ in ſuo libro thopicoꝝ. tota noua logica diuidiť in duas partes. ſcꝫ in inuentiuam ⁊ reſolutoriā. reſolutoria traditur in libris pꝛiorum ⁊ poſterioꝝ. Jnuentiua vero traditur in hoc libro. et in libro elenchoꝝ. Unde in iſto libro eſt ꝓceſſus ex ꝯmunibꝰ ⁊ ꝓbabilibꝰ. que ꝗdem cōmunia ſunt cuilibet materie applicabilia. Et qꝛ inuentio ꝓcedit ex cōmunibꝰ ⁊ extraneis. ideo iſta pars logice ꝯuenienter dr̄ inuentiua. ⁊ hoc ſatis demonſtrat phus ꝑ hoc ꝙ in pncipio huius libri dt̄ inuenire qđ ſm̄ Albertū duo oſtendit Primū eſt ꝙ hec ſcientia eſt inuentiua. Secūdū eſt ꝙ iſtam ſcientiā nō habuit Areſtoteles ab alijs. ſed ipſam ꝓ maiori parte adinuenit. Poſtqꝫ igiť tradita eſt pars logice que reſolutoria dr̄ cōſequenter tradenda eſt illa que dr̄ inuentiua. Ex quo pꝫ ordo huius libri ad alios. Nam inter libros noue logice eſt tercius. Debet em̄ p̄cedere librū elenchoꝝ in quo agitur de ſyllogiſmo ſophiſtico. Et debet ſequi libruꝫ poſteriorum. in quo determinatur de ſyllogiſmo contracto ad materiam neceſſariam. ſcꝫ de ſyllogiſmo demonſtratiuo qui prioꝛ eſt ſyllogiſmo contracto ad materiam ꝓbabilem. qui eſt ſyllogiſmus dyalecticꝰ. de quo ſyllogiſmo dialectico eſt p̄ſens ſcientia. Que dicitur thopica. A thopos grece quod eſt locus latine ⁊ ycos ſcientia. quaſi ſcientia de locis. qꝛ conſiderat de locis dialecticis in quibꝰ ſyllogiſmi dialectici fundantur. ſicut corpus locatum firmatur et cōſeruať in ſuo loco naturali. Principaliter tamen ꝯſiderat hec ſcīa de ſyllogiſmo dialectico. ideo ſm̄ diuerſam cōſideratiōem eius iſte liber diuiditur per octo libros partiales Jn pma determinatur de ſyllogiſmo dialectico ſm̄ ſe et de pncipijs tam ꝯplexis qꝫ incomplexis. ꝯplexis vt ſunt problema ⁊ ꝓpoſitio. incomplexis. vt ſunt quatuor predicata Jn ſecūdo docetur terminare problema accidentis Jn tercio problema de annexo ipſius accidentis Jn quarto problema de genere ⁊ annexo eius. ſcꝫ differentia. Jn quinto problema de ꝓprio. Jn ſexto problema de definitōe. Jn ſeptimo problema de annexo ipſius definitionis quod eſt idem ⁊ diuerſum Jn octauo determinatur de ſyllogiſmo dialectico ꝓut ordinatur ad obuiationes exercitatōes ⁊ ad modos arguendi ⁊ notificandi

¶Sciendū ſecūdo: Et ſicut logica diuidiť ꝑ logicam vtentem ⁊ docentem. ita poteſt diuidi dialectica Nam quedam eſt dialectica docens in qua traditur ſciētia de ſyllogiſmo dialectico. que docet ipſum reſoluere in ſua pncipia ⁊ cauſas. ⁊ quo ad hoc iſta ſcientia eſt quodāmodo reſolutoria. et ſimiliter omnis alia ſcientia. qꝛ antequā habeamus ſcientiā de aliquo oportꝫ ipſum cognoſcere ſm̄ ſe ⁊ reſoluere in ſua pncipia ⁊ cauſas. Alia eſt dialectica vtens que dr̄ vſus ſyllogiſmi dialectici ꝓ quāto ſcꝫ habentes cognitōem ipſius ſyllogiſmi dialectici ipſum applicādo ad quālibet materiam. in qualibet arte poſſumus arguere ⁊ ſyllogiſare ex ꝯmunibꝰ ⁊ probabilibꝰ Et ſicut eadem logica diuerſimode dr̄ docens ⁊ vtens. ita ſimiliter dr̄ de dialectica. ⁊ ſicut logica docens eſt ſcientia ſpecialis et nō logica vtens. ita dr̄ de dialectica.

¶ Concluſio prima De ſyllogiſmo dialectico eſt ſcientia ſpēalis que dialectica dicitur ſiue thopica Prima pars patꝫ. qꝛ talis ſyllꝰs in vniuerſali ꝯſideratus habet pncipia ⁊ cauſas ⁊ ꝓprietates de ipſo demonſtrabiles Secūda pars patꝫ. qꝛ ſubiectum huius ſcientie eſt diſtinctum a ſubiectis aliarum ſcientiarū. ſed ſcientie ſecantur et diuidūtur ſicut res de quibꝰ ſunt. ergo ⁊c̄

Cōcluſio ſecūda. ſyllꝰs dialecticꝰ ē ſubiectū attributōis huius libri Probatur ꝯcluſio. qꝛ ſibi ꝯueniūt ꝯditiones ſubiecti attributionis per ꝯparatiōem ad hūc librū. ergo ꝯcluſio vera. Ex quo ſequitur ꝙ hec ſcientia eſt rōnalis. qꝛ ſyllꝰs dialecticus eſt ens rōnis. Et in formando hmōi ſyllogiſmū iſta ſcientia dirigit rōneꝫ noſtrā Ideo hec ſcientia eſt rōnalis. qꝛ eſt de ente rōnis. ⁊ etiam qꝛ eſt directiua rōnis noſtre in tercio eius actu.

¶Dubitatur primo. Quomodo incipit iſte liber a pho. Ad dubiū reſpondeť ꝙ in pncipio huius libri phs dt̄. ꝓpoſitum ꝗdem negocij eſt methodū inuenire. a qua poterimus ſyllogiſare de omni ꝓblemate. quaſi diceret phs ꝙ ꝓpoſitum huius negocij eſt inuenire methodum ad ſyllogiſandū ex ꝓbabilibꝰ ⁊ per ꝓpoſitum intelligitur intentum ſuū. Et per negotiū intelligitur operatio intellectualis. Et dr̄ negocij in obliquo ad demonſtrandum ꝙ tm̄ in vna parte huius libri docetur modus ſyllogiſandi ex probabilibꝰ. ſcꝫ in octauo in quo determinatur de modo exercitandi. Jdeo ad denotandū illaꝫ participationem ponitur ille genitiuus negocij qui participationem importat. Sed methodus vt dt̄ Albertus vno modo capitur ꝓprie. ⁊ ſic dr̄ via breuis ⁊ vtilis obliquitates declinans. ⁊ faciliter ducens ad terminū. ⁊ illo modo nō capitur hic. Sed capitur ſimilitudinarie ⁊ tranſumptiue. qꝛ dialectica eſt quedam ars breuis ⁊ vtilis ꝑ quam habemꝰ poteſtatē ad ꝓmpte ſyllogiſādū ex ꝓbabilibꝰ de vnoquoqꝫ ꝓpoſito. Et qūuis hec ars ſit ſatis longa. tn̄ ꝑ ꝯparatōem ad ea ꝗ in ipſa tradūtur dr̄ breuis

Dubitatur ſecūdo. Quare Areſtoteles fecit libros diſtinctos de locis dyalecticis ⁊ de rhetoricis. et tn̄ Boetius in eodem libro determinat de ipſis Ad dubiū reſpondeť ꝙ cauſa eſt. qꝛ phus ꝯſiderat locos dialecticos ⁊ rhetoricos ſm̄ vſum eoꝝ. ⁊ qꝛ iſti loci dialectici diuerſimode ſe habent ad vſum ⁊ differunt in vſu eoꝝ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

ideo pħus determinat de ipſis in diuerſis libꝛis. Sꝫ boetius ꝯſiderat ipſos ſm ſuam ſubſtantiam. ⁊ nō ſm vſuꝫ eoꝛum. Et quia iſti loci ſm ſubſtātiam parum differunt. Boetius in eodem libꝛo determinat de ipſis Et ideo nō facit dyalecticam diſtinctam a rhetoꝛica Ubi notandum ꝙ loci dyalectici ⁊ rhetoꝛici ſm ꝙ ad materiam applicantur plures habent differētias Loci eñ rhetoꝛici applicantur ad actus particulares ⁊ operationes hominuꝫ vtputa ad perſuadendum de aliquo particulari. ideo rhetoꝛes vt in pluribꝫ vtuntur enthimemate ⁊ exemplo. Sꝫ loci dialectici applicātur ad aguendum pꝛobabiliter de q̄libet pꝛopoſito ⁊ ad generandum opinionem. ideo dialectici vt in pluribꝫ vtūtur ſyllo ⁊ inductione

¶Ad rationes Ad pꝛimam dicitur. ꝙ ſyllogiſmus dialecticus ſm ſuum vſum pꝛocedit ex communibus ⁊ pꝛobabilibꝫ. ⁊ ſm hoc de eo nō eſt ſcia. Si autem conſideretur in ſe ⁊ abſolute. ſic habet pꝛopꝛia pꝛincipia ⁊ cauſas ⁊ pꝛopꝛietates de ipſo demonſtrabiles. et ħ modo de ipſo eſt ſcientia. Unde licet aliquid ſm ſe conſideratū ⁊ in particulari ſit ꝯtingens ⁊ variabile. tamen in vniuerſali ⁊ in oꝛdine ad aliud nō eſt incōueniens ꝙ trahat quandam neceſſitatem ⁊ immobilitatem ¶Ad ſecundam dicitur ꝙ dialectica ſm quid eſt pꝛactica ⁊ ſimpliciter eſt ſpeculatiua. ſicut dictum eſt in ṗncipio de tota logica. Nec ſcientia ſpeculatiua eſt tantūmodo de rebꝫ a natura cauſatis. ſed hoc ſolum eſt verum de ſpeculatiua reali. ⁊ non de ſermocinali ¶Ad terciam dꝛ. ꝙ nō opoꝛtet ſemper ſcientiam denominari a ſuo ſubiecto. ſed quādoqꝫ denominaꝛ ab agente. quandoqꝫ a nomine diſcipuli cui liber ſcribiꝛ. quādoqꝫ ab aliqua parte ſubiectiua vel ab aliqua ꝓpꝛietate. vel a ṗncipijs ipius. ⁊ pn̄s denoiatio huius ſcie ſumiꝛ a ṗncipio effectiuo

Uniuerſaliter autē dicendum de omnibus p̄dictis ⁊ de his que poſtea ſunt dicēda in tantum nobis determinetur. eo ꝙ de nullo eoꝛuꝫ ſubtilem ratōem aſſignare appetimus. ſed aliquantulum de his figuraliter volumus ꝑtranſire omnino ſufficiens arbitrantes ſm ꝓpoſitam methodū poſſe cognoſcere quomodo vnū quodqꝫ eoꝛum. Sequens aūt erit ex his que p̄dicta ſunt dicere ad quot ⁊ ad que vtile ſit hoc negotium

Queritur. vtrum ſyllogiſmus bene diuidatur in ſyllogiſmū dyalecticū. demonſtratiuū. litigioſum. et falſigraphum. ¶Arguiꝛ ṗmo ꝙ non. qꝛ aliquis eſt ſyllogiſmus qui non ponitur in iſta diuiſione. ſcꝫ tentatiuus. g̊ diuiſio eſt inſufficiens ¶Secūdo ſic. diuiſum debet verificari de omnibꝫ membꝛis diuidentibꝫ. ſed ſyllogiſmus nō nō verificatur de ſyllogiſmo litigioſo peccante in foꝛma. ergo ⁊c̄. ¶Tercio ſic. ſyllogiſmꝰ falſigraphus coincidit cū ſyllogiſmo demonſtratiuo ergo diuiſio eſt inſufficiens In oppoſitum eſt pħus in textu.

¶Sciēduꝫ pꝛimo. ꝙ poſtq̄ꝫ philoſophꝰ in generali ꝓpoſuit materiā de qua tractare intendit Hic ꝯſequenter eam manifeſtat in ſpeciali oſtendendo ꝙ ſyllogiſmus dialecticꝰ eſt illud de quo pꝛincipaliter hic cōſideratur. Et ideo ad cognoſcendum differentiam eius ab alijs ſyllogiſmis enumerātuꝛ alie ſpēs ſyllogiſmi Et ad cognoſcendum ſuū genus ſcꝫ ſyllogiſmū in ꝯmuni reſumit pħus definitōem ſyllogiſmi dicens. ꝙ ſyllogiſmꝰ eſt oꝛatio in qua quibuſdam poſitis aliud q̇dem ex neceſſitate accidit per ea que poſita ſunt. Unde patꝫ ꝙ pħus in hoc paſſu nō intendit pꝛincipaliter determinare de ſyllogiſmo ſimpliciter nec demonſtratiuo. ſed ſolum minus pꝛincipaliter vt faciunt ad complete cognoſcendum ſyllogiſmum dialecticum. Ideo non opoꝛtet ad pꝛeſens inueſtigare omnia que ſyllogiſmo ſimpliciter conueniunt. Similiter dicendū eſt de demonſtratiuo. ſed ſufficit ponere definitiones eoꝛum. Et definitur ſic ſyllogiſmus demonſtratiuus in textu. Syllogiſmus demonſtratiuꝰ eſt qui ē ex ṗmis veris ⁊ immediatis. aut ex talibꝫ que per aliqua pꝛima ⁊ vera pꝛincipium ſue cognitionis ſumpſerūt Et q̄uis in libꝛo poſterioꝛum multe alie particule ponātur que hic non ponūtur. tamen iſta definitio ad pꝛopoſitum eſt ſufficiens Et ponuntur due particule eius ad cōpꝛehendendum diuerſos modos demonſtrationis. Naꝫ quedā eſt demonſtratio ꝓpter qd̄ ⁊ potiſſima que ꝓcedit ex pꝛemiſſis indemonſtrabilibꝫ. ⁊ talis pꝛocedit ex pꝛimis veris. Alia vero eſt non potiſſima ⁊ quia eſt. que pꝛocedit ex pꝛemiſſis demonſtrabilibꝫ. vel ex ṗncipijs demonſtrabilibꝫ per alia pꝛincipia. ⁊ pꝛopter ipſaꝫ ponitur. aut ex talibus ⁊c̄. Et ad notificandum pꝛimam particulam oſtēdit philoſophus que ſunt ṗma vera dicens. ꝙ pꝛima vera ſunt que non per alia ſed per ſeipſa fidem habent. talia autem ſunt pꝛopoſitiones immediate in quibꝫ non cadit medium inter pꝛedicatum ⁊ ſubiectum. que ſtatim intelligūtur appꝛehenſis ſuis terminis. Ideo per ſeipſa fideꝫ habent Et ſic patꝫ quid ſit ſyllogiſmus demonſtratiuus Sed ſylls dialecticus eſt qui ex pꝛobabilibus eſt ſyllogiſatus. Et ponitur ſyllogiſatus. non quia ſyllogiſmus ſm ſuam ſubſtantiam denominatiue de ipſo pꝛedicetur. ſed ſolum ſm aliquam pꝛopꝛietatem. Nam pꝛopꝛium eſt ſyllogiſmo dialectico ex pꝛobabilibus pꝛocedere. ſicut nos dicimus ꝙ homo eſt animatus pꝛopter ſcꝫ aliquam operationem vel pꝛopꝛietatem. Et poſſet hec definitio ſic ꝓbari. quia omnis ſyllogiſmus generatiuus opinionis ꝓcedit ex pꝛobabilibus. ſed ſyllogiſmus dialecticus eſt huiuſmodi. ergo pꝛocedit ex pꝛobabilibus. Et quia in huiuſmodi definitione ponitur pꝛobabile. Ideo ne definitio pꝛocedat per ignota. ſubiungit philoſophus definitionem ꝓbabilis dicens Pꝛobabile eſt quod apparet omnibus. pluribus aut ſapientibus. ⁊ his omnibus vel pluribus vel maxime notis. Et ponuntur diuerſe particule in hac definitione pꝛobabilis. ad denotandum diuiſioneꝫ pꝛobabilis. Nam quoddam eſt pꝛobabile notum ſecundum ſenſum quod apparet omnibus. Aliud eſt pꝛobabile quod aliquo modo accedit ad cognitionem intellectiuam. et tale apparet pluribus. Aliud eſt quod apparet ſolum ſapientibus. Et tale ſubdiuiditur. quia vel tale ꝓbabile apparet intellectui reflexo ad ſenſum. vt ſunt phyſicalia. Et pꝛopter ipm̄ ponitur quarta particula. ſcilꝫ et his omnibus. Uel apparet intellectui reflexo ad ymaginationeꝫ. Et pꝛopter ipſum ponitur illa particula. vel pluribus. Uel apparet intellectui noſtro reflexo ad ſenſum vel ymaginationem. ſed ſolum ſm ſimplicem operationē eius. ⁊ pꝛopter ipſum ponitur vltima particula. ſcꝫ maxime notis. Uel dici p̄t ꝙ ille tres vltime particule ponūtur ꝓpter triplicē gradū ſapiētū. qꝛ qn̄qꝫ in eadē ſcia ⁊ qn̄qꝫ in pluribꝫ regitur ſapiens vnus magis alio

Sciendum ſecundo. ꝙ ſyllogiſmus litigioſus eſt qui ex his q̄ vidētur eſſe ꝓbabilia ⁊ non ſunt ſyllogiſat. ⁊ qui ex ꝓbabilibꝫ ⁊ his q̄ videnꝛ ꝓbabilia ē apparens Et in hac definitōne ponitur ſyllogiſmus litigioſus triplex Pꝛimus peccat in materia tm̄ qui ex apparētibꝫ ſyllogiſat. Scd̄s in foꝛma tm̄ qui eſt ex vere ꝓbabilibꝫ quo ad materiam. ⁊ apparēs quo ad foꝛmam. Tertius peccat in materia ⁊ in foꝛma ſimul q̇ ex apparētibꝫ q̄ videntur ꝓbabilia ē apparēs. Exemplū de pꝛimo. vt oīs ſtatua eſt naturalis. ymago herculis ē ſtatua igitur eſt naturalis. Maioꝛ videtur ꝓbabilis virtute huius ſyllogiſmi peccantis in foꝛma oīne es eſt naturale. ſtatua ē es. igitur ſtatua eſt naturalis. ⁊ iſte ē peccans in foꝛma tm̄. Exēplū de tertio. vt oīs homo eſt aīal. nullum riſibile eſt homo. igitur nullum riſibile eſt aīal iſte ſolum ē apparēter ſyllogiſmus. qꝛ minoꝛe negatiua in pꝛima figura nihil ſequitur ⁊ eſt ex apparēter ꝓbabilibꝫ. q̇a minoꝛ videtur eſſe ꝓbabilis ꝑ hoc ꝙ nullum accidēs eſt homo. Et de pꝛimo iſtoꝝ ſyllogiſmoꝝ dicitur in textu ꝙ eſt ſyllogiſmus ſcꝫ rōne foꝛme. ⁊ litigioſus ſcꝫ rōe materie. Sꝫ de ſecūdo ⁊ tertio ṗncipaliter dꝛ ꝙ ē litigioſus ſed nō ſyllogiſmus qꝛ peccat in foꝛma ſyllogiſmi. Syllogiſmus aūt falſigraphus peccat ꝯtra demōſtratiū. ſicut litigioſus contra dyalecticum. ⁊ differt ab oībꝫ alijs. Pꝛimo a demōſtratiuo qꝛ nec ꝓcedit ex pꝛimis nec ex veris. Et a dialectico. q̇a nō pꝛocedit ex ꝓbabilibꝫ A litigioſo aūt differt qꝛ nō ꝓcedit ex cōibꝫ. Et definiꝛ ſic ſillogiſmus falſigraphus. Eſt q̇ ex cōuenientibus alicui diſcipline ſyllogiſat. non tamen ex veris Uel ſic. ſyllogiſmꝰ falſigraphus eſt qui ex ꝓpꝛijs pꝛincipijs alicuius doctrine male intellectis ſyllogiſat. vt arguendo ſic. oēs linee ducte ab eodem puncto in idē punctum ſunt equales. ſed coꝛda et arcus ſunt linee ducte ab vno puncto in idē punctum. igitur ſunt equales. Iſte ſyllogiſmus eſt falſigraphus. quia maioꝛ male intelligitur. Nam debet ſolū intelligi de lineis ductis ꝑ idem mediuꝫ quod nō ſeruatur in coꝛda ⁊ arcu. Uel ſic. oīs linea ducta de vna ꝑte circulari in aliam cauſat ſemicirculum. ſꝫ linea eſt huiuſmodi demōſtrando lineā q̄ nō tranſit per centrū. igiꝛ facit ſemicirculū. Maioꝛ ſolū habet veritatem de linea ꝓcedente a punctis maxime diſtātibus in circulo ⁊ trāſeunte per centrum

¶Cōcluſio ṗma: Diuiſio pꝛedicta ſyllogiſmi eſt ſufficiēs. Pꝛobatur diuiſio. q̇a oīs ſyllogiſmꝰ eſt in aliqua materia. Uel igitur eſt in materia nēcāria vel ꝓbabili. ſi pꝛimū hoc eſt dupliciter. vel pꝛocedit ex veris et ſic eſt demōſtratiuus. vel ex falſis et ſic ē falſigraphus Si ſcd̄m ħ eſt dupliciꝛ. vel ex vere ꝓbabilibus. vl' ex apparēter ꝓbabilibꝫ. ſi ṗmū ſic ē dialecticꝰ. ſi ſecūdū ſic ē litigioſus. Et ꝑ ħ ꝑtꝫ q̇liter iſti ſylli differūt ex ꝑte materie. Differūt tamē ex ꝑte foꝛme. q̇a foꝛma ſyllogiſmi demonſtratiui ē neceſſitas non ſolum cōſequētie. ſꝫ etiam cōſequentis que dicitur neceſſitas rei pꝛopter habitudinem cauſe ad effectum. aut effectus ad cauſam. Sꝫ foꝛma dyalectici eſt pꝛobabilitas conſequētis ex antecedente. Et foꝛma litigioſi ē apparēs pꝛobabilitas Differūt etiam ex parte finis. quia finis demonſtratiui eſt generatio ſcientie. finis dyalectici eſt opinio. finis autem ſophiſtici eſt apparens ſapientia. et finis falſigraphi eſt ignoꝛātia loquendo de fine operationis. quia quantum ad finem intētionis finis eius eſt ſcientia

¶Concluſio ſecunda. Pꝛedicta diuiſio eſt diuiſio analogi in ſua analogata. vel ſubiecti in accidentia. et non diuiſio generis in ſpecies. Pꝛima pars patet. quia ſyllogiſmus pꝛius dicitur de demonſtratiuo q̄ꝫ de dyalectico. et vltimo dicitur de litigioſo et falſigrapho qui ſolum ſunt obliquitates veroꝛum ſyllogiſmoꝛum. Et hoc poteſt oſtendi tam ex parte materie q̄ꝫ ex parte foꝛme ꝙ ſcꝫ ſe habent iſti ſyllogiſmi ſm pꝛius et poſterius. Secunda pars pꝛobatur. quia ſyllogiſmus non eſt genus ad iſtos ſyllogiſmos. Nam nullum genus per differentias materiales deſcendit ad ſuas ſpecies quia genus diuiditur in ſpecies per differentias foꝛmales. ſed ſyllogiſmus non deſcendit ad iſtos ſyllogiſmos per differētias foꝛmales. ſed magis materiales. igitur pꝛedicta diuiſio non eſt generis in ſpecies. Licet tamem iſte differentie non ſint foꝛmales reſpectu ſyllogiſmi contracti. tamē ſunt foꝛmales ſyllogiſmo dyalectico. vel demonſtratiuo. Nam demonſtratiuus ſm ſuam foꝛmalem rationem differt a dyalectico per hoc ꝙ contrahitur ad materiam neceſſariam.

¶Dubitatur pꝛimo Quare in pꝛima parte huius pꝛohemij phyloſophus vocat ſyllogiſmos differentias. et in recapitulando vocat ipſos ſpecies.

Et videtur ꝙ male vocat ipſos ſpecies. quia vt ſtatim dictum eſt ſyllogiſmus non eſt genus ad iſtos ſyllogiſmos. igitur iſti non ſunt ſpecies ſyllogiſmi. Ad dubium reſpondetur ꝙ in pꝛincipio phyloſophus enumerat iſtos ſyllogiſmos. vt videatur q̄uo abinuicem differunt. Ideo appellat ip̄as differentias. ſed recapitulat vt habeatur memoꝛia de ipſis. ⁊ in memoꝛia retineantur ſm ꝙ habent modos ſpecierum in oꝛdine ad ſuam rationem completam Et cū diciꝛ ꝙ ſunt ſpecies capiꝛ ſpecies ꝓ illo quod habet modū ſpeciei

Dubitatur ſecundo. Utrum ſyllogiſmus peccans in materia ſit ſyllogiſmus. et vtrum ſyllogiſmus litigioſus peccet contra ſyllogiſmum ſimpliciter. vel contra ſyllogiſmum dyalecticum. Ad dubium reſpondetur. pꝛimo ꝙ duplex eſt materia ſyllogiſmi quedam eſt materia ſimpliciter que duplex eſt. vt patet in libꝛo pꝛioꝛum. Et ſyllogiſmus peccans in tali materia non eſt bonus. Alia eſt materia ſyllogiſmi ad pꝛopoſitum que dicitur pꝛobabilitas vel neceſſitas. ⁊ ſyllogiſmus peccans in tali materia bene eſt ſyllogiſmus ſimpliciter. ſed non eſt demonſtratiuus vel dyalecticus Dicitur ſecundo ꝙ ſyllogiſmus dyalecticus poteſt vno modo conſiderare inq̄ꝫum eſt ſyllogiſmus. ⁊ ſic contra eum peccat ſyllogiſmus litigioſus peccans in foꝛma tantum et peccans in vtroqꝫ. Alio modo poteſt conſiderari inquātum eſt dyalecticus. et ſic contra ipſum peccat ſyllogiſmus litigioſus peccans in materia et etiam peccās in vtroqꝫ.

Ad rōes. Ad pꝛimā dicitur. ꝙ ſyllogiſmus temptatiuus compꝛehēditur ſub dyalectico. quia ſicut dyalecticus eſt ex pꝛobabilibus. ita temptatiuus ex pꝛobabilibus reſpondenti pꝛocedit. Ad ſecundam dicitur. ꝙ in diuiſione analogi diuiſum non verificatur ſimpliciter de quolibet membꝛo. ſed complete et perfecte verificatur de pꝛimo et incomplete de alijs. Ideo ſyllogiſmus peccans in foꝛma tantū non debet dici ſyllogiſmꝰ ſimpliciter. ſed ſyllogiſmus apparens.

Ad tertiam dr ꝙ patet ſolutio ex dictis.

Eſt aũt ad tria. ad exercitatões. ad obuiationes. et ad ſm philoſophiã diſciplinas Quoniã ergo ad exercitatõnem eſt vtile ex his manifeſtuꝫ. Methodũ eñ͂ habentes facile de propoſito argumẽtari poterimus Ad obuiatõem vero eo ꝙ annumerantes multoꝝ opiniones nõ ex extraneis ſed ex proprijs doctrinis ſermocionabimur ad eos tranſmutantes ꝗcq̇d non videtur nobis bñ dicere. Ad ſm auteꝫ philoſophiã diſciplinas quoniaꝫ potentes ad vtrãqꝫ dubitare facile ĩ ſingulis ſpeculabimur et falſum. Amplius aũt ad principia eorũ q̃ ſunt circa vnãquãqꝫ diſciplinã. nam ex ꝯuenientibus ſm ꝓpoſitam diſciplinam principijs impoſſibile eſt aliqđ dicere de his. eo ꝙ ꝓma ꝓncipia oĩm ſunt. per ea vero que ſunt circa ſingula ꝓbabilia neceſſe eſt de eis pertranſire. hoc ãt ꝓprium vel maxime conueniens eſt dialectice Cũ eñ͂ ſit inquiſitiua ad oĩm methodorũ ꝓncipia viam habet Habemus aũt ꝑfecte methodum quãdo ſimiliter habemus vt in rhetorica et medicina ⁊ hmõi potentijs. hoc aũt ex ꝯtingẽtibus facere que appetimus neqꝫ eñ͂ rhetor oĩno perſuadebit. neqꝫ eñ͂ medicus oĩno ſanabit. ſed ſi ex ꝯtingentibꝰ nihil omiſerit ſufficiẽter eũ dicemus habere diſciplinam.

¶ Querit᷑. Utrũ dyalectica ſit vtilis ad exercitatões ⁊ obuiatõnes ⁊ ad ſecũdũ phiam diſciplinas

Arguit᷑ primo ꝙ non. q2 aliquis põt exercitari ĩ medicina vel rethorica vel in aliqua alia ſciẽtia ſine eo ꝙ habeat dyalecticã. igit᷑ dialetica nõ eſt vtilis ad exercitationes. Et cõfirmatur q2 iſta ſcia ꝑficit᷑ ꝑ exercitationẽ. ſed idẽ nõ ꝑficit ſeipm. igit᷑ hec ſcia nõ eſt vtilis ad exercitatõnes. Scdo per demõſtratõem poſſumus obuiare poſitõibꝰ falſis. ꝑfectius ⁊ cõuenientius q̃ꝫ per iſtã ſcientiam. ſed fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora. igitur hec ſcientia non eſt vtilis ad obuiatõnem.

Tertio. ꝑ inſtrumentum dialectice quod eſt ſyllogiſmus dyalecticus nõ generatur ſcientia. ſed opinio. ⁊ ſciẽtia ſolũmodo acquiritur ꝑ demonſtrationem. igitur dialectica non eſt vtilis ad ſm phiam diſciplinas. cuꝫ diſciplina nominet ſcientiam. In oppoſitum eſt phyloſophus in textu.

Sciendum primo. ꝙ poſtq̃ꝫ phus noĩauit materiã de qua tractare intendit. ſcꝫ ſyllogiſmũ dialecticum. et oſtendit modũ procedendi quo intendit de ipſo determinare. quia intendit procedere non nimis ſubtiliter ſed figuraliter per ratõnes communes. Hic conſequẽter oſtendit vtilitatem huius ſciẽtie que ſumitur ex ꝑte finis probando ꝙ hec ſcientia valet ad exercitatões obuiationes et ſm phiam diſciplinas. Et q̃uis ordine executionis prius tradat dialecticam ꝓut valet ad ſm phyloſophiam diſciplinas. ſcꝫ in ſeptem primis libris. et in octauo inq̃ꝫtum valet ad obuiatões et exercitatões conſiderando ordinem generationis Tamen prius enumerat exercitatõnes q2 ipſa eſt prior ſm ordinem intentionis et perfectionis. et agit hic phyloſophus de fine extrinſeco dyalectice. In omni eñ͂ ſcientia duplex eſt finis ſcꝫ intrinſecus q̇ eſt tm̃ vnus. et ille eſt cõpleta cognitio ſubiecti attributõnis ſcientie ſm ſeipſuꝫ ꝑtes et proprietates eius. vt in iſta ſcientia inq̃ꝫtum eſt docens finis eſt cognitio ſyllogiſmi dyalectici ſed inq̃ꝫtum eſt vtens finis eius eſt arguere ꝓbabiliter. ⁊ ex cõibus in qualibet ſcientia. et hoc fit per ſyllogiſmũ dialecticũ vt eſt inſtrumentum dialectice vtentis et iſte finis eſt extrinſecus. Et poteſt eſſe multiplex in aliqua ſcientia. ideo ſm hoc dicitur ꝙ hec ſcientia eſt vtilis ad tria prenũerata. Et ratio quare hec ſcientia quantum ad ſuum vſum procedit ex cõmunibus eſt iſta. quia ſyllogiſmus dyalecticus ex probabilibus eſt ſyllogiſatus. Modo ꝓbabilia ſunt cõmunia et nõ propria alicui ſcientie

Sciendum ſecũdo. ꝙ exercitatio eſt quedã aſſuefactio ꝑ quã acq̇ritur promptitudo q̃daꝫ ad aliq̇d faciliter agendum. et ideo aliquis dicit᷑ exercitari in aliqua ſcientia per hoc ꝙ promptus eſt ad inquirendũ de his que ad ſcientiam ꝑtinẽt. Nam per talem inquiſitionem efficitur promptus ad cognoſcendum quid ſit verum ⁊ quid eſt falſum in tali ſciẽtia. Sed obuiare vt h̄ ſumitur eſt prompte reſiſtere poſitioni reſpondẽtis per argumentationes probabiles. ⁊ ſic nos obuiamus in qualibet ſcientia. quando per argumentationem probabilem contradicimus illi contra quem arguimus ⁊ oſtẽdimus dictum ſuum nõ eſſe benedictum ſiue poſitio ſit vera ſiue falſa. q2 iſta ſcientia habet viam ad vtrãqꝫ partem contradictionis. Per diſciplinas autem ſm philoſophiam debemus intelligere omnẽ ſcientiam. ⁊ ſic capitur hic phyloſophia cõmuniter. ꝓut eſt cõprehenſio veritatis cuiuſlibet ammirabilis per certitudineꝫ et cauſas ſm modum quo poſſibile eſt comprehendere ex principijs eius quod ammiratur. Et non capitur hic phyloſophia ſpecialiter ꝓ phyloſophia reali et ſpeculatiua que diuiditur in phiſicam. mathematicam. ⁊ metaphiſicam.

Cõcluſio prima. dyalectica eſt vtilis ad exercitatões ⁊ obuiatões Prima pars patet. quia illa ſcientia per quaꝫ poſſumus faciliter argumentari ad quodlibet propoſitum. valet ad exercitatões. ſed dyalectica eſt hmõi. quia vt dicit phus nos hatẽtes iſtã methodum poſſumus faciliter argumẽtari de oĩ propoſito. igit᷑ ⁊c. Scda pars patet. quia illa ſcientia per quam poſſumus ꝯtradicere reſpondenti valet ad obuiatões ſed per dialecticaꝫ poſſumus cõtradicere reſpõdenti improbãdo illud quod nõ videtur bñ dictũ. igit᷑ ⁊c.

Concluſio ſecunda Dyalectica eſt vtilis ad ſm phyloſophiã diſciplinas. ꝓbat phus dupliciter. q̇a per dyalecticam poſſumus dubitare ad vtramqꝫ ꝑtem contradictionis. et faciliter ſpeculari quid verum quid falſum. ⁊ iſte eſt modus conueniens ad acq̇rendũ ſciam quia dubitatio de vtraqꝫ parte cõtradictionis diſponit intellectum ad videndum veritatem vnius partis eius. Secundo ſic probatur. illa ſcientia per quam poſſumus inquirere de principijs omniũ ſciẽtiaꝝ. ⁊ ipſa probare et ſtabilire valet ad ſm phiam diſciplinas. ſed dyalectica

eſt hmõi quia cum ipſa ſit inquiſitiua ꝑ cõmunes habitudines ad oĩm methodorũ principia viam habet. igitur dyalectica eſt vtilis ad ſm phiam diſciplinas. Et licet ꝓncipia ſcientiarũ nõ poſſint ꝓbari ex principijs demõſtratiue. ꝓpter q̇d in illa ſcientia in qua ſunt principia q̇a in illa ſcientia nihil eſt ſuis principijs notius. Tamẽ ipa notificari poſſunt ꝑ aliqua cõia et probabilia ex quibus procedit ſyllogiſmus dialecticus.

Dubitat᷑ primo. Utrũ hec ſcientia ſit vtilior ſcientia demõſtratiua. Ad dubiũ reſpõdetur ꝙ ſciẽtia demonſtratiua ſimpliciter eſt vtilior. q2 valet immediate ad acquirendũ ſcientiam que eſt immediatꝰ finis ipſius demõſtratõnis Et dyaletica valet ad acq̇rẽdum opinionẽ que vtilitatẽ et bonitatẽ accipit inq̃ꝫtum eſt quedã diſpõ valens ad ſcientiã ꝑfectam Tamẽ q̃ꝫtũ ad hoc ꝙ eſt obuiare cuilibet ꝓpõni cõiter arguendo ad vtrãqꝫ ꝑtem ꝯtradictõnis et quãtũ ad hoc ꝙ eſt valere tam ad principia q̃ꝫ ad ꝯcluſiones ſcientiarũ dyalectica poteſt dici vtilior extenſiue.

¶ Dubitat᷑ ſecundo. Utrũ ad ꝑfecte habendũ dyaleticã. req̇ratur ꝙ aliquis ſemꝑ poſſit generare opinionẽ ꝑ exercitatõem Ad dubiũ reſpõdet᷑ ſm phm ꝙ nõ. Qđ ſic ꝓbat. q2 ſicut eſt in rethorica ⁊ medicina ita eſt in dyalectica. ſed nõ requirit᷑ ꝙ rethor ſemꝑ ꝑſuadeat ad ꝑfecte habendũ rethoricã. Nec ad medicinã requiritur ꝙ ſemꝑ cauſet ſanitatẽ. ſed ſufficit ꝙ ſciat oĩa requiſita ad actũ medicandi. ⁊ ꝙ nihil omittat Igit᷑ ad ꝑfecte habẽdum dialecticã non requiritur ꝙ aliquis ſemꝑ poſſit generare opinionẽ. Unde ſicut medicus põt tripliciter ipediri ne cauſet ſanitatem ſcꝫ ꝓpter debilitateꝫ virtutis infirmi. ꝓpter inobedientiam et propter indiſpõnem loci vl᷑ tꝑis. Sic ſilr̃ dyalecticus poteſt tripliciter impediri. ſcꝫ propter difficultatem materie propter proteruitatem reſpondẽtis ſibi negantis que poſſunt valere ad ꝓpoſitum. et ꝓpter breuitatem tꝑis que nõ ꝑmittit ipm facere deductõnem.

Ad rões. Ad primã. dr ꝙ a natura ineſt nobis quedam virtus diſcurrendi per quam poſſumus ratiocinari ſine dyalectica artificioſa Que poteſt dici logica naturalis. id eſt abilitas naturalis ad ea que ꝑ logicam acquiruntur. Tamen ad hoc ꝙ aliquis debeat ꝑfecte arguere ⁊ perfecte exercitari in aliqua ſcientia oportet ipm habere dialecticam. Ad cõfirmationem dicit᷑ ꝙ ſcientia acquiritur ꝑ aliquã exercitatõnem ꝑticularem. ſed tm̃ valet ad cognoſcendũ exercitatõem in vniuerſali ⁊ modos ipſius. Ad ſecũdam dicitur ꝙ licet per demonſtratõnem poſſet fieri exercitatio demonſtratiua circa ꝑtem veram tm̃ et circa concluſiones. Tamẽ non poteſt fieri ad vtrãqꝫ ꝑtem cõtradictõnis neqꝫ circa principia ſicut fit per iſtam ſcientiam. Ideo ſm aliquẽ moduꝫ hec ſcientia eſt vtilior ad exercitationem q̃ꝫ ſcientia demonſtratiua. vt dictum eſt. Ad tertiam dicitur ꝙ per ſyllogiſmũ dyalecticum non generatur ĩmediate ſcientia ſꝫ ſolum opinio. Tamẽ quia ꝑ vſum eius nos venimus in cognitionem principiorum ⁊ per principia in cognitionem concluſionum ſm illum modum cauſatur ſcientia. ideo ſyllogiſmus dialecticus iſto modo confert ad generationem ſcientie. Etiam per hoc ꝙ opinio et dubitatio diſponunt ad cognitionem completam que eſt ſcientia.

¶ Tractatus ſecundus.

Primũ ergo cõſiderandũ ex quibus eſt methodus. Si aũt ſumpſerimꝰ ad quot ⁊ que ⁊ ex quibus oratiões et quõ his abundemus habemus ſufficienter propoſitum Sunt aũt nũero equalia et eadẽ et ex quibus orationes. ⁊ de quibus fiunt ſyllogiſmi. Sunt autẽ orationes ex propoſitionibꝰ de quibus ãt ſunt ſyllogiſmi problemata ſunt. oĩs aũt propoſitio ⁊ oĩe problema aut proprium aut genus aut accidẽs indicat Etẽ differentia cum eſt generalis. cum genere ordinanda eſt Quoniã aũt propriũ hoc quidem quid eſt eſſe ſignificat. illud autem non. Diuidatur proprium in vtraſqꝫ diſcretas partes. et vocetur quideꝫ illud (quod q̇d eſt eẽ ſignificat) terminus. Reliquum vero ſm communem de ipſis aſſignatã noĩationẽ nuncupetur propriũ Palam ergo ex his que dicta ſunt propter q̇d ſm preſentem diuiſionem quatuor omnia accidet fieri aut propriũ aut terminũ aut genꝰ aut accidẽs. Nemo aũt nos opinetur dicere ꝙ vnũquodqꝫ horum per ſe dictum ꝓpoſitio vel problema eſt. ſed quoniã ab his ⁊ problemata et ꝓpões fiunt Differunt autem problema et propõ hoc modo. Si eñ͂ dicitur. putaſne animal greſſibile bipes ẽ definitio hominis. ⁊ putaſne aĩal ẽ genus hominis. propõ fit. Si eñ͂ vtrũ aĩal greſſibile bipes definitio ẽ hominis vel nõ. problema fit. ſimiliter autẽ ⁊ in alijs Quare autem equalia numero merito problemata et propoſitões ſunt. nam ab oĩ ꝓpõe ꝓblema facies tranſſumpto modo.

Queritur. Utrũ tm̃ ſint quatuor predicata dyalectica Arguitur primo ꝙ nõ. q2 quinqꝫ ſunt ꝑdicabilia. igitur ſunt quinqꝫ predicata. Tenet conſequẽtia. quia predicatum et predicabile nõ drñt niſi ſm potentiam ⁊ actum. Et confirmatur. q2 ſpẽs predicat᷑ de ſeipa. et etiam de proprio. igitur eſt predicatum. ⁊ ꝑ conſequẽs ſunt quinqꝫ predicata. Secũdo. phs in textu enũerat tm̃ tria ꝑdicata dicẽs oĩs ꝓpoſitio ⁊ oĩe ꝓblema aut ꝓpriũ aut genus aut accñs indicat. igit᷑ non ſunt niſi tria ꝑdicata Tertio definitio nõ poteſt ꝑdicari in ꝓpõne dyalectica. igitur nõ eſt predicatũ. Añs patet. q2 ꝓpõ dyalectica debet habere vnicum predicatum. ſed in definitione ſunt duo predicata. ſcꝫ genus et differentia. igitur In oppoſitũ eſt phs in textu.

Sciẽdũ ꝓmo: ꝙ poſtq̃ꝫ phyloſophus poſuit intentionẽ ſuã in h̄ libro ꝓponendo materiã de qua tractare intendit et modum procedendi eius. ⁊ eius vtilitates. hic ꝯſequenter incipit determinare de ſyllogiſmo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dyalectico. et primo determinat de principijs eius. videlicet de predicatis. de ꝓpõe. et de ꝓblematibꝫ q̃ fiunt ex predicatis. Et primo determinat de ipſis p̄dicatis in generali. ⁊ ſecundo in ſp̄ali. vñ in generali compa ꝓpoſitões ⁊ ꝓblemata adinuicem quantũ ad equalitatem et iſta equalitas nõ põt ſciri niſi cognoſcat̃ nũerus p̄dicatoꝝ et vt ptinet ad ꝓpoſitũ p̄dicatũ ſic definit̃ Predicatũ eſt terminus predicabilis in ꝓpõne terminabili ꝑ artem dialecticã nõ reducibilis ad aliq̇d prius eo ſm eaſdem ꝯſideratões Per hoc ꝙ dr̃ nõ reducibilis ad aliquid prius eo excluditur dr̃ña generalis. Excludũtur etiam annexa alioꝝ p̄dicatoꝝ q̃ reducũtur ad predicata principalia. Et ꝑ hoc ꝙ dicit̃ in ꝓpõne terminabili ꝑ artem dialecticã excludit̃ ſpẽs q̃ licet de pluribꝫ predicet̃ q2 tñ illa ſunt indiuidua que nõ cadũt ſub arte et ſciẽtia ideo talis ꝓpõ nõ ẽ terminabil̃ ꝑ artẽ dialecticã. Ex iſta definitõne ſequit̃ ꝙ nõ dicitur predicatũ ſolũ q2 actu p̄dicet̃ in ꝓpõne dialetica. ſed etiam q2 poteſt p̄dicari Ex quo vlterius ſequitur ꝙ p̄dicatũ et predicabile nõ ſolũ differũt penes aptitudinẽ et actũ. imo etiã ſic differunt. quia predicabilia diſtinguunt̃ penes diuerſos mõs predicandi de ſuis inferioribꝫ in quid vl̃ in quale. ſiue illa inferiora cadãt ſub arte ſiue nõ. Sed p̄dicata diſtinguunt̃ penes diuerſos modos inherendi ſuis ſubiectis de quibus ꝑ artẽ dialecticam oſtendi poſſunt.

Sciendum ſecũdo. ꝙ vt dicit̃ in textu. oĩs ꝓpoſitio et oẽ ꝓblema ꝓpriũ aut genus aut accidẽs indicat. Et licet dr̃ña generalis poſſit terminari dyalectice de aliquo ſubiecto. tamẽ cũ genere collocãda eſt. ideo nõ eſt predicatũ diſtinctũ a genere Sed propriũ vt dr̃ phs diuidit̃. q2 quoddã eſt qđ indicat eẽ rei. et tale dr̃ terminus ſeu definitio. Aliud eſt ꝓpriũ q đ nõ indicat eſſe rei et tale ſibi retinet cõe nomẽ ꝓprij. Non tñ eſt intelligendum ꝙ aliqđ iſtorũ predicatoꝝ ꝑ ſe ſumptũ ſit ꝓblema vel ꝓpõ cum predicata ſint termini incõplexi Sed problemata ⁊ ꝓpõnes fiunt ex iſtis. et querũt de inherẽtia alicuius iſtorum his notatis ponit̃

Cõcluſio prima et reſponſiua ad queſitum tantũ ſunt quatuor predicata. ſcꝫ definitio. propriũ. genus. et accidens. Probat̃ concluſio inductiue. q2 oĩs ꝓpoſitio vel ꝓblema. aut eſt de genere aut de ꝓprio. aut de accñte ſed ex oĩbus predicatis fiũt propõnes et problemata. igitur ſunt tm̃ q̃tuor predicata Secũdo ꝓbat̃ ꝑ ſufficientiã. q2 oĩe predicatũ ineſt ſubiecto de q̊ predicat̃. aut igit̃ ineſt cõuertibiliter aut non. Si primũ hoc eſt dupliciter. aut indicat q̇d eſt eſſe ſubiecti et ſic eſt terminus ſiue definitio. aut nõ indicat quid eſt eſſe ſubiecti et ſic eſt proprium Si ſecũdũ hoc eſt dupliciter. aut eſt de eſſentia ſui ſubiecti. et ſic eſt genus. vel non ſic ẽ accñs Ex hac cõcluſione ſequitur

Concluſio ſecunda. licet definitio non poſſit eſſe predicabile diſtinctũ ab alijs. eſt tamẽ predicatũ Probatur cõcluſio q2 definitio nõ habet ſimplicẽ modũ predicãdi diſtinctũ ab alijs. et etiam nõ ſcat ſimplicẽ cõceptũ, igitur nõ eſt p̄dicabile ab alijs diſtinctũ ſed ipſa definitio habet ſp̄alem modũ inherẽdi ſuo ſubiecto diſtinctum a modis inherendi aliorũ predicatorũ. igit̃ eſt predicatum diſtinctum ab alijs.

¶Dubitat̃ p̄mo Utrũ propoſitiones dyalectice ⁊ ꝓblemata ſint equalia nũero ſicut dr̃ in textu.

Arguit̃ ꝙ nõ q2 quodlibet ꝓblema ꝯtinet duas ꝓpoſitiones. igitur ꝓpões in duplo excedunt ꝓblemata. Pro dubio ꝯſiderandũ eſt ꝙ ꝓblema et ꝓpoſitio cõueniunt et differũt Cõueniunt in hoc ꝙ fiunt ex predicatꝫ Illa tñ illa p̄põ ex qñqꝫ dicit circũſtantiam cauſe materialis. vt ex ere fit ſtatua. Qñqꝫ cauſe efficiẽtis. vt ex patre fit filius Qñqꝫ ordinẽ tantũ vt ex mane fit meridies et in ꝓpoſito accipitur. vt dicit circũſtantiã cauſe materialis ⁊ etiam vt dr̃ ordinẽ. Non eſt tñ intelligendũ ꝙ in oĩi ꝓpõne vel ꝓblemate ponãtur quatuor predicata ſed in qualibet ꝓpõne vel in quolibet problemate ponitur aliquod predicatum. Sed differũt primo q̇a problema interrogatur cũ vtraqꝫ ꝑte ꝯtradictionis. vt ſi q̃ratur. vtrũ aĩal rõnale ſit definitio hoĩs vel nõ Sed ꝓpõ ſolũ interrogatur cũ vna ꝑte contradictõis. vt ſi querat̃ vtrũ aĩal rõnale ſit definitio hoĩs. Et q2 illud qđ interrogatur cũ vna ꝑte ꝯtradictõis ſolum poſtea põt interrogari cũ vtraqꝫ. ideo dr̃ in textu ex oĩi ꝓpoſitõe ꝓblema facimus tranſſumpto modo ſcꝫ modo interrogandi. ſcꝫ cum vna ꝑte ꝯtradictõnis vel cũ vtraqꝫ. ideo ꝑ hoc attẽditur equalitas inter ipſa. Secundo differũt q2 ꝓblema magis querit eſſe vel nõ eſſe rei et propoſitio magis q̃rit ꝯſenſum reſpondentis ideo inferius dicetur ꝙ ꝓpõ ordinatur ad diſputationem modo diſputatio dr̃ quaſi duorũ putatio. Tertia differẽtia eſt. q2 in ſyllogiſmis dialecticis ꝓpões ſunt vt premiſſe ⁊ ꝓblemata tanqꝫ cõcluſiones. Tunc reſpondet phs ad dubia ꝙ ꝓpões dialectice et problemata ſunt equalia nũero. ꝓbatur q2 illa ſunt equalia nũero que fiunt ex eadem materia in nũero ſꝫ ꝓpões et ꝓblemata ſunt hmõi q̇a ex quibuſcũqꝫ p̄dicatis pñt fieri ꝓblemata ex eiſdẽ pñt fieri propões Secũdo probat̃. illa ſunt equalia quoꝝ vnũ põt fieri aliud ſed ſic eſt de ꝓpõne et de ꝓblemate. vt dictũ eſt. igit̃. et ſic patet ꝙ dicũtur equalia ſm potentiã ex ꝑte materie ex qua fiunt. Nõ tñ ſic ꝙ actu ſemꝑ tot formẽtur ꝓblemata q̊t ꝓpões. Ad rõnem dubij dr̃. ꝙ licet ſm modũ interrogandi ꝓblema q̃rat de vtraqꝫ ꝑte ꝯtradictõnis tñ ſm rem interrogatã ſolũ querit de vna ꝓpõne q2 ſolũ querit vnã ſub diſiũctõne ad aliam.

Dubitat̃ ſecundo. Utrũ equaliter ſe habeãt premiſſe et cõcluſio in ſyllogiſmo dialectico ſicut in ſyllogiſmo demõſtratiuo Ad dubiũ reſpõdet̃ ꝙ non. quia premiſſe demõſtratiui ſunt cauſe proprie cõcluſionis et ꝯcluſio eſt effectꝰ et hoc in demõſtratõe ꝓpter q̇d Etiã cõcluſio eſt propõ mediata et premiſſe immediate ideo ĩ tali genere demõſtratõis concluſiones non pñt fieri demonſtrantes premiſſas Sed premiſſe ſyllogiſmi dialectici ⁊ ꝯcluſio nõ differũt niſi ſicut magis apparens ⁊ minus apparens. q2 premiſſe ſunt magis apparentes et ꝓbabiles Et q2 illud qđ eſt magis apparẽs vni põt eſſe minus apparẽs alteri et ecõtra Et qđ ẽ magis apparẽs in vno tꝑe põt eſſe minus apparẽs in alio tꝑe iõ in ſyllõ dyalectico premiſſe pñt fieri ꝯcluſiones et ecõtra.

Ad rationes. Ad primã patet ſolutio ex dictꝫ Et ad confirmationem prime dicitur ꝙ ſpecies nõ predicatur de ſe ipſa ſiue de proprio predicatione ordinata que requiritur ad propoſitionem terminabilem per artem dyalecticam. Ad tertiam dicitur ꝙ ex genere et differentia fit vnum ſicut ex actu et potentia ⁊ ſic definitio bene eſt vnũ predicatũ habens ſp̄lem modum inherendi diſtinctum ab alijs.

Dicendũ aũt quid terminus. quid proprium. quid genus. quid accidens Eſt aũt terminus quidẽ oratio quid eſt eſſe rei ſignificans. Aſſignatur aũt aut oratio ꝓ nomine. aut oratio ꝓ oratione. Poſſibile eñ et eorum que ſub oratione ſignificant̃ quedam terminari. Quicũqꝫ autem quolibet modo nomine aſſignationem faciunt: manifeſtum eſt quoniam nõ aſſignant huius rei definitionem. eo ꝙ omnis diffinitio eſt oratio quedam Definitiuum tamen et huiuſmodi ponendũ. vt quoniam bonũ eſt idem quod honeſtum. Similiter aũt et vtrũ idẽ ſenſus et diſciplina vel diuerſum Etem̃ circa diffinitõem vtrũ idem vel diuerſum plurima fit attritio. ſimpliciter aũt oĩa definitiua dicãtur quecũqꝫ ſub eadem ſunt methodo cum definitõnibus. Quoniam aũt oĩa (que nunc dicta ſunt) huiuſmodi ſunt palam ex his. Potentes eñ quoniã idem et quoniã diuerſum diſputare. eodẽ aũt modo ⁊ definitiones conari facile poterimus: oſtẽdẽtes eñ q̊niã non idem eſt. interimentes erimus definitionem. non tamẽ conuertitur quod nũc dictũ eſt. non eñ ſufficiens eſt ad conſtruendũ definitionẽ oſtendere idẽ eſſe. tamẽ ad deſtruendum ſufficiens eſt oſtendere quoniã non idem

Querit̃. Utrũ definitio termini ſiue definitionis ſit ſufficiens in qua dr̃ terminus eſt oratio q̇d eſt eſſe rei ſignificans Arguitur ꝙ nõ primo q2 definitio definiret̃ hoc eſſet ꝑ aliam definitionẽ et iterũ illa ꝑ aliaꝫ q2 nõ eſt maior ratio de vna qꝫ de alia. ⁊ ſic eſſꝫ ꝓceſſus in infinitum igitur definitio non definit̃ Secũdo. ſi definitio definiret̃ vel hoc eſſet pro re ſubiecta intentõni vl̃ ꝓ intentione cõmuni. Nõ primũ q2 res ſubiecta intẽtioni eſt quid ꝯplexũ. igitur nõ põt definiri. nec ſcđm. q2 illa intẽtio cõmunis nõ eſt oratio. Igitur definitio data ſibi nõ ꝯuenit Tertio accidẽtia ꝓpria magnã ꝑtẽ ꝯferũt ad ꝯgnoſcendũ ꝙ q̇d eſt. igit̃ indicare q̊d q̇d eſt nõ ſolum ꝯuenit definitioni. et ſic pñs definitio nõ cõuenit ſoli definito In oppoſitũ ẽ phs in textu

Sciendũ primo ꝙ determinato de quatuor p̄dicatis in generali. Cõſequẽter phs determinat de ipſis in ſp̄ali ⁊ p̄mo de definitõe q̃ in textu vocat̃ terminus. Cuius cã eſt. q2 ſicut in magnitudine corꝑali tota q̃titas rei ꝯp̄hendit̃ ꝑ terminos eius ſic ꝙ nihil rei manet extra ꝓprios termĩos eius. Sic etiã definitio ꝯp̄hendit oĩa p̄dicta eẽntialia q̃ ſunt termini eẽntie diffiniti a p̄ma potẽtia vſqꝫ ad vltimũ actũ ita ꝙ nihil eẽntie rei eſt extra ſuã ꝓpriã definitõem. iõ vocat̃ terminus ⁊ inde etiam vocatur definitio quaſi diuerſoꝝ finitio. q2 definituꝫ finit ꝑ diuerſos terminos eſſentie eius.

Cōcluſio ſcđa. p locū a definitōe ꝯueniēter
teminātur pblemata ſimplicis inherentie. pbaꝛ ꝯclu/
ſio ex dictis. qꝛ p ipm locum a definitōne pt argui ſm
ꝯſideratōnem prius aſſignatam

Dubitaꝛ pmo. q̄t modis pt argui a ptibꝫ in
q̄ntitate ad ſuū totū Ad dubiū rn̄r ꝙ dupl'r pt argui ab
ipis. Vno° enūciādo plura pticularia ex q̄bꝫ pt pbabi
liter iferri totū. ⁊ tūc ē argumēta° pbabil' ⁊ nō nccāria.
Alio° enūciādo oīa pticularia vl'is. ⁊ h̄ dupl'r. vno° enū
ciādo oīa i ppria forma. vt qn̄ nō ſtꝭ in magno nūero. ⁊
tūc dn̄t illa pticularia enūerari ſub illa pticula. ⁊ nō ſtꝭ
pl'a. Alio° enūciādo aliq̄ i ppria foīa. ⁊ ꝯp̄hēdēdo alia
ſub illa pticula. ⁊ c̄ijs. ⁊ iſtis duobꝫ mōis ꝯñā ē nccāria ⁊
non pbabilis tantum.

Dubitaꝛ ſcđo de documētꝭ q̄ ponit phus in
textu circa pdicta q̄t ſtꝭ ⁊ q̄. Ad dubiū rn̄r ꝙ tria ſtꝭ
Primū ē. ſi aſſigneꝛ defini° alicui definito. in q̄ ſit aliq̄s
termin⁹ ignot⁹ ille termin⁹ dꝫ notificari. qꝛ i definitōne
nō dꝫ relinq̄ aliq̄d icertū ⁊ īmanifeſtū Scđm ē circa lo
cū a toto ī q̄ntitate qđ tale ē. ſi velim⁹ aſſumere aliquaꝫ
ppōeꝫ vleꝫ q̄ ī aliq̄ habeat iſtātiā nos debem⁹ eā aſſume
re cū ſua iſtātia. Vt ſi iſta. oīs hō currit habeat iſtātiā
i ſoꝛte. debem⁹ eā aſſumere cū ſua iſtātia. vt dicēdo. oīs
hō pter ſoꝛtē currit. qꝛ niſi ſic facerem⁹. nos darem⁹ re/
ſpōdēti malā viā ad arguēdū ꝯ ppōeꝫ aſſumptā Ter/
tiū documētū ē. ꝙ nos debem⁹ vti noībꝫ vt pl'es vtūꝛ ⁊ re
bus nō vt pl'es. ſꝫ vt ſapiētes. ſic q̄d interp̄taꝛ p h̄ nomē ſa
natiuū debem⁹ dicere ſic pl'es dicūt. ſ. ꝙ ē pfectiuū ſanitatꝭ
ſꝫ q̄d a pte rei faciet ſanitatē vl' n̄ dēm⁹ dicere. vt medic⁹ dr
iō dꝛ cōiꝛ noībꝫ vtēdū ē. vt pl'es ſapiēdū ꝓo vt pauci. i. ſapi
entes ¶ Ad rōnes. Ad pmā pꝫ ſol'o in p° dubio Ad
ꝯfirmatōeꝫ ei⁹ dꝛ ꝙ cū vle nō hꝫ actu pl'a ſuppoſita oꝫ ac/
cipe illđ qđ hꝫ cū pticula illa. ⁊ nō ſtꝭ pl'a Ad ſcđam dꝛ. ꝙ
idē pt eē ꝉminās ⁊ ꝉmiatū diuerſimōe. qꝛ defi° p reſpectuꝫ
ad pblemata q̄ ſiūt de ipa ꝉmiaꝛ p ſuas ꝯſideratōnes. ⁊ hꝫ
rōem termiati. Sꝫ tn̄ p ipam pn̄t termiari pblemata alio
rū pdicatoꝝ. ⁊ ſic hꝫ rōeꝫ terminātis. Et ſil'r diceꝛ de gñe
Ad terciā dꝛ. ꝙ ſi defi° ꝯſidereꝛ q̄ntū ad ſubām ei⁹ put dr
vera pncipia intrinſeca definiti. ſic ab ea ſumiꝛ demonſtra°
Sed ſi ꝯſidereꝛ q̄ntū ad cōem intentōeꝫ definitōis. h̄ mō
ab ea ſumiꝛ argumentū dialecticū. ⁊ hec de queſtione.

Amplius ſi multipl'r dꝛ ppoſitū. vt qm̄ inē
aut nō ineſt opꝫet alterā mōſtrare coꝛuꝫ q̄
multipl'r dicunꝛ ſi nō ꝯtingat Vtendū aūt in
his q̄ latēt. nā ſi nō latēt q̄ dicunꝛ multipl'r inſta
bit rn̄dēs qm̄ nō mōſtratū ē qđ ipſe dubitabat
ſm alterū. Hic āt loc⁹ ꝯuertiꝛ ⁊ ad ꝯſtruēdū et
ad deſtruēdū. nā ꝯſtruere volētes oñdem⁹ qm̄
alteꝝ inē ſi ābo nō poterim⁹. deſtruētes aūt qm̄
nō inē alteꝝ oñdem⁹. ſi ābo nō poterim⁹. Sed
deſtruēti q̄dē nihil oꝫ ex pconceſſiōe diſputare.
neqꝫ ſi oī. neqꝫ ſi nulli ineē dcm̄ ſit. ſi em̄ oñderi
mus qm̄ nō inē cuilibet interimētes erim⁹ oīm
ineē. ſil'r āt ⁊ ſi vni oñderim⁹ ineſſe interimētes
erimus nulli ineē. Cōſtruētibꝫ āt pcōfitenduꝫ ē
qm̄ ſi cuilibet vni inē oī inē. ⁊ ſi veriſilis ſit ppō
nō em̄ ſufficit ad oñdendū qm̄ oī inē in vno diſ
putaſſe. vt ſi hoīs aīa eſt imoꝛtalis: nō ppter h̄
oīs aīa imoꝛtalis. q̄re pus ꝯcedēdū ē qm̄ ſi q̄dā
aīa imoꝛtalis. oīs imoꝛtalis. Hoc āt nō ſp faciē
dū eſt vl' ꝯcedēdū. ſꝫ qn̄ nō facile poſſum⁹ vnaꝫ
cōem rōem in oībꝫ dicere. queādmodū geome/
ter. qm̄ triāgul⁹ duobꝫ rectis eq̄les hꝫ tres an/
gulos Si aūt nō lateat qđ multipl'r dꝛ. diui
dendū eſt q̄tiens dꝛ. ⁊ interimere ⁊ ꝯſtruere ꝯti
git. vt ſi opoꝛtunū eſt expediēs aut bonū ambo
ꝯſtruere vel interimere de ppōſito tentandū. vt
qm̄ bonū ⁊ qm̄ expediēs. aut qm̄ neqꝫ bonū ne
qꝫ expediēs. Si aūt nō ꝯtigat vtrūqꝫ. alteꝝ tn̄
oñdendū ꝉcatū qm̄ hoc q̄dē ineſt. illud vero nō.
eadē aūt rō ⁊ ſi pl'a ſunt in q̄ diuidaꝛ Rurſus
q̄cunqꝫ nō ſm equocatōeꝫ multipl'r dicunꝛ. ſed
alio mō: vt āphibologiā. Vt diſciplia vna plu
riū: aut vt finis. aut vt ei⁹ qđ eſt ad finē. vt me/
dicina ſanitatē faciēdi vel cibādi. aut vt āboꝛuꝫ
finiū vl' ꝯtrarioꝝ eadē ē diſciplina. nihil em̄ ma
gis finis alterū altero. aut vt ei⁹ qđ ē p ſe. aut ei⁹
qđ eſt p accñs. vt p ſe q̄dē qm̄ triāgul⁹ duobꝫ re
ctis eq̄les tres angulos hꝫ. p accñs āt vt qm̄ eq̄
laterus. qm̄ āt accidit triāgulo eq̄lateꝝ eſſe. per
hoc ꝯgnoſcim⁹ qm̄ duobꝫ rectis eq̄les hꝫ. Si
g° nullo mō ꝯtingit eandē eē pluriū diſciplinam
manifeſtū qm̄ nō oīo ꝯtigit eē. vl' ſi aliq̄ mō ꝯti
git. manifeſtū ē qm̄ ꝯtingit Diuidere āt q̄tiēs
vtile. vt ſi volum⁹ hmōi ꝯſtruere addendū ē q̄
cūqꝫ ꝯtingūt. vel diuidēdū in ea tm̄ q̄cūqꝫ vti/
lia ad ꝯſtruēdū ſunt. ſi āt deſtruere volum⁹ ad/
dendū q̄cūqꝫ nō ꝯtingūt. reliq̄ āt omittēdū. Fa
ciendū āt et in his qn̄ latuerit q̄tiens dꝛ. eē āt h̄
vel nō eē ex eiſdē locis ꝯſtruendū eſt. vt diſcipli
nā hāc aliq̄d hmōi aut vt finis. aut coꝝ q̄ ſtꝭ ad
finē aut vt coꝝ q̄ ſunt p accñs. vel rurſus nō eē
hmōi ſm nullū pdictoꝝ modoꝝ. Eadē āt rō et
de deſiderio ⁊ q̄cunqꝫ alia dicūꝛ eē. pluriū āt eſt
deſideriū hmōi. aut vt finis. vt ſanitatis. aut vt
coꝝ q̄ ſunt ad finē. vt ꝯficere. aut vt coꝝ q̄ ſtꝭ ſm
accñs ad finē. velut in vino amicū dulce. nō qm̄
vinū. ſꝫ qm̄ dulce ē. nā p ſe deſideraꝛ dulce vinū
āt p accñs. ſi ei auſteꝝ ſit nō iā deſiderabiꝛ. p ac
cidēs g° deſiderabiꝛ. vtil' āt loc⁹ ē hic in his q̄ ſtꝭ
ad aliq̄d. pene aūt talia coꝝ q̄ ſunt ad aliquid

Amplius trāſferre ad euidētius nomē vt p
certo in opinione planū. ⁊ p inueſtigare inq̄rere
euidētioꝛi em̄ facto qđ dcm̄ eſt facili⁹ argumē/
tabilis eſt ppō. Eſt aūt ⁊ hic locus ad vtrunqꝫ
cōis ⁊ ad ꝯſtruendū ⁊ ad deſtruendum.

Queriꝛ Vtrū pblema mltiplicis poſſit dia
lectice termiari. Arguiꝛ p° ꝙ nō. qꝛ pblema multiplex nō
pt pbari p ſyll'm dialecticū. Qꝛ ꝯcl'o ei⁹ dꝫ eē ppō vna. qđ
nō ē veꝝ de pblemate mltiplici. g° tale pblema nō pt diale
ctice terminari. Scđo. ſic totū inteḡle ponit ſil' in actu oēs
ſuas ptes. ita totū mltiplex ponit ſil' in actu oīa ſua ſcata. ⁊
ſil'r totū in q̄ntitate. g° nō ē ali⁹ loc⁹ ad terminādū pblema
mltiplex. ⁊ ad terminādū pblema in q̄ ē totū in q̄ntitate. ⁊
p ꝯñs h̄ ſupflue termiaꝛ pblema mltiplex. Tercio. ſophi
ſta hꝫ ꝯſiderare mltiplicia. g° nō dialectic⁹. ⁊ p ꝯñs pble/
ma mltiplex nō dꝫ dialectice termiari. In opp^m^ ē. p. in textu
Primo videbiꝛ de q̄ſito. ſcđo erūt dubia. q̄ntū ad primum

¶ Sciēdū p°. ꝙ determiato de loco a ptibꝫ in q̄ntitate
et de loco a definitōe. ⁊ oñſo q̄mō valēt ad terminādū p/
blemata ſimplicꝭ inherētie. ꝯñter. p. determiat de loco a to
to mltiplici. oñdēdo q̄liter pblema mltiplex pt dialectice
termiari Et eſt triplex multiplex. ſ. actuale potētiale ⁊ phā
taſticū. De phātaſtico āt mltiplici nō ē ad ppoſituꝫ. qꝛ nō ē
ꝓe mltiplex. Sil'r nō ē dcm̄ de mltiplici potētiali. qꝛ eſt mi
n⁹ occultū. Et etiā qꝛ nō cognoſciꝛ niſi p analogiā ad ml'/
tiplex actuale. ita ſolū ſpectat ad ppoſitū de mltiplici actua
li. Et tale ē duplex. qꝛ q̄dā fit in dcōne ſm equocatiōem
Aliđ fit in oꝛōe ſm āphibologiā ¶ Sciēdū ſcđo. ꝙ phs
in textu p modū ꝯcluſionū ponit tres ꝯſideratōes circa p
blemata mltiplicia Pri° ē. ſi mltiplex ſꝫ equocatōeꝫ lateat
rn̄dētē pt capi in alio ſēſu in q̄ ꝯſtruēdū ē vl' deſtruēdū. qꝛ bn̄

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſtat ꝙ pt̄ cognoſci ⁊ ɔſtrui ſm vnū ſenſum et deſtrui ſm aliū. ⁊ ſic valet iſta ɔſideratio ad deſtruendū ⁊ ad ɔſtruendū. Et ſi velimus ɔſtruere accipiemꝰ ſenſum in q̄ pt̄ conſtrui oñdendo q̄d eſt. ⁊ ſi velimus deſtruere accipiemꝰ ſenſum in q̄ pt̄ deſtrui oñdendo q̄d nō eſt. vt ſi q̄rat̄ vtrū canis ſit aiatus vel nō. Diuerſimode tñ valet ad ɔſtruēdū et deſtruendū. Et ad deſtruendū ꝓblema multiplicis vl'r ſufficit oñdere ꝙ nō ineſt ſm vnū ſenſum. Et ad ɔſtruendū nō ſufficit oñdere ꝙ inē ſm vnū ſenſum. ſed oꝑtʒ vt ꝑ cōceſſione ꝙ ſcʒ ſicut eſt in illo ſenſu. ita eſt in alijs Exēplū textus. vt ſi velimus ꝓbare ꝙ oīs aīa eſt imoꝛtalis. nō ſufficit oñdere ꝙ oīs aīa humana ſit imoꝛtalis. ſed cū hoc oꝑtet rñdentē ɔcedere ita eſſe in alijs aīabꝫ Sed ad deſtruendū ſufficit oñdere abſolute ꝙ aliq̄ aīa nō eſt imoꝛtalis. Scḋa ɔſideratio eſt. ſi multiplex non lateat rñdentem oꝑtet ipm̄ diſtinguere ⁊ facta diſtinctiōe oꝑtet ɔſtruere ſi p̄dicatū ineſt ⁊ ſi non ineſt deſtruere. Et ſi ꝓpō ſit vtilis ad deſtruendū ſufficit oñdere ꝙ alicui ineſt ſi ſit negatiua vl' ꝙ alicui nō ineſt ſi ſit affirmatiua. Et ſi velimus ɔſtruere oꝫ oñdere ꝙ p̄dicatū oīm ineſt ſi ſit affirmatiua aut nulli ſi ſit negatiua. Exemplū textus eſt. vt ſi q̄rat̄ vtrū oē opoꝛtunū ſit expediēs. Opoꝛtunū eñ ḋr de expediēte ſiue de vtili et honeſto. Tercia ɔſideratio eſt quantū ad multiplex ſm amphibologiā ſi tale multiplex lateat rñdentē debemꝰ diſtinguere. ⁊ ſi velimus ipm̄ ɔſtruere ſolū debemus accipere ſignificatiōes ſm q̄s p̄dicatū ineſt ſubiecto. ⁊ ſi velimus deſtruere debemus accipe ſcationes ſm q̄s non ineſt Exēplū textus eſt. vt vtrū diſciplina ſit vna pluriū. Tamen talis diſtinctio nō fit vt fiat deceptio vel ad ſoluendū paralogiſmū. ſʒ vt faciliꝰ terminet̄ ꝓblema ɔſtructiue ⁊ deſtructiue

Cōcluſio p̄ma ⁊ rñſalis ad q̄ſitum. pꝛoblema multiplex pt̄ dialectice terminari. ꝓbat̄ cōcl'o ex dictis q2 ſat̄ pt̄ terminari tale ꝓplema ꝑ ɔſideratōes ſtatī poſitas

Concluſio ſcḋa. Sophiſticus et dialecticꝰ aliter ⁊ aliter ɔſiderant aliq̄d multiplex. Pꝛobat̄ cōcluſio q2 dialecticꝰ ɔſiderat multiplex. ſm ꝙ pt̄ accipi in aliq̄ ſenſu determiato. in quo pt̄ vere conſtrui ⁊ deſtrui. ⁊ hoc mō ꝓblemata multiplicia dialectice terminant̄. Sed ſophiſta cōſiderat multiplex. inquantū eſt occultū ⁊ ſm ꝙ ꝑ ipſum pt̄ decipe ſuū rñdētē. q2 finis ſophiſte ē apparēs ſapientia

Dubitat̄ primo. Vtrū locus a trāſſumptōe ſit locus dialecticus Ad dubiū rñdet̄ ꝙ ſic. Vñ circa ipſum ponit. p. talē ɔſideratōem. vñ ſi aliq̄d ꝓponat̄ ſub noīe obſcuro. nos debemꝰ nos trāſferre ad nomē euidētius. vt fiat facilius diſputatio. Eſt tñ duplex trāſſumptio q̄dam eſt q̄ cauſat locū dialecticū. qñ ꝓ noīe minus noto ſumitur nomē magis notū. Alia eſt q̄ cauſat locum ſophiſticū quādo vna dictio ſignificat vnū ꝓpꝛie ⁊ aliud tranſſumptiue. et ſolum de p̄ma eſt hic ad ꝓpoſitum

Dubitat̄ ſecūdo. Vtrū iſta ꝓpō. diſciplina ē vna pluriū ſit multiplex ſm āphibologiā. ⁊ ſil'r iſta medicina ē vna pluriū. Arguit̄ ꝙ nō. q2 amphibologia ꝓuenit ex diuerſa ɔſtructōe. ſʒ ibi nō eſt diuerſa ɔſtructio. q2 ſꝑ ē conſtructio ſub habitudīe gtī caſus. g̊ ⁊c̄. Ad dubiū rñdet̄ ꝙ illa oīo eſt multiplex. pʒ q2 diſciplina pt̄ eſſe vnius. vt finis. alterius vt medij ad finē. ⁊ ſic eſt vna pluriū. Et ē vna diſciplina ɔtrarioꝝ vt logica eſt veri vel falſi. Etiā diſciplia vna pt̄ eē vnius de ꝑ ſe. ⁊ alterius de ꝑ accn̄s. vt medicina eſt ſanitatis de ꝑ ſe ⁊ de ꝑ accn̄s eſt egritudis. Ex ꝗ̄ h̄ pʒ ꝙ iſte gtīs pluriū pt̄ ɔſtrui ſm diuerſas habitudines ſpeciales. q̄uis ibi ſit vna habitudo generalis vnius caſus

Ad rōnes Ad p̄mā ḋr. ꝙ licet ꝑ vnū ſyllogiſmū dialecticū nō poſſit ꝓbari problema multiplex in tota ſua multiplicitate. tñ ꝓ vna pte eius pt̄ ꝓbari ꝑ vnū ſyl'm et ꝓ diuerſis ptibꝫ ꝑ diuerſos ſyl'os Ad ſcḋam ḋr ꝙ illa tota in hoc ɔueniūt ꝙ ponūt ſil' oēs ptes ſuas in actu. ſʒ tñ in hoc diſcōueniūt. q2 totū in quātitate ponit ſuas ptes copulatiue. ⁊ totū multiplex ponit ſil' oēs ptes ſine aliq̄ copulatiōe. iō pt̄ eē diuerſus modus terminādi ꝓblema ſm iſta tota. Tercia rō ſoluta eſt in ſecūda ɔcluſione

Ad oſtendendū autē cōtraria eidem ineſſe conſiderandum in genere. vt ſi volumus oſtendere qm̄ eſt circa ſenſuʒ rectitudo ⁊ pcc̄tum. ſentire aūt iudicare eſt. iudicare autē eſt recte ⁊ non recte. ⁊ circa ſenſum erit rectitudo ⁊ peccatū nunc ergo ex genere circa ſpēm demōſtratio. nam iudicare genus ad ſentire. nam q̄ ſentit iudicat aliquo mō Rurſum ⁊ ſpēi ⁊ generi. q̄cunq̄ eñ ſpēi inſunt ⁊ generi. vt ſi eſt diſciplina pꝛaua ⁊ ſtudioſa ⁊ erit diſpoſitio pꝛaua ⁊ ſtudioſa. nam diſpoſitio diſcipline genus eſt. ergo p̄mus quidē falſus eſt locus ad conſtruendū. ſecūdus autē verus. Non eñ neceſſariū eſt q̄cunq̄ generi inſunt ⁊ ſpēi ineſſe. naʒ animal eſt volatile vel quadrupes. homo aūt nō. q̄cunq̄ ſpēi inſunt neceſſariū ⁊ generi. ſi eñ homo ſtudioſus ⁊ aīal ſtudioſum. Ad deſtruendū aūt q̄dem p̄mus verus. ſecūdus aūt falſus. Quecūq̄ eñ generi non inſunt nec ſpēi q̄cunq̄ vero ſpēi non inſunt nō neceſſe eſt generi non ineſſe Qm̄ aūt neceſſariū eſt de q̄bus genꝰ p̄dicatur ⁊ ſpecieꝝ aliquaʒ p̄dicari. vel q̄cunq̄ h̄nt genus vel denoīatiue a genere dicūtur ⁊ ſpēꝝ aliquā necē eſt habere vel denoīatiue ab aliq̄ ſpecieꝝ dici. vt ſi de aliq̄ diſciplina dicat̄ ⁊ grāmatica vel muſica aut aliq̄ aliaꝝ p̄dicabit̄. ⁊ ſi aliq̄s hʒ diſciplinā vel denominatiue a diſciplina ḋr. ⁊ grāmaticā habebit vel muſicā vl' aliquā aliaꝝ diſciplinaꝝ vel denoīatiue ab aliq̄ eaꝝ dicet̄ vt grāmaticus vel muſicus. Si g̊ aliq̄d ponat̄ dcm̄ de aliq̄ genere aliq̄ mō. vt aīam moueri ɔſiderandū eſt ſi ſm aliquā ſpēꝝ motus ɔtingit aīam moueri vel augeri vel minui vl' coꝛrūpi vel generari vel q̄cunq̄ ſunt ſpēs alie motus. naʒ ſi ſm nullā. palā eſt qm̄ nō mouet̄. Hic āt locus cōis eſt ad vtrūq̄ ⁊ ad ɔſtruēdū ⁊ ad deſtruendū. Si eñ ſm aliquā ſpēm mouet̄. manifeſtū qm̄ mouet̄. ⁊ ſi ſm nullaʒ ſpēꝝ mouet̄. palā qm̄ nō mouet̄ Nō idoneo āt conari ad pōnem intēdendū ē ⁊ ex definitōibꝫ. aut q̄ ſit ꝓpoſite rei. aut q̄ vidētur ⁊ ſi nō ab vna ſʒ a pluribꝫ. facile eñ definiētibꝫ argumētari erit nā ad definitōes facil' erit argumētatio Cōſiderandū āt in ꝓpoſito q̄ exñte añte necē ē ꝓpoſitū eē. aut q̄d eſt ex necitate ſi ꝓpoſitū eſt. Cōſtruere q̄dē volēti q̄ exñte añte ꝓpoſitū erit ex necitate. nā ſi illud oñdat̄ eē ⁊ ꝓpoſitū conſequēs oñſum erit. Deſtruere aūt volēti q̄d ē ſi ꝓpoſitū ē. ā

ſi oñderimus ɔſequēs ꝓpoſitū nō ineſſe interimentes erimus ꝓpoſitū Amplius ad tēpus eſt inſpiciendū ſi alicubi diſſonat. vt ſi q̄d nutrit̄ dixerit ex neceſſitate augeri: nutriunt̄ eñ ſꝑ animalia. augent̄ aūt nō ſemꝑ. Sil'iter aūt ⁊ ſi ſcire eſt reminiſci. hoc eñ p̄teriti tēpoꝛis eſt. illud aūt ⁊ p̄ſentis ⁊ futuri. ſcire eñ dicimur ⁊ pꝛeſentia ⁊ futura. vt qm̄ eſt vel erit ſolis defectus. reminiſci aūt nō ɔtingit aliud q̄ p̄teritū Amplius ſophiſticus modus ducere ad tale ad q̄d idonei ſumus argumentoꝝ. Hoc aūt quādoq̄ neceſſariū. qñq̄ apparēs necc̄āriū. qñq̄ neq̄ apparens neq̄ neceſſariū. Neceſſariū q̄dem quādo negāte eo q̄ rñdet aliq̄d vtiliū ad poſitōnem ad hoc rōcinatōes facit Cōtingit aūt hoc taliū eſſe ad q̄ habundare eſt argumētis. ſil'r autē et qñ inductōem ꝑ hoc quod poſitū eſt faciens interimere conatur. hec eñ interemptio ⁊ ꝓpoſitum interemptū. Apparēs aūt neceſſariū ē quādo q̄dem videt̄ vtile ⁊ cōueniens poſitioni. non eſt aūt ad q̄d fiūt diſpoſitōes ſiue negāte eo qui oꝛationē ſuſtinet. ſiue ab inductiōe ꝓbabili per poſitōem ad idem factā interimere conat̄ idem. Reliquū eñ qñ neq̄ neceſſariū neq̄ apparens eſt ad q̄d fiūt rōcinatōes. ſed vt redarguere accidit rñdenti. Opoꝛtet aūt cauere poſtremū pꝛedictoꝝ modoꝝ. omino eñ ſemotus ⁊ extraneꝰ videt̄ a dialectica. quare oꝑtet ⁊ rñdentē nō diſcolū eſſe. ſed ponere ea q̄ vtilia nō ſunt ad poſitionē deſignantē. tamē qm̄ non videtur magis aūt dubitare plerūq̄ accidit interrogantibꝫ omnibꝫ talibus conceſſis eis ſi nō concludunt.

Amplius oīs q̄ dixerit vnū q̄dlibet quodam modo multa dixit ex eo ꝙ plura ſunt ex necita te vnicuiq̄ ɔñtia vt qui hoīem dixit eſſe. ⁊ qm̄ aīal ē dixit. ⁊ qm̄ aīatuʒ dixit. ⁊ qm̄ bipes. ⁊ qm̄ mētis ⁊ diſcipline ſuſceptibile: q̄re quolibʒ vno ɔſequentiū interēpto. ⁊ interimit̄ q̄d in p̄ncipio eſt dcm̄. Cauere aūt oꝑtʒ ⁊ hmōi. eo ꝙ non difficilioꝛ aſſūptio fiat. qñq̄ eñ facile eſt ɔñs interimere. qñq̄ āt ipm̄ q̄d añcedit Quibꝫ ſubſtātijs āt necē alterū tm̄ inēē. vt hōi egritudinē aut ſanitatē. ſi ad alteruʒ facile poterimꝰ diſputare qm̄ inē vel qm̄ nō ineſt. ⁊ ad reliquū poterimus hoc āt ɔuertit̄ ad vtrūq̄. Oñdētes eñ qm̄ alterum inē vel vel qm̄ nō ineſt. reliquū oñdētes erimus. Si āt qm̄ nō inē oñdimꝰ qm̄ inē reliquū oñdētes erimꝰ. palā g̊ qm̄ ad vtrūq̄ ɔueniens eſt h̄ locꝰ. Ampliꝰ āt trāſferētē argumētari no mē i oꝛōnes velut maxīe ɔgruū aſſumere q̄ vt poſitū ē nomē vt equanimū nō modeſtū vt poſitū eſt. ſed equā aīam hñtē. Sil'r aūt ⁊ bñ foꝛtunatū cuiꝰ fuerit foꝛtuna ſtudioſa queādmodū xenocrates dixit bñ foꝛtunatū eē q̄ aīaʒ habʒ ſtudioſam. hanc eñ vniuſcuiuſq̄ eſſe foꝛtunā

Querit̄ Vtrū locꝰ a genere ad ſpēm valeat deſtructiue. ⁊ locus a ſpē ad genꝰ ɔſtructiue Arguit̄ primo ꝙ nō. q2 bñ ſeq̄t̄ nūerus ē. g̊ binarius ē ⁊ tñ ibi arguit̄ a genere ad ſpēm ɔſtructiue. g̊ ⁊c̄. Scḋo bñ ſeq̄tur. aīa eſt ſubā. g̊ hō eſt ſubā. g̊ locus a gñe tenet ɔſtructiue Tercio ſpēs reſpectu generis eſt q̄ddā totū. ſed deſtructo toto deſtruit̄ ps eius. g̊ locus a ſpē ad genꝰ tenet deſtructiue Et ɔfirmat̄. q2 deſtructis oībꝫ ſpēbꝫ deſtruit̄ genꝰ eaꝝ. g̊ locus a ſpē tenet deſtructiue In oppoſitū eſt ph̄s in textu.

Sciendū p̄mo. ꝙ determiato de loco a definitōe ⁊ a toto multiplici. ɔñter determiat ph̄s de loco a genere ad ſpēm. ⁊ ecōtra. ⁊ de locis a ɔñte ⁊ ab añte q̄ ſe tenent eodē mō. ſicut locus a genere. Et ḋr locus a genere locus a toto vl'i ad ptē ſubiectiuā. Circa quē ponit̄ iſta cōſideratio. ſi aliq̄d aſſignat̄ inēē ſpēi ɔſiderandū eſt ſi inſit generi. ⁊ ſi nō deſtruēdū eſt ꝓblema. q2 q̄ nō inſunt generi nō inſunt ſpēi. Niſi tale p̄dicatū ponat differētiā inter ſpēm et genus. vel ptineat ad talē dr̄iam. Sed circa locuʒ a ſpē eſt alia ɔſideratio q̄ talis eſt. ſi aliq̄d ponat̄ ineſſe generi ɔſiderandū eſt vtrū inſit alicui ſpecieꝝ eius. ⁊ ſi ſic. tūc ineſt generi. ⁊ ſi nulli ſpecieꝝ inſit. tūc neq̄ inerit generi. Niſi foꝛte ſit p̄dicatuʒ ɔueniens ſpēi. ea pte qua diſtinguit̄ a genere. Et iſto ſcḋo mō nō argueret̄ ꝑ locū a ſpē. ſed magis ꝑ locū a ptibus in quantitate ſufficiēter enumeratis

Sciendū ſcḋo. ꝙ dupl'r ɔtingit arguere a genere. Vnoº cū diſtributōe generis. ⁊ tūc ḋr locꝰ a toto i q̄ntitate q̄ tʒ ɔſtructiue ⁊ deſtructiue. Alioº ɔtingit arguere ſine diſtributōe gn̄. ⁊ hoc mō locꝰ a gñe ḋr. Sil'r dupl'r ɔtingit arguere a ſpē ad genꝰ. Vnoº ſine collectōe ſpēꝝ. vt cū ḋr hō currit. g̊ aīal currit. ⁊ ſic eſt locꝰ a ſpē. Alioº cū collectione. hoc eſt a ſpēbꝫ ſil' ſumptis. ⁊ ſic ſumit̄ locus a ptibꝫ in quātitate ad ſuū totū. Locus eñ ſꝑ denoīat̄ a termio inferente. Cuius rō eſt. q2 locus dialecticus eſt ꝓbatiuus. ſed virtus ꝓbatiua ſemꝑ eſt in añcedente

Cōcluſio p̄ma Locus a gñe ad ſpēm foꝛmalit' tʒ deſtructiue. ⁊ grā materie tʒ deſtructiue. Pꝛimū ptʒ. q2 cuicūq̄ nō cōuenit genus. necē eſt ſpēm non cōuenire. Secundū ptʒ. q2 genus eſſentialiter p̄dicat̄ de ſpē. g̊ quicquid eſſentialiter p̄dicatur de genere. etiā p̄dicatur de ſpecie

Cōcl'o ſcḋa. Locus a ſpē foꝛmaliter tenʒ cōſtructiue. ⁊ ſolū grā materie tʒ deſtructiue. Pꝛima ps pʒ. q̄a ſpēs ɔtinet̄ in gñe. ſic inferiꝰ in ſuꝑioꝛi. niſi q̄s aſſumat ea q̄bus ponat dr̄iaʒ int' ſuꝑiꝰ ⁊ inferiꝰ Scḋa ps pʒ. q2 genꝰ ⁊ ſpēs eādē eēntiā ipoꝛtāt. g̊ ſi aliq̄d ſit q̄d nō ē de eēntia ſpēi nō eſt etiā de eēntia gn̄. Aduertēdū ē tñ. ꝙ vt ḋr in textu. de q̄cūq̄ p̄dicat̄ genꝰ necē ē aliquā ſpem eiꝰ p̄dicari. ſiue denomiatiue ſiue eēntial'r. Cuiꝰ rō eſt. q2 genus nō hʒ eē niſi in aliqua ſpecieꝝ eius. Et ideo ḋr in quarto huius ꝙ nihil eſt in genere quod nō eſt in aliqua ſpecieꝝ eius

Dubitat̄ p̄mo. Vtrū ꝓblema ſimplicis inherētie poſſit termiari ꝑ locuʒ ab añte ad ɔñs. Pꝛo dubio ɔſiderādū ē ꝙ circa iſtū locū poīt. p. talē ɔſideratōeʒ. ſi q̄rat̄ de aliq̄ ꝓpoſito vidēdū ē ſi ſuū añs ſit q̄d ſi ſit necē ē ɔñs eē Sil'r ſi q̄rat̄. ſi aliq̄d añs ſit vidēdū ē ſi ɔñs eius ſit. ⁊ ſi non

neceſſe eſt añs nõ eſſe. Exemplũ pmi. vt ſi queratur. vtrũ aial ſit. videndũ eſt vtruʒ aliqua ſpẽs aialis ſit. ⁊ ſi ſic neceſſe eſt aial eſſe. Exemplũ ſcdi eſt. vt ſi q̃rat̃ vtrũ hõ ſit. videnduʒ eſt vtrũ aial ſit. ⁊ ſi nõ neceſſe eſt hoiem nõ eſſe. Ex quo pʒ ꝙ locus ab añte ad ꝯñs valet ꝯſtructiue. ⁊ locus a ꝯñte te net deſtructiue. Patʒ etiã ꝙ talis locus valet ad terminan dum ꝓblemata ſimplicis inherẽtie. Aduertenduʒ eſt tñ ꝙ duplicia ſunt añcedẽtia. quedã ſunt incõplexa. vt homo ẽ añs ad aial. Et q̃dam ſunt ꝯplexa. vt pmiſſe in ſyllo ſunt añcedentia ad ꝯcluſionẽ. Et in cõplexis valet argumẽtuʒ reſpectu veri et falſi. Nã ſi añs ſit verũ ꝯñs eſt verũ ſʒ non ecõtra. qꝛ ex falſis pt ſeq̃ verũ. ſed ſi cõcluſio eſt falſa. neceſſe eſt pmiſſas vel aliquaʒ pmiſſaꝝ eſſe falſam. De cõplexis aũt iam dictũ eſt quõ arguit̃ in ipſis

Dubitat̃ ſcdo. Vtrũ in diſputatione dyalec tica. opponẽs poſſit ſe transferre ad materiã extrinſecam. Pro dubio ſciendũ eſt ꝙ tripl'r ꝯtingit ſe transferre. Vno mõ qñ rñdens negat aliq̃d qḋ eſt v[tile] ⁊ neceſſariũ ad po ſitõem opponẽtis. ⁊ cũ hoc affert inſtantiã ꝓbabilẽ. Et tũc opponens pt ſe trãſferre ad deſtruendũ illaʒ ꝯñam ſiſit in materia. vt poſſit abũdare in argumẽtis. Scdo mõ ꝯtin git ſe trãſferre dũ rñdens negat aliq̃d qḋ oꝑtet eſſe neceſſa riũ ad poſitõem opponẽtis. nõ tñ ſimpl'r eſt neceſſarium. ⁊ tũc cõtingit ꝙ opponẽs ſe trãſferat. ſed iſte modus non eſt ſimpl'r neceſſari⁹. Tercio mõ ꝯtingit ſe trãſferre. qñ reſpõ dens negat aliq̃d qḋ nec eſt neceſſariũ neq3 apparẽs neceſ ſariũ ad ꝯcluſionẽ opponẽtis. ⁊ ſolũ hoc fit ad decipiẽduʒ rñdentẽ. Sed iſte modus ꝑtinet ad ſophiſtã. ⁊ videt̃ extra neus a diſputatõe dialectica. Tũc rñdet̃ ad dubiũ. ꝙ. ſ. op ponens in argumẽtatione dialectica pt ſe trãſferre ad ma teriã extrinſecã ſm duos pmos modos. ⁊ nõ ſm vltimuʒ vt ſatis patet ex dictis. Aduertendũ eſt tñ ꝙ opponẽs dʒ ſe trãſferre ad ad materiã magis facilẽ ⁊ magis claraʒ. vt ponendo dictionẽ notiorẽ ꝓ nomine minus noto. qꝛ ſi ipſe ſe transferret ad materiam magis obſcuram minus poſſʒ abundare in argumentis q̃3 prius

Ad rõnes. Ad primã dicit̃ ꝙ illa cõſequẽtia valet tñ gratia materie. ⁊ non gratia forme. Et ſil'r dõm ẽ ad ſcdam Ad terciã dʒ. ꝙ ſi accipiat̃ genus vt genus eſt et ſpẽs inquantũ eſt ſpẽs. tunc genus eſt totũ reſpectu ſpẽi ſed ſi accipiat̃ ſpẽs vt eſt definita. ⁊ genus vt eſt definiens vel vt cõſtituens ſpẽm. Tunc genus hʒ modũ ꝑtis ⁊ ſpe cies hʒ modũ totius. ⁊ tũc inter ipſa tenet locus ſicut inter totũ integrale ⁊ ſuã ꝑtem Ad confirmatõem dʒ ꝙ de ſtructis oĩbus ſpẽbus deſtruit̃ genus. ſed tũc arguit̃ a par tibus in quantitate ſimul ſumptis ad ſuũ totũ. ⁊ non ꝑ lo cum a ſpecie ad genus. ⁊ hec de queſtione.

Voniã autẽ reꝝ alie q̃dem ſunt ex neceſſi tate. alie ãt ſ'r vt in pluribꝫ. alie aũt ad vtrũ libet Si quod ex neceſſitate ẽ vt in pluribꝫ po nat̃. ⁊ q̃d in pluribꝫ vt ex neceſſitate aut ipm aut ꝯtrariũ ei q̃d ẽ in pluribꝫ ſꝑ dat locũ argumẽta tionis. nã ſi q̃d ex neceſſitate ẽ in pluribꝫ ponat̃ manifeſtũ q̃d nõ om̃i dr̃ ineſſe cũ inſit om̃i qua re peccauit Cũ vero q̃d in pluribꝫ dʒ ex neci tate dixit oĩ ineẽ cũ nõ inſit om̃i. ſil'r aũt ⁊ ſi con trariũ ei qḋ ẽ in pluribꝫ dixit ex neceſſitate ineẽ. ſꝑ em̃ in paucioribꝫ dʒ cõtrariũ eſſe ei q̃d ẽ vt in pluribꝫ. ſunt aũt vt in pluribꝫ praui hoĩes. boni aũt vt in paucioribꝫ. q̃re peccauit magis ſi bo nos ex neceſſitate dixit. ſil'r aũt ſi q̃d vtrũlibet eẽ ex nccitate dixit. vel vt in pluribꝫ. neq3 ex ncci tate vtrũlibet: neq3 vt in pluribꝫ Cõtingit au tem ⁊ ſi nõ determinans dixerit. verũ in pluribꝫ vel ex neceſſitate dʒ. ſit aũt res vt in pluribꝫ diſ putare velut ex nccitate dixerit. vt ſi prauos ex heredãdos dixerit non determinãs velut ex ne ceſſitate is dixerit diſputare Ampli⁹ ⁊ ſi ideʒ ſibi accñs poſuit vt alteꝝ eo ꝙ alteꝝ ſit nomen. quemadmodũ ꝓdigus diuidebat voluptatẽ in gaudiũ ⁊ iocunditatẽ ⁊ leticiã. Hec em̃ oĩa eiuſ dẽ. i. voluptatis noĩa ſunt. ſi ergo aliq̃s gaude re ei quod eſt letari ponet accidere idem ſibi di cet accidere

Amplius aũt cõtraria cõplectunt̃ q̃dẽ ſi bijnuicẽ ſex modis. cõtrarietatẽ aũt faciũt q̃drupl'r. ꝯplexa oꝑtet accipe ꝯtraria q̃libet mõ vtile fuerit. ⁊ deſtruẽti ⁊ ꝯſtruenti. Qm̃ aũt ſex modis ꝯplectimur palã ẽ. aut em̃ vtrunq3 ꝯtra rioꝝ vtriq3 ꝯtrarioꝝ ꝯplectit̃. hoc em̃ dupl'r. vt amicis bñfacere ⁊ inimicis male. vel econuerſo inimicis bñ ⁊ amicis male. aut qñ ãbo de vno et hoc dupl'r. aut amicis bñ et amicis male. vel inimicis bñ ⁊ inimicis male. aut vnũ de vtriſq3 et hoc q̃q3 dupl'r. vt amicis bñ ⁊ inimicis bene vel amicis male ⁊ inimicis male Sic pme q̃dẽ due dicte ꝯplexiones nõ faciũt ꝯtrarietatẽ. naʒ id q̃d eſt amicis bñfacere ei q̃d ẽ inimicis male. non ẽ ꝯtrariũ. vtraq3 em̃ eligẽda ⁊ eiuſdẽ moris neq3 id q̃d ẽ amicis male ei qḋ eſt inimicis bñ. nam ⁊ hec vtraq3 ſpernẽda ⁊ eiuſdẽ moris. Nõ videt̃ aũt ſpernẽdũ ſpernendo ꝯtrarium eẽ. niſi hoc q̃dem ſm ſuꝑabundantiã. illud ꝟo ſm ege ſtatẽ dcm̃ ſit. nam ſuꝑabundãtia ſpernẽdoꝝ vi detur eẽ ſil'r aũt ⁊ egeſtas Reliqua vero q̃tuor om̃ia faciũt ꝯtrarietatẽ. nam id q̃d ẽ amicis bñ facere ei quod ẽ amicis male ꝯtrariũ ẽ. naʒ a cõ trario more ſunt ⁊ hoc q̃dẽ eligẽdum. illud autẽ ſpernẽdũ Sil'r aũt ⁊ in alijs. nã in vnaq̃q3 cõiu gatõe vnũ eligendũ ⁊ aliud ſpernẽdũ. ⁊ vnuʒ bo ni moris ⁊ aliud praui Palã ꝰ ex his q̃ dicta ſunt qm̃ ꝙ eidẽ cõtraria ſunt plura accidit fieri. nam ei qḋ eſt amicis bñfacere id q̃d eſt inimicis bñfacere. ⁊ id qḋ ẽ amicis male ꝯtrariuʒ. Sil'r aũt ⁊ in alijs ſingulũ eodẽ mõ ꝯſiderantibꝫ di co ꝯtraria apparebũt. Accipe ergo ꝯtrarioꝝ q̃ cunq3 erit ad poſitõem vtile Amplius ſi ẽ aliq̃d

contrariũ accñti ꝯſideranduʒ ſi ineſt cui accñs dictũ eſt ineſſe. nam ſi hoc ineſt illud non inerit impoſſibile eſt ꝯtraria eidẽ ſimul ineſſe Aut ſi q̃d tale dictũ eſt de aliquo. qḋ cũ inſit neceſſe eſt ꝯtraria ineſſe. vt ſi formas in nobis dixerit eẽ. nam et moueri ⁊ q̃eſcere eaſdẽ accidet. Ampli⁹ aũt ſenſibiles et inſenſibiles eſſe. videnť aũt for me q̃eſcere et intelligibiles eſſe his q̃ ponũt for mas eſſe. cũ aũt ſint in nobis impoſſibile ẽ im mobiles eſſe. nã mouentibꝫ nobis neceſſarium et q̃ in nobis ſunt oĩa ſil' moueri. Palã aũt qm̃ etiã ſenſibiles ſi in nobis ſunt. nã ꝑ ſenſum q̃ cir ca viſum ẽ eam q̃ in vnoquoq3 ẽ for[mam]. nã cognoſ cimus Rurſum ſi poſitũ eſt accñs cui ẽ aliq̃d ꝯtrariũ ꝯſiderandũ ſi ⁊ ꝯtrarij ẽ ſuſceptibile qḋ ẽ accñtis. nã idẽ ꝯtrarioꝝ ſuſceptibile vt ſi odiũ ſequi iram dixerit erit odiũ in furoris ſpẽ. illic em̃ ira ꝯſiderandũ. ꝰ ſi ꝯ̃riũ in furoris ſpẽ. Nã ſi non ⁊ in ꝯcupiſcibili eſt amicicia nõ ſequitur odium irã. Similr aũt et ſi ꝯcupiſcibile ignora re dixerit. erit em̃ et diſcipline ſuſceptibile ſiq̃ dem ignorãtie qḋ nõ videt̃ ꝯcupiſcibile ſuſcep tiuum eſſe diſcipline. Deſtruenti ergo queãd modũ dictũ eſt vtendũ Aſtruenti vero qm̃ inẽ q̃dem accñs non vtilis eſt locus hic. qm̃ ãt con tingit ineſſe vtilis. Oſtendẽtes em̃ qm̃ nõ ſuſ ceptibile eſt ꝯtrarij. oſtendẽtes erimus qm̃ nõ ineſt accñs neq3 ꝯtingit ineſſe. Si aũt oſtende rimus qm̃ ineſt ꝯtrariũ aut ipm ſuſceptibile eſt ꝯtrarij nondũ oſtendentes erimus qm̃ et acci dens ineſt. ſed quoniam cõtingit ineſſe. in hoc tantum oſtenſum erit.

Querit̃. vtꝝ locus ab oppoſitis ſit vtilis ad terminandũ ꝓblemata ſimplicis inherentie. Arguit̃ ꝙ nõ. pmo. qꝛ locus dyalecticus dʒ eẽ ꝓbatiu⁹. ſʒ vnũ oppoſitũ nõ ẽ noti⁹ altero. igit̃ loc⁹ ab oppoſitis nõ valʒ ad terminãdũ ꝓblemata ſimplicis inherẽtie. Scdo vnũ oppoſitoꝝ nõ pt inferre aliud. igit̃ loc⁹ ab oppoſi tis nõ eſt ponendus. Añs pʒ. qꝛ ſi vnum poſſet inferre aliud. hoc eẽt. qꝛ affirmatiua hʒ inferre negatiuã. Sed hoc non. quia due affirmatiue ſyllogiſtice non inferunt vnã negatiua. Igit̃ a fortiori vna affirmatiua nõ pote rit vnã negatiuã inferre. Tercio. ſi loc⁹ ab oppoſitis eſſet vtilis ad terminandũ ꝓblemata ſimplicis inherẽ tie. hoc eẽt. qꝛ poſito vno ꝯ̃rioꝝ remouet̃ reliquum. ſʒ h̃ nõ ẽ veꝝ. qꝛ albedo ⁊ nigredo ſunt in eodẽ pũcto medij et etiã in eodẽ oculo. In oppoſitũ ẽ phs in textu.

Sciendũ eſt pmo. Q[uod] poſtq̃3 phus docuit terminare ꝓblemata ſimplicis inherẽtie ꝑ locos intrin ſecos. Cõſequẽter idẽ docet ꝑ locos extrinſecos. ⁊ pri mo ꝑ locũ a diſparatis et ꝯñr ꝑ locũ ab oppoſitis. Etiã anteq3 ponat ꝯſideratões. circa locũ a diſparatis. pre mittit talẽ diuiſionẽ. ſcʒ Rerum. alie ſunt ex neceſſitate alie vt in pluribꝫ. et alie ad vtrũlibet. Et ſub ſcdo mem bro q̃ ſunt vt in paucioribꝫ res cõphenduntur. q̃ ꝯtrari antur eis q̃ ſunt vt in pluribꝫ. Et cognito vno oppoſito rum facile cognoſcit̃ reliquũ. Et ꝑ iſtã diuiſionẽ intelli gunt̃ modi diſparati ſm quos p̃dicata inſunt ſubiectis Quia p̃dicatũ qñq3 de neceſſitate ineſt ſubiecto ⁊ qñq3 ꝯtingenter. et hoc multipl'r ſm plures modos ꝯtingen tis. Et iuxta diuiſionẽ in textu ponunt̃ aliq̃ ꝯſideratio nes. Prima ẽ. ſi aliqḋ p̃dicatũ qḋ vere alicui ſubiecto ineſt et de neceſſitate aſſignat̃ ſibi ineẽ vt in pluribꝫ de ſtruendũ eſt ꝓblema. Et rõ eſt. qꝛ qḋ ineſt ex neceſſita te omni ineſt et ſemper. ſed quod ineſt vt in pluribus nõ ineſt ſemper Scda ꝯſideratio ẽ. ꝙ ſi aliqḋ p̃dicatum aſſignet̃ ineẽ alicui ſubiecto vt in pluribꝫ ꝯſiderandũ eſt ſi inſit vt in paucioribꝫ et ſi ſic deſtruendũ ẽ ꝓblema Cu ius rõ eſt. qꝛ qḋ ineſt vt in pluribꝫ plus determinatũ ẽ ad eẽ. et qḋ ineſt vt in paucioribꝫ pl[u]s determinatũ eſt ad nõ eẽ. Et ſil'r pñt formari alie ꝯſideratões ſm plu res modos q̃ oẽs pñt cõphendi ſub vna ꝯſideratõne q̃ talis ẽ. Si aliqḋ p̃dicatũ aſſignet̃ ineſſe alicui ſubiecto ſm aliquẽ illoꝝ modoꝝ ꝯſiderãdũ ẽ ſi inſit ſm aliũ mo dum. et ſi ſic deſtruendũ eſt ꝓblema. Exemplũ textus vt ſi bonũ aſſignet̃ ineẽ hoi vt in pluribꝫ vel ex neceſſita te tunc ẽ peccatũ. qꝛ hoies vt in paucioribꝫ ſunt boni. qꝛ in pluribꝫ ſunt mali. Et circa p̃dicta ponit phus vnam cautelã q̃ talis ẽ. ſi reſpondens aſſignauerit aliqḋ p̃dica tum ineẽ alicui ſubiecto. et non determinauit modũ ſm quẽ ineſt tũc arguẽs dʒ arguere ꝯtra ipm acſi determi naſſet modũ ſm quẽ ineſt ſubiecto. Alia ꝯſideratio eſt ſi aliq̃s aſſignauerit idẽ ſibipſi accidere deſtruendũ eſt ꝓblema. Phs dat exemplũ. vt q̃dã ꝓdig⁹ diuiſit vo luptatẽ in gaudiũ iocũditatẽ et leticiã. q̃ eandẽ volupta tem iportãt. iõ ſi q̃s dicat vnum illoꝝ accidere alteri de ſtruendum eſt problema.

Sciendũ ſcdo. ꝙ añq3 phs ponat ꝯſidera tiones circa locos a ꝯ̃rijs. ipe pmittit cõplexiones con trarioꝝ. dicens ꝙ ꝯtraria ſex modis cõplectunt̃ ſibi ineẽ Primo qñ duo ꝯ̃ria p̃dicant̃ de duobꝫ ꝯ̃rijs. vno mõ vt oꝑtet amicis bñfacere et inimicis malefacere. Alio mõ ecõtra vt oꝑtet inimicis bñfacere et amicis malefacere et ſic ſunt due cõplexiones ꝯ̃rioꝝ. Scdo qñ ambo ꝯ̃ria de eodẽ p̃dicant̃ et hoc dupl'r. et ſic erũt alie due cõple xiones. vt amicis eſt bñfacere ⁊ amicis malefacere. ⁊ in imicis ẽ malefacere et inimicis bñfacere. Tercio modo qñ vnũ de vtriſq3 p̃dicat̃ ꝯ̃rijs. et hoc dupl'r. et ſic ſunt due alie cõplexiones ꝯ̃rioꝝ. vt amicis ẽ bñfacere et ini micis bñ facere. Et ſic ſunt duodecim ꝓpõnes ⁊ ſex cõ plexiones ꝯ̃rioꝝ. Et due ꝓpões pme cõplexionis non ꝯ̃riant̃. qꝛ q̃cũq3 ſunt eiuſdẽ moris int̃ ſe nõ ꝯ̃riant̃. ſʒ ſic ẽ de duabꝫ pmis cõplexionibꝫ q̃ ſimpl'r ſt̃ eligẽde Nã lʒ ſm ius diuinũ et legẽ noſtrã nõ ꝯtingat inimicis ma lefacere. tñ ſm vſuʒ cõem ⁊ vulgarẽ iſtud ꝯtingit Sil'r due ꝓpõnes ſcde cõplexionis ſunt ſpernende et ſic ſunt eiuſdẽ moris. iõ nõ ꝯ̃riant̃. Sʒ in alijs cõplexionibꝫ eſt ꝯ̃rietas. qꝛ vna ꝑs eſt eligenda et alia ẽ ſpernenda

Concluſio pma. cum textu eidẽ plura ꝯtra riantur Probat̃ concluſio. nam huic ꝓpõni amicis eſt benefacere ꝯtrariatur iſta amicis eſt malefacere. et etiã iſta inimicis eſt benefacere. nõ tamẽ eodem modo. quia vna ꝯtrariatur ſibi ex ꝑte ſubiecti et alia ex ꝑte p̃dicati

Ex iſtis cōplexionibꝫ ꝯtrarioꝝ infert areſtoteles tres ꝯſideratōnes. Prima eſt. ſi alicui ſubiecto aſſigneť ineē aliqđ p̄dicatū qđ hꝫ ꝯtrariū. cōſiderandū eſt ſi aliud ꝯtriū inſit ſubiecto. et ſi ſic ꝓblema ē deſtruendū. Cuiꝰ rō eſt. qꝛ īpoſſibile eſt duo ꝯtraria eē ſiľ. Scđa ꝯſideratio eſt. ſi aliqđ p̄dicatū aſſigneť ineē alicui ſubiecto. conſiderandū eſt vtꝝ ex illo ſequanť ꝯtria vel ꝯdictoria ſimľ eſſe. et ſi ſic deſtruendū eſt ꝓblema. Exemplū textꝰ. vt ſi ꝗs dicat ꝙ ydee ſepate ſunt in nobis hoc eſt deſtruendum qꝛ ſi eſſent in nobis ſeqreť ꝙ eſſent mobiles et immobiles. qꝛ platonici ponētes ydeas dicebant eas ſepatas a materia. et ſic imobiles ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. Et ſi ſint in nobis adhuc erūnt mobiles ꝑ accñs. qꝛ motis nobꝯ mouenť ea q̄ in nobis ſunt vt đr textꝰ. Tercia ꝯſideratio eſt. ſi aliqđ p̄dicatū dicať de ſubiecto et illud p̄dicatum habeat ꝯtriū videndū ē. vtꝝ illud ꝯtrium poſſit ineſſe eidē ſubiecto. et ſi nō deſtruendū eſt ꝓblema. Et hꝰ rō eſt qꝛ idē ē ſuſceptibile ꝯtrioꝝ. nā ꝯtrioꝝ eadē eſt diſciplina. Exemplū textus ē. vt ſi odiū aſſigneť ineē in ꝑte rōnali ꝯſiderandū eſt. vtꝝ amicicia poſſit ineē eidē ꝑti et claꝝ eſt ꝙ nō. ıō deſtruendū eſt ꝓblema.

Concluſio ſcđa. ⁊ reſponſalis ad q̄ſitū locus ab oppoſitis eſt vtilis ad terminandū ꝓblema ſimplicis inherentie. Probať ꝯcluſio qꝛ ꝑ locū ab oppoſitꝭ debite p̄t argui ꝑ ꝯſideratōes p̄us poſitas. igiť ⁊c̄.

Dubitať p̄mo. Quare hoīes ſunt boni vt in paucioribꝫ. ⁊ vt in pluribꝫ mali Ad dubiū r̄ndetur ꝙ illius duplex eſt ratō Prima ē. qꝛ motus cōcupiſcentie et appetitus ſenſitiui fortiores ſunt motibus rationis ſed motus fortiores impediūt debiliores. vt habetur ſcđo de celo. Et vt in pluribꝫ hoīes ſequunť motꝰ ꝯcupiſcentie dimittendo motꝰ rōis. ıō ꝑs ſenſitiua predominať rōni. Scđa rō eſt. qꝛ bonitas conſiſtit in hoc qđ eſt agere ſꝫm virtutē. et ꝟtus ꝯſiſtit in medio. ſꝫ difficillimū eſt attingere mediū et facillimū eſt a medio recedere. igiť vt in paucioribꝫ homīes ſunt boni et vt in pluribus ſunt mali.

Dubitať ſcđo. vtꝝ veꝝ ſit ꝙ ſpernendū non ꝯtrarietur ſpernendo. Et videť ꝙ nō. qꝛ ꝓdigalitas et illiberalitas ſunt ſpernenda. ⁊ tamē ꝯtrarianť inter ſe ⁊ ita diceret de alijs extremitatibꝫ virtutū Ad dubiuꝫ r̄ndeť ꝙ illđ intelligiť ſi vnū nō ſe habeat ꝑ modū ſuꝑabundātie ⁊ aliđ ꝑ modū defectus. qꝛ ſi ita eſſꝫ ea q̄ ſunt ſpernenda ꝯtrienť inter ſe ſicut ꝓbat ratio dubij.

Ad rōnes. Ad p̄mā đr ꝙ vnū oppoſitū p̄t eſſe notius alio et ſꝫm rem ſi ſit ꝑfectius eo ⁊ etiam quo ad nos. Et ſic aliquando cōtrarium imꝑfectius ſꝫm rē eſt nobis notius. Ideo ex poſitōne vnius oppoſiti in aliquo ſubiecto poteſt oſtendi remotio alterius ab eodem ſubiecto. Ad ſcđam diciť ꝙ vnum oppoſitum infert aliud negatiue licet non inferat affirmatiue. Ultra dicitur ꝙ affirmatiua bene infert negatiuā virtute cuiuſdam negatiue ſubintellecte. vt cum dicitur hoc eſt albū igitur non eſt nigrum. ſubintelligiť iſta ꝓpoſitio nullum album eſt nigrum. Ad terciam dicitur ꝙ ſpecies viſibiles albi et nigri non contrariantur ſꝫm illud eſſe intentionale. licet albedo et nigredo ſꝫm ſuum eſſe reale inter ſe contrarientur. Et ideo ille ſpecies poſſunt eſſe ſimul in eodem puncto medij et in eodem viſu. quia in illis non habent eſſe niſi intentionale.

Quoniā autē oppoſitiōes ſunt q̄tuor cōſiderandū ex ꝯtradictōnibꝫ. queadmodū a cōſequētia ⁊ ecōtrario ⁊ iterimēti ⁊ cōſtruēti ſumendū ex inductiōe vt ſi hō aial. non animal nō homo. Siľr autē ⁊ in alijs. nā hec ecōtrario cōſeqñtia. nā hominē animal ſeqtur non hominē aūt nō animal non. ſꝫ ecōtrario non aial non hō ergo in omnibꝫ hmōi eſt cōcedendū. vt ſi bonū ſuaue ⁊ nō ſuaue nō bonū. Si aūt nō hec nec illico. ſiľr autē ſi non ſuaue nō bonū. bonū ſuaue

Manifeſtū ergo qm̄ ad vtrūqꝫ ꝯuertiť q̄ ſꝫm ꝯdictionē eſt ꝯña ecōtrario facta. In ꝯtrijs aūt cōſiderādū ſi ꝯtriū ꝯtrium ſequitur. aut ī ip̄o aut ecōtrario ⁊ interimēti ⁊ cōſtruenti. ſumendū āt et hmōi ex inductōe iquātū vtile. In ipſo ergo ꝯña eſt vt ī fortitudine ⁊ debilitate. nā hāc q̄dē ſeqtur ꝟtus. illā aūt viciū. ⁊ hāc q̄dē ſeqtur eligendū. illā aūt ſpernēdū. ergo ⁊ ipſa ⁊ hoꝝ ꝯña ꝯtriū em̄ eſt eligendū ſpernēdo. ſiľr āt ⁊ in alijs Ecōtrario āt ꝯñam vt euechiā q̄dē ſanitas ſeqť cachechiā āt egritudo. ſꝫ nō egritudinē cachechia. Manifeſtū ē ergo qm̄ ecōtrario in his cōſequētia ſit. raro āt ecōtrario accidit in ꝯtrijs ſed in pluribꝫ in ip̄o ꝯña. Si ergo neqꝫ in ip̄o ꝯtriū ſeqť cōtrariū neqꝫ ecōtrario palā qm̄ neqꝫ eorū q̄ dicta ſunt alterū ſeqť alterū. ſi āt ⁊ ī cōtrarijs et in his q̄ dcā ſunt neccē ē alterū ſeq̄ alterū Siľr aūt in ꝯtrijs et in priuatione et hitu ꝑſpiciendū ſꝫ nō eſt in p̄uatiōibꝫ ecōtrario. ſed ī ip̄o ꝯñam neccāriū ſꝑ fieri. velut viſū q̄dē ſenſuꝫ. cecitatē āt inſenſibilitateꝫ. Opponiť em̄ ſenſus inſenſibilitati. vt p̄uatio et habitus nā hoc q̄dē habitꝰ eorū illud āt p̄uatio. Siľr p̄uatōi ⁊ in his (q̄ ſꝫ ad aliq̄d) vtendū. In ipſo em̄ et horū ꝯña. vt ſi tripulū multiplex ⁊ ſubtripulum ſubmultiplex Diciť em̄ triplū q̄dē ad ſubtriplū. multiplex āt ad ſubmultiplex. Ruſus ſi ſcīa opinio et ſcibile opinabile. et ſi viſus ſenſus et viſibile ſenſibile. Inſtātia qm̄ non neceſſe eſt in his q̄ ſunt ad aliq̄d ꝯñaꝫ fieri. queadmodū dictū ē. nā ſenſibile ſcibile eſt. ſenſus āt nō eſt ſcientia. nō tñ vera inſtātia videtur eſſe. multi em̄ non dicūt ſenſibilium eſſe ſciam Amplius ad cōtrariū nō minꝰ vtile qđ dcm̄ eſt. vt qm̄ ſenſibile nō eſt ſcibile. neqꝫ em̄ ſenſus ſcientia.

Queritur Utrum conſequentia in econtrario valeat in ꝯtradictorijs. et ꝯſequentia in ip̄o valeat ſolum in alijs oppoſitis. Arguitur p̄mo ꝙ non. qꝛ

ſicut ꝯſequens eſt in plus q̄ʒ añcedens ſic oppoſitū conſequentis in plus ſe habet q̄ʒ oppoſitum añcedentis. igitur ex oppoſito ꝯſequentis non ſeqtur oppoſitum añcedentis. et ſic ꝯſequentia in econtrario non valet in contradictorijs. Scđo. ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis. ita negatio eſt cauſa negatōnis. vt diciť p̄mo poſterioꝝ. igitur ſi añcedens affirmatiuū inferat conſequens affimatiuū etiam ꝯtradictorium añcedentis infert ꝯtradictoriū ꝯſequentis. igitur ꝯſequentia in ip̄o valet in ꝯtradictorijs. Tercio. non ſeqtur in contrarijs timor eſt vicium. igitur audacia eſt virtus. Nec in p̄uatiue oppoſitis ſeqtur videns eſt ſentiens. igitur cecus eſt inſenſibilis Nec in relatiue oppoſitis ſeqtur. pater eſt albus. igitur filius eſt niger. ergo ꝯſequentia in ip̄o nō valet in alijs oppoſitis. In oppōm ē. p. ī textu

Sciendū eſt primo. Ꝙ poſtq̄ʒ phs docuit terminare ꝓblemata ſimplicis inherētie reſpiciendo ad oppoſita quantū ad ſuam inherentiā. Cōſequēter docet terminare ꝓblemata ip̄a inſpiciendo ad ip̄a oppoſita quantū ad ꝯſequentiā ip̄orum. et primo in contradictorijs et deinde in alijs oppoſitis.

Sciendū eſt ſcđo. ꝙ vt ſufficit ad ꝓpoſituꝫ duplex eſt ꝯſequentia. ſcꝫ ꝯſequentia in ip̄o et ꝯſequentia in econtrario. et quelibet eſt duplex. nam quedaꝫ eſt terminoꝝ. et alia eſt ꝓpōnum. Unde ꝯſequentia in ip̄o ꝓpōnum eſt quando eodem ordine ſeruato añcedens infert ꝯſequens et oppoſitum añcedentis infert oppoſitum ꝯſequentis. Sed ꝯſequentia in ip̄o terminoꝝ eſt quando in añte aliquod p̄dicatuꝫ dicitur de ſubiecto ⁊ in ꝯſequente oppoſitum p̄dicati dicitur de oppoſito ſubiecti. Sed ꝯſequentia in econtrario ꝓpōnum eſt quando añcedens infert ꝯſequens. et ex oppoſito ꝯſequētis infert oppoſitum añtis. Cōſequētia vero in econtrario terminoꝝ eſt quādo aliquod p̄dicatum diciť de ſubiecto in añte. et oppoſitum ſubiecti diciť de oppoſito predicati in ꝯſequente. Et diciť ꝯſequentia in ip̄o. qꝛ ſeruatur idem ſitus et idem ordo in añte et in ꝯſequente. Sed dicitur ꝯſequentia in econtrario ꝓpter euerſum ſitum añcedentis et ꝯſequentis.

Concluſio p̄ma. ꝯſequētia in ip̄o terminoꝝ nō valet formaľr in ꝯtradictorijs. ſꝫ quādoqꝫ tenet materialiter vt in terminis ꝯuertibilibꝫ. ſꝫ ꝯña in econtrario tā terminoꝝ q̄ʒ ꝓpōnum tenet in ꝯtradictorijs. Prima ꝑs ꝯcluſionis patet. qꝛ nō ſeqtur ſi hō eſt. aīal ē. igiť ſi eſt nō hō eſt nō aīal. Et cā eſt. qꝛ ibi arguiť a deſtructione añtis ad deſtructōem ꝯñtis. Scđa ꝑs patet. qꝛ bñ ſeqtur grā materie hō eſt riſibilis. igiť nō hō eſt nō riſibilis. ⁊ ſiľr diceret de ꝯſequentia in ip̄o ꝓpōnum. Tercia ꝑs ꝯcluſionis patet ꝑ illā regulā. ſi aliqua ꝯſequentia ſit bona. ex oppoſito ꝯtradictorio ꝯſequentis ſeqtur ꝯtradictoriū añtis. Ut bene ſequitur ſi hō eſt. aīal eſt. igiť ſi eſt nō aīal. eſt nō hō Et in ꝯñtia terminoꝝ. vt oīs hō eſt aīal. igiť omē nō aīal eſt nō hō. Et maxime confirmantes iſta argumenta ſumunť ex illa maxima cōmuni ſicut oppoſitum in oppoſito. et ꝓpoſitum in ꝓpoſito

Concluſio ſcđa ꝯſequentia in econtrario terminoꝝ et etiam ꝓpōnum quandoqꝫ tenet in contrarijs gratia materie. Unde ſolum in ip̄is valent qñ habent modum totius integralis et partis eius. patet concluſio. qꝛ bene ſeqtur euechya eſt ſanitas. igitur egritudo eſt cathechya. Euechya vero eſt bona diſpoſitio intus et extra. Et diciť ab eu quod eſt bonuꝫ et chymos qđ eſt humor. Sed cathechya eſt mala diſpoſitio intus vľ extra. et diciť a cacos quod eſt malum ⁊ chymos quod eſt humor.

Dubitať p̄mo. vtꝝ ꝯñtia in ip̄o terminoruꝫ valeat in ꝯtrarijs. Ad dubium r̄ndetur ꝙ ſic quatuor conditionibꝫ obſeruatis. Prima eſt. ꝙ ponatur ꝯſtantia ſubiecti ꝯſequentis. Scđa eſt ꝙ arguať in p̄dicatis ꝑ ſe. ideo nō ſeqtur album eſt dulce. igiť nigrū eſt amaꝝ. Tercia eſt ꝙ extrema vnius ꝯtrarietatis nō cōtineanť ſub eodem mēbro alterius ꝯtrarietatis. Ideo non ſeqtur. ꝓdigalitas eſt vicium. ideo illiberalitas eſt virtus. qꝛ duo ibi ꝯtraria ſubiecta ꝯtinētur ſub vno. ſcꝫ vicio. Quarta ꝯditio eſt ꝙ in vtraqꝫ ſit idē modꝰ oppoſitōnis. ideo nō ſeqtur illiberalitas eſt defectus. igiť liberalitas eſt ſuꝑabundantia. qꝛ predicata opponūtur tanq̄ʒ duo extrema. ſubiecta vero tanq̄ʒ mediū ⁊ extremum. Sed iſtis ꝯditionibꝫ obſeruatꝭ ſemꝑ tenet in cōtrarꝭs. vt bñ ſeqtur. Iuſticia eſt virtus. igitur iniuſticia eſt vicium. Siľr ꝯſequentia in ip̄o ꝓpōnum valet in cōtrarijs duabꝫ ꝯditionibꝫ vltimis obſeruatis. vt bene ſeqtur. ſi ſortes eſt iuſtus eſt virtuoſus. igitur ſi eſt iniuſtus eſt vicioſus.

Dubitať ſcđo. vtꝝ ꝯñtia in ip̄o terminorum valeat in p̄uatiue oppoſitꝭ. et ī relatiue oppoſitis Ad dubium reſpondeť p̄mo. ꝙ illa ꝯſequentia valet in p̄uatiue oppoſitis tribꝫ ꝯditionibꝫ obſeruatis. Prima ē ꝙ ponatur ꝯſtantia ſubiecti ꝯſequentis. Scđa eſt ꝙ arguatur in p̄dicatōnibꝫ ꝑ ſe. Tercia eſt ꝙ p̄uatio ſuꝑioris habitus reſtringať ꝑ habitū inferioris p̄uatōnis. ıō non ſeqtur videns eſt ſentiēs. igiť cecus eſt inſenſibilis. ſed bene ſeqtur igitur cecus eſt inſenſibilis ſenſu viſus Similr ꝯſequentia in ip̄o ꝓpōnum tenet in p̄uatiue oppoſitis vltima conditōne obſeruata. Patet qꝛ bene ſeqtur. ſi aliq̄d eſt tangibile illud eſt ſenſibile. igitur ſi aliq̄d eſt intangibile illud ē inſenſibile ſenſu tactꝰ. Et maxima iſtoꝝ eſt. ſi p̄uatiuū in p̄uatiuo. et ꝓpoſitū in ꝓpoſito. Sed ꝯña in ecōtrario terminoꝝ ⁊ ꝓpoſitionū nō valent in p̄uatiuis. niſi gratia materie. Diciť ſcđo ad dubium ꝙ ꝯſequētia in ip̄o terminoꝝ valet in relatiue oppoſitis quatuor ꝯditionibꝫ obſeruatis. Prima ē ꝙ ponatur ꝯſtantia ſubiecti ꝯſequētis. Scđa eſt ꝙ arguať in p̄dicatōnibꝫ ꝑ ſe. Tercia eſt ꝙ ambo extrema vnius ꝓpōnis non ꝯtineantur ſub vno mēbro alterius Quarta eſt ꝙ arguať in relatiuis ſꝫm rem. Et illis ꝯditōnibus obſeruatis valebit ꝯſequentia. vt duplex eſt multiplex. igitur ſubduplex eſt ſubmultiplex. Et ſimiľr cōſequentia in ip̄o ꝓpōnū valet in relatiue oppoſitis duabꝫ vltimis conditōnibꝫ obſeruatis. vt bene ſeqtur. ſi aliquid eſt duplum illud eſt multiplex. igitur ſi eſt ſubduplum eſt ſubmultiplex Sed conſequentia de contrario terminoꝝ et ꝓpōnum non valet in relatiue oppoſitis niſi quandoqꝫ gratia materie

Ad rōnes Ad primam negeť añs. qꝛ ex quo conſequēs eſt cōmunius añte ſuum ꝯtradictorium eſt minus cōmune q̄ʒ ꝯtradictoriū añcedentis. qꝛ de paucioribus dicitur. Ad ſcđam dicitur ꝙ illa autoritas ſolum tenet in terminis conuertibilibꝫ. et in illis bñ valet conſequentia in ip̄o ratōne materie. Ad terciam patet ſolutio ex dictis in ſcđo articulo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Rurſus in ꝯiugatis ⁊ caſibꝰ ⁊ interimēti et ꝯſtruenti. dicūtur aūt ꝯiugata q̇dē hmōi. vt iuſta ⁊ iuſtus iuſticie. ⁊ fortia ⁊ fortis fortitudini. Silr̄ āt ⁊ pfectiua ⁊ ꝯſeruatiua. cōiugata illi cuiꝰ ſunt pfectiua vl̄ ꝯſeruatiua. vt ſalubria ſanitatis. ⁊ euecbiuma euecbie. eodē aūt mō ⁊ in aliȷ̇s. ergo ꝯiugata q̇dē talia ſolēt dici. Caſus āt vt iuſte ⁊ fortit̄ ⁊ ſalubrit̄ ⁊ q̄cūq3 eodē mō dicūt̄. Videntur aūt ⁊ que ſunt ſm̄ caſus ꝯiugata eſſe. vt iuſte iuſticie. ⁊ fortiter fortitudini. Cōiugata aūt dicūtur ſm̄ eandē ꝯiugatōem oīa vt iuſticia iuſtū iuſte. Manifeſtū ḡ q̄m̄ vno q̄libꝫ oñſo eorū q̄ ſm̄ eādē ꝯiugatōēꝫ bono vel laudabili ⁊ reliqua oīa oñſa ſūt. vt ſi iuſticia eſt laudabiliū. et iuſtꝰ et iuſtū et iuſte laudabiliū. dicere ḡ iuſte ⁊ laudabilr̄ ſm̄ eūdē caſuꝫ a laudabili. queadmodum iuſte a iuſticia. Conſiderandū aūt nō ſolum in eo quod dictū eſt ſed in ꝯtrario ꝯtrariū. vt q̄m̄ bonum non ex neceſſitate ſuaue. neq3 em̄ malum triſte. aut ſi hoc ⁊ illud: ⁊ ſi iuſticia ē ſcia et iniuſticia ignorantia. ⁊ ſi quod iuſte et ſciēter et experienter et iniuſte ignoranter ⁊ inexperienter. Si aūt hoc nō neq3 illa velut in hoc quod nunc dictum eſt. magis aūt apparebit qd̓ iniuſte eſt experienter q̄3 inexperienter. Hic aūt modus dictus eſt p̄us in ꝯrioꝝ conſequentiȷ̇s. nihil em̄ aliud oſtendimus q̄3 ꝯtrariū ſequi ꝯriuꝫ

Amplius in generationibꝫ ⁊ corruptionibus et efficientibꝫ ⁊ corrūpentibꝫ. ⁊ interimenti et ꝯſtruenti. quoꝝ ſunt generatōes bone et ipſa ſunt bona. et q̄rum generatōes male et ipſa mala ſunt. In corruptōibꝰ aūt ecōtrario. ſi em̄ corruptōes bone ipā q̄q3 mala ſunt ſi aūt corruptōes male ipā bona ſunt. eadē ratio ē in efficientibꝫ ⁊ corrūpētibꝰ. q̄rū em̄ effectiua bona et ipā bona quoꝝ vero corruptiua bona et ipſa mala.

Rurſus in ſimilibus ſi ſilr̄ ſe habent. vt ſi diſciplina vna plurū et opinio. et ſi viſum habere eſt videre. et auditum habere eſt audire Similiter autem et in aliȷ̇s et in his q̄ vident̄. Utilis āt locus hic ad vtrūq3. nā ſi in aliquo ſimiliū ſe hꝫ et in aliȷ̇s ſilibus Cōſiderandū āt et i vno et in pluribꝰ ſi ſilr̄ ſe habꝫ. aliquotiens em̄ differt. vt ſi ſcire eſt intelligere. et multa ſcire eſt multa intelligere. hoc aūt non verum. cōtingit em̄ plura ſcire. intelligere āt nō. ſi aūt nō hoc neq3 illud. quod i vno q̄m̄ ſcire itelligere ē. Amplius ex magis et minꝰ. Sunt aūt eius qd̓ eſt magis loci quattuor. vnus q̇dem ſi magis ſequitur magis. vt ſi voluptas bonū et mag̃ voluptas magis bonū. et ſi iniuriā ferre malū. et magis iniuriā ferre magis malū. Utilis āt ad vtrūq3 hic locus. nam ſi cōſequens eſt ſubiecti incremēto accidēt̃ incremētū queadmodū dictū eſt manifeſtū quoniā accidit eſt ſi aūt non ſequitur nō accidit. hoc aūt in inductione ſumēdū. Amplius vno de duobus dicto. ſi em̄ cui magis videtur ineſſe nō ineſt nec cui qd̓ minus. et ſi cui minus videt̄ ineſſe ineſt. et cui magis Rurſum duobꝫ de vno dictis. ſi qd̓ magis videt̄ ineē nō ineſt. nec qd̓ minus. ſi vero qd̓ minus videt̄ ineſſe ineſt. et qd̓ magis. Amplꝰ duobꝫ de duobus dictis. ſi qd̓ alteri magis videt̄ ineē nō eſt. nec qd̓ reliquū reliquo: aut ſi qd̓ minus videtur alteri ineſſe ineſt. et reliquū reliquo. Amplꝰ ex eo qd̓ ſilr̄ ineſt nobis videt̄ ineē triplr̄. quemadmodū in eo qd̓ magis. vt in poſterius dictis tribus locis dicebat̄. Cū em̄ vnū q̇dem duobꝫ ſilr̄ ineſt aut videt̄ ineſſe. ſi alteri nō ineſt neq3 alteri. ſi alteri aūt ineſt. ⁊ reliq̄ ſiue duo eidē. ſilr̄ ſi alteꝝ nō inſit. nec reliquū. ſi aūt alteꝝ et reliquū Eodē aūt mō et ſi duo duobꝫ ſilr̄ inſunt. nam ſi alteꝝ alteri nō ineſt neq3 reliquū reliquo. ſi āt inē alteꝝ alteri. et reliquū reliquo. Ex magis ergo ⁊ minus et ſimilr̄ tot modis ꝯtingit argumētari.

Amplꝰ aūt ex appōne. ſi alteꝝ ad alteꝝ appoſitum facit bonū vel albū qd̓ non fuit p̄us album vel bonū. qd̓ appoſitū eſt erit albū vel bonum quale et totū facit. Amplius ſi hoc quod erat appoſitū q̇dem magis facit tale quale erat. et ipm̄ erat hmōi. ſilr̄ aūt et in aliȷ̇s. Utilis autē non in om̄ibus hic locus. ſed in q̇bus eius qd̓ eſt magis incrementū accidit fieri. Iſte vero locus non conuertitur ad deſtruendū. nam ſi nō faciat quod appoſitū eſt bonum. nondū manifeſtum eſt ſi ipm̄ non ſit bonū. nam bonū malo appoſitū non ex neceſſitate bonū totū facit neq3 albū nigro. Rurſus ſi q̇dem magis et minus dr̄. et ſimplr̄ ineſt. qd̓ em̄ non eſt bonū vel albū neq3 magis et minus bonū vel albū dicere: naꝫ malū de nullo magis vel minus bonū. ſꝫ magis malū vel minus dicere. Nō ꝯuertit̄ āt neq3 hic locꝰ ad deſtruēdū multa em̄ coꝝ (q̄ nō dicunt̄) magis ſimplr̄ inſunt. hō em̄ nō dr̄ magis ⁊ minus ppter hoc nō eſt nō hō. Eodē mō ꝯſiderādum et in his q̄ ſunt ſm̄ q̇d et q̄ñ ⁊ vbi nā quod ſm̄ q̇d ⁊ q̄ñ et vbi dr̄. ⁊ ſimplr̄ dr̄. nā qd̓ ſimplr̄ ē

impoſſibile. neq3 ſm̄ q̇d. neq3 q̄ñ neq3 vbi ꝯtingit Inſtantia q̄m̄ ſm̄ q̇d q̇dem ſunt naturaliter ſtudioſi. vt liberales et caſti. ſilr̄ aūt q̄ñ q̇deꝫ ꝯtigit corruptibiliū aliq̇d nō corrūpi ſimplr̄ āt non corrūpi. Eodē āt modo vbi q̇deꝫ expedit hmōi dcā vti i egrotatiuis locis ſimplr̄ āt nō expedit. Amplꝰ q̇deꝫ vbi tm̄ vnū poſſibile ſimplr̄ āt nō poſſibile vnū tm̄ eſſe. Eodē āt modo et vbi q̇dē bonū mactare patreꝫ in triuanis. ſimplr̄ āt non bonū. aut hoc q̇dē nō vbi ſignificat. ſꝫ q̇buſdā nihil em̄ differt vbi ſint. vbiq3 enim ſint eis erit bonū vt in triuanis Rurſus q̄ñ q̇deꝫ expedit medicari. vt q̄ñ egrotat ſimplr̄ āt nō. aut neq3 hoc q̄ñ ſignificat i eo q̄ afficit̄ aliq̄ modo. nihil em̄ differt q̄ñcunq3 ſi ſic tm̄ affectus ſit Simplr̄ āt eſt q̄ nullo addito dicis. vt q̄m̄ bonū eſt. aut cōtrariū. vt patrē mactare nō dicis bonū eſſe. ſꝫ q̇buſdā bonū eſſe. non ergo ſimplr̄ bonū. ſꝫ deos honorare bonū dicis nihil addēs. ſimplr̄ enim bonū eſt. quare qd̓ nullo addito videt̄ bonū vel prauū vel aliqd̓ taliū. ſimplr̄ dicere

Querit̄. Utrū ꝯſideratōnes poſite in textu ad termināndū pblemata ſimplicis īherētie p̱ locos medios ſint ſufficienter aſſignate. Arguit̄ q̄ nō. qꝛ nō ſeq̄tur. albū eſt dulce. igit̄ albedo eſt dulcedo. neq3 ſeq̄t̄ hō ē aīal. igit̄ humanitas eſt animalitas. ⁊ tn̄ ibi arguit̄ p̱ locum a ꝯiugatis. igitur. Scd̓o. nō ſeq̄tur generatio ē bona. igit̄ genitū eſt bonū. qꝛ p̄t fieri malū poſtq̄3 genitum eſt. ideo male ponit̄ ꝯſideratio ad arguendū per locum a generatōne. Silr̄ nō ſequitur. corruptio xp̄i fuit bona. ergo xp̄s fuit malus. ⁊ tn̄ ibi arguit̄ p̱ locum a corruptione. igit̄ ⁊c̄. Tercio. nō ſeq̄tur aliq̄ ſunt naturaliter liberales vel caſti. igit̄ ſunt liberales vel caſti ſimpliciter. Neq3 ſeq̄tur ꝯtingit aliqd̓ corruptibile nūc nō corrumpi. igitur contingit aliquod corruptibile non corrūpi. ⁊ tn̄ ibi arguit̄ p̱ locū a ſm̄ q̇d ad ſimplr̄ q̇ ponit̄ in textu. igit̄ ille locus male aſſignatur. In oppoſitum eſt p̄hus in textu.

Sciendum ſecūdo. ꝙ inſpiciendo in ptes totius integralis tripliciter interimit͛ definitio penes triplicem modū definiendi per ptes. Quia aut ptes totiꝰ integralis dicunt hoc eſſe hoc. hoc eſt ponūtur in recto. Aut hoc eſſe ex his hoc eſt ponūtur in obliquo. Aut dicunt hoc eſſe cū hoc. hoc eſt ponūtur in recto et obliquo. Penes primū modum quo partes ponūtur in recto ponitur talis cōſideratio. Si totum integrale definitur ꝑ partes poſitas in recto ſequitur definitū ineſſe ambobꝫ in definitione poſitis et neutrū eorū ineſſe. Hoc āt eſt incōueniēs ꝙ idē ierit vtriq̄ꝫ ꝛ neutri inerit vt ſi definiat͛ iuſticia ſicut totum integrale qđ eſt temperantia ꝛ fortitudo copulatiue. Si em̄ ſunt duo homines quibꝫ vtrūq̄ꝫ diuiſim inſit ita ꝙ vnus ſit temperatus et non fortis et alter fortis et nō tēperatus ſequitur ꝙ illi ambo eēnt iuſti eo ꝙ ambo habent fortitudinem et tēꝑantiā. ex q̄bus integratur iuſticia ꝛ neuter habet eam. Si autē dicitur ꝙ hoc nō eſt incōueniens ꝙ aliq̄bꝫ diuerſis inſunt oppoſita eo ꝙ vni ineſt temperantia ꝛ timiditas ꝛ alteri inſit fortitudo et tēperantia qđ iterū nō eſt incōueniens. Quia in multis ſic accidit oppoſita ineſſe diuerſis. ſicut in ſimili cōtingit aliquos duos ambos ſcꝫ ſimul habere vnam vineam cōmunem. ita ꝙ neuter per ſe habeat eam. Hoc deducit phus ad manifeſtius inconueniens. quia ſequitur ex hoc ꝙ contraria inſunt ſimul eidem. Quia poſito ꝙ vnum oppoſitorum habeat temperantiam cum timiditate et alterum fortitudinem habeat cum temperantia tunc ſequitur ꝙ quodlibet eorum habet iuſticiam et iniuſticiam quia habet temperantiam cū timiditate. Et ſicut per temperantiam eſt iuſtus ita per timiditatem eſt iniuſtus. Ex quo iuſticia eſt hoc. et hoc copulatiue et quodlibet illorum eſt idem iuſticie. eo ꝙ de quolibet illorum predicatur in recto ſicut qui habet fortitudinem cum temperantia. Sicut per fortitudinē eſt iuſtus ita per intemperantiam eſt iniuſtus. Quia iniuſticia eſt timiditas ꝛ temperantia. ita ꝙ de ipſis predicatur diuiſim in recto. Item aliud incōueniens. Quia ſic definientem neceſſe eſt confiteri ꝙ partes diuiſim ſint eedem toti. quia aliter non in recto predicarentur de toto. Quod autem hoc ſit falſum manifeſtum eſt in toto integrali eterogenio vbi manifeſtum eſt ꝙ definitio totius eſt in cōpoſitione ꝑtium ꝛ nō in qualibet ſingillatim. ſicut eſt in domo et in alijs ſimilibus. Quia in illis deſtructa parte deſtruitur totum ſed non ecōuerſo. q̄a non exiſtēte toto nihil prohibet ꝑtem eſſe. vt deſtructa domo nihil prohibet fundamentum eſſe ſeu parietem. Ex quo patet ꝙ non ſunt eedem partes diuiſim accepte toti. Conſequenter circa ſecūdum modum definiendi totum integrale ꝑ partes quando videlicet totum definitur ex his ita ꝙ partes in obliquo predicantur de toto videndum eſt. Et circa iſtum modum ponuntur alique conſiderationes. Quarum prima eſt. ſi tales ſint partes ꝙ nihil integratū poſſit fieri ex his vt linea ꝛ numerus ſe habent ad inuicem tunc definitio eſt interimenda. Secunda conſideratio. ſi aliquis definiat ex talibus partibus in obliquo que quidem partes nō ſunt nate fieri in aliquo vno primo. hoc eſt in eodem interimitur definitio. Cuius ratio eſt. quia in toto integrali non eſt totum aliud preter partes. et ideo in eiſdem neceſſe eſt totum et partes eſſe propter quod totum non eſt in vna parte primo. ſed eſt in omnibus per debitam cōiunctioēm aggregatis. Tertia conſideratio eſt. ſi totum integrale definiatur ex talibus partibus que interimūtur ad interemptionem totius peccatum eſt in definitōne. Quia econuerſo deberet eſſe. quia per tales definitur totū integruꝫ et non econuerſo. Quarta conſideratio eſt. Si totum quod eſt ex partibus eſt ſimpliciter quid vnum hoc eſt aliquid bonū vel malum. Partes autem non ſint aliq̄d bonū vel aliquid malū ſed neutrum ſunt peccat definitio. Quia totum nihil habet de bono vel malo niſi a ꝑtibus. Et ecōuerſo ſi ptes ſint bone vel male. totum vero non. interimitur definitio. quia bonitas ꝑtium in forma totius conſiſtit. ꝛ ergo ex bonis vel malis partibus impoſſibile eſt totum integrale fieri. Adhuc conſiderādum eſt. ſi in talibus partibus alterum conſtituentium eſt magis bonum q̄ꝫ alterum interimitur definitio. Ut ſi dicatur impudicitiā integrari ex fortitudine ꝛ falſa opinione. In quibꝫ fortitudo magis habet rationem boni q̄ꝫ falſa opinio mali. Totum ergo quod eſt ex his debet ſequi illud quod eſt bonum. Ita ꝙ totum ſit ſimpliciter bonum. Aut ꝙ ſit magis bonū q̄ꝫ malum. Et cum ita non ſit manifeſtum eſt ꝙ male definitum eſt ex his. Et iſta conſideratio tenet in illis in quibus vtrūq̄ꝫ cōponētium in cōpoſito retinet ſuam virtutem in alijs aūt nō tenet. quia ſepius cōtingit ꝙ vtrūq̄ꝫ permixtorū per ſe ſeparatum ſit bonum et permixta ſimul ſint mala. ex alteratione quam mutuo patiunt͛ adinuicem ſicut vinuꝫ per ſe ē bonū et lac per ſe bonū et ſimul ꝯmixta generāt lepram. Alia conſideratio eſt. ſi aliquid ſit ex meliori et peiori. tunc ſi totum conſtitutum nō ſit melius peiore et peius meliore. interimitur definitio iterum. Adhuc cōſiderandum eſt. ſi totum eſt vniuocū nomine et ratione cū altero cōponentium. quia ſi ſic interimitur definitio. Quia totum eutrogenium non eſt eiuſdem rationis in ſuis partibꝫ. Sicut nulla litterarū ex quibus componitur ſyllaba predicatur de ſyllaba vniuoce. Ultima conſideratio. ſi in definitione totius integralis ex partibus in obliquo nō determinetur modus ꝯpoſitiōis qualiter videlicet totum cōſtituitur ex talibus partibus interimitur definitio. Quia nō quolibet modo partes cōuenientes ad cōpoſitionē conſtituunt ipm totum. et ideo non eſt ſufficiens ad cognoſcēdū totum integrale quod eſt ex ꝑtibus. Sed oportet etiam ſcire qualiter totum in forma et figura eſt ſic vel ſic cōſtitutum ex illis. Conſequēter de tertio modo definiendi totum integrale videlicet ex vna in recto et altera in obliquo. vt ſi aſſignetur eſſe hoc cum illo dicitur multipliciter. aut em̄ dicitur hoc cū illo. qꝛ ex illis ſimul mixtis. Sicut in exemplo ydromel qđ ē ex melle et aqua. vel dicit mel ꝛ aquam. Uel dicit illud quod ex melle ꝛ aqua. Et ad interimendum hoc modo datam definitōem adducende ſunt eedem conſiderationes que prius habite ſunt. Et p[illegible]ter iſtas adhuc ponūtur alie ſpeciales. Et primo diſtinguendum eſt quot modis dicitur alterū cū altero. Quia vel eſt cū illo in eodē ſuſceptibili ſiue ſubiecto ſicut fortitudo ꝛ iuſticia cū aīa. Secūdo modo dicit͛ alterū cū altero cū quo eſt in eodeꝫ loco. Aut tertio modo dicitur vnū cum altero cū quo ē in eodem tempore. Et etiam vnus ꝓprius modus quo vnum eſt cum altero dicatur hoc cū illo. Quia vnuꝫ eſt propter alterum. vt cauſam. et iſte non reducitur ad aliquem dcōꝝ. Conſiderandū ergo ſi definitio totius integralis ſm aliquem dictorum modorū dicat hoc cum illo ꝛ ſic non interimitur definitio. Si aūt ſm aſſignatā definitōem totius integralis verū ſit hoc eſſe cū illo ſm illum modū tm̄ quo hoc cum illo dicitur eo ꝙ vtrūq̄ꝫ eſt in eodem tempore. Tunc cōſiderandū eſt. ſi vtrūq̄ꝫ iſtoꝝ non refertur ad idem ſicut ad finē. vt ſi aliquis definiens fortitudinem dicat eam eſſe audaciā cū intellectu recto. Contingit autem audaciam referri circa ea. per conſequens que efficiunt fortitudinem ſine fraude. Et ſic ille particule dicte nō referuntur ad idem et non erit fortis. Quia habebit in eodē tēpore audaciam cū intellectu recto. Aut videlicet ſi iſta audacia cū intellectu recto non referatur ad idē. ſicut cōtingit in medicinalibus habere audaciam in dando potiones et intellectuꝫ rectum in cōfectione medicinarum. Quia cum nō refertur vtrūq̄ꝫ ad proprium fortitudinis ꝓpter finem. videlicet. ad ſuſcipiendū ꝑicula p̄liorū. ideo non eſt hoc cū illo fortitudinis definitio.

¶Dubitatur primo. Qualiter interimēda eſt definitio totius integralis ꝑ inſpectionem ad formaꝫ compoſiti. Pro ſolutione dubij ſciendū. ꝙ poſtq̄ꝫ oſtenſum eſt qualiter interimitur definitio totius ꝯpoſiti integri ex ꝑte materie. Conſequenter videndū eſt qualiter interimitur definitio ex ꝑte forme compoſitionis. Et eſt conſideratio talis. ſi aliquis definiens totum integrū dixerit. totum eſſe cōpoſitionem ꝑtiuꝫ conſiderandū eſt an determinabit qualis ſit cōpoſitio. vt ſi quis carnem definiens dixerit eſſe compoſitionem ignis aeris aque ꝛ terre. Hoc em̄ nō ſufficit ſed oportet addere qualis ſit compoſitio. quia non ex his quolibet modo compoſitis ſit caro. ſed potius ex his compoſitis ad medium in tactu. Unde ꝙ nullum cōpoſitorum integralium ſit compoſitio. ꝓbat͛ duabus rationibus. Prima eſt omni compoſitioni ſiue fuerit ꝑ naturam ſiue per artem diſſolutio eſt contraria ſed dictorum compoſitorum nihil eſt cōtrarium. qꝛ nulli ſubſtantie aliquid eſt cōtrarium. ergo nullum cōpoſitorum integralium eſt cōpoſitio. Scđa ratio. quia ſicut eſt in vno compoſitorum ita veriſimiliter erit in oībus alijs. Sed ſingulum animalium eſt compoſitum ex corꝑe et aīa et tm̄ non eſt compoſitio aliqua. Secunda conſideratio eſt. ꝙ ſi in aliquo cōpoſitorum equaliter ſunt nata eſſe contraria. ꝛ definiens cōpoſitū definit ipſum per vnum cōtrariorū manifeſtum eſt ꝙ nō dixit totū eſſe cōpoſitū et ideo interimitur definitio. Si āt aliquis dicat ꝙ hoc nō ſit verū phus ducit ad hoc incōueniens ꝙ eiuſdem eſſent plures definitiones. Quia qua rōne definitur per vnum contrariorum ſimili ratione definitur ꝑ reliquū. Ex quo vtrūq̄ꝫ cōtrariorū natum eſt eſſe ſimiliter in cōpoſito. Talis em̄ vt ꝓ exemplo dicat͛ eſt definitio. quā quidā aſſignant de aīa. vt ꝙ eſt ſubſtantia diſcipline ſuſceptibilis. Quia equaliter eſt ignorātie ſuſceptibilis ſicut diſcipline. et ſic ē definibilis ꝑ vtrūq̄ꝫ.

Dubitatur ſecundo. De documentis obſeruandis circa definitōnem interimendā. Pro ſolutione dubij. Sciendum ꝙ poſtq̄ꝫ phs in ſpeciali docuit interimere definitionē inſpiciendo in ptes definitōis ꝛ totā definitōem. Iam in fine ponit quaſdam ydoneitates obſeruandas circa interemptionem definitōis. Et ſunt q̄tuor documenta. Primū eſt ꝙ oportet opponentē ſi non habeat argumenta ꝯtra totam definitionem conari contra ꝑtem aliquam ſicut contra genus vel differentiam. ſi illa pars ſit nota. nam ꝑte interēpta interimit͛ totum. Secundum documentū eſt ex ꝑte reſpōdentis. ꝙ oportet reſpondentem explanare. quecūq̄ꝫ obſcura ſunt i definitionibꝫ et per diſiunctionem formare et ſic conſiderare argumēta que abūdant ad interimendū definitionem. Quia neceſſe eſt reſpondenti. aut cōcedere illud qđ ꝓpoſitum eſt ab opponente: aut declarare id qđ dꝛ in definitōne aſſignata. Tertium documentū eſt. ꝙ oportet in definitōnibꝫ fieri quēadmodū in cōuentionibꝫ legum et pactis. in quibus primū inducitur lex aliqua. Deinde ſi propter aliquos caſus de nouo emergentes occurrat lex aliqua melior. neceſſe eſt interimere anterioreꝫ abrogantes ei per ſecūdam. Sicut etiam in definitōnibꝫ ſi prima data definitōne. aſſignet͛ alia melior ita ꝙ ꝑ eam notificetur magis definitū tūc prior interempta eſt per ſecūdaꝫ qꝛ vnica eſt definitio ſicut vnicū eſt eſſe. Quartum documētum ꝙ nō minimū elementū ſiue ꝓncipiū ad terminandū definitōem eſt ꝙ oꝫ definientē directe ſm ſubſtātiam ꝛ quidditatem definire illud qđ ꝓpoſitū eſt. ꝛ definitōem ſic aſſignatā reſumere. ꝛ diligenter examinare eā ad artem definiendi ſicut ſi quis aliquod artificiatoꝝ referat ad exēplar. ſm ꝙ factum eſt ꝛ ꝑ illud indicet vtruꝫ bn̄ factū ſit. Et vlterius ſciendū. ſiue conſiderandū eſt vtrū diminutum aliquod vel ſuꝑfluum in ſe habeat definitio. Quia ſic poterit quis magis abūdare argumētis. ex iſtis iam ſufficienter patent͛ ea que circa definitionem dicuntur.

Ad rōnes. Ad primā dꝛ ꝙ totum integrale debet definiri per partes ipm cōſtituentes. et tales ſunt materiales et integrales. Et vlterius dꝛ ꝙ ptes defini

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tionis totius eſſentiales debēt eſſe formales. Non autē
obſtat in definitōe totius integri definiri ꝑ materiā. que
etiam pōt predicari de toto licet nō in recto tamē in obli
quo vt homo eſt ex carne et oſſibꝫ et anima compoſitus
Et tm̄ de queſtione et de toto ſexto thopicorū

¶Sequitur ſeptimus liber Thopicorū.

Trum aūt idez

aut diuerſum ſm ꝑncipaliorē
eorū qui dicti ſunt de eodē mo
dum. dicebatꝰ em̄ ꝑncipaliter
idem ꝙ numero vnū. Cōſide
randū ex caſibus et ꝯiugatis et oppoſitis. naz
ſi iuſticia idem eſt fortitudini. et iuſtus forti. et
iuſte fortiter Similiter aūt et oppoſitis. nam ſi
hec eadē ꝛ oppoſita his eadē ſm quālibet dic/
tarū oppoſitionū. nihil em̄ differt hoc vel hoc
oppoſitū ſumere eo ꝙ eadē ſunt. Rurſum ex ef
fectiuis et corruptiuis et generatōibus et cor/
ruptōnibus et ideo ex his queſilr ſe hn̄t ad al/
terutrū. nā quecūq3 ſimplr eadē et generatiōes
eorū et corruptōes eedē et effectio et corruptio
Cōſiderandū aūt ꝛ quorū alterū maxime dicitꝰ
quodlibet et ſi alterū ip̄m ſm idē maxime dicitꝰ
Sicut xenocrates beatam vitā et ſtudioſaz aſ
ſignauit eandē. eo ꝙ oīm vitarū maxime eligē
da eſt ſtudioſa et beata. vnū em̄ maxime eligen
dum et maximū ſimiliter et in alijs hmōi Opor
tet aūt vtrūq3 vnū numero eſſe quod dicitꝰ ma/
ximū et maxime eligendū. ſi aūt nō erit oſtenſuz
qꝺ idem nō neceſſariū em̄ ſi fortiſſimi grecorū
ſunt peloponij ꝛ lacedemonij eoſdē eſſe pelopo
nios ꝛ lacedemonios: eo ꝙ non vnus numero
peloponius et lacedemonius. ſed ꝯtingit. q̇dē
alterū ab altero ꝯtineri nccāriō. vt lacedemo/
nij a peloponijs Si aūt non accidit ſeipſis iui
cem meliores ſi nō ꝯtinentꝰ alteri ab alteris. nā
omībus reliq̇s ſunt meliores. Similiter aūt et
lacedemones neceſſe eſt meliores eſſe pelopo/
nijs. nam et iſti omībus ſunt meliores. quare
ſeinuicem meliores ſiūt. Manifeſtuz ergo qm̄
vnum numero oportet eſſe qꝺ optimū et maxi
mū dicitur ſi debet idem oſtendi. propter qꝺ et
xenocrates nō aſſignauit. nō em̄ numero eadē
beata et ſtudioſa vita. quare nō nccāriū eādem
eſſe. eo ꝙ ambe maxime eligende. ſed altera ab
altera cōtinetur. Rurſum conſiderandum ſi
cut alterum et alterum: nam ſi non ſunt ambo
eidem eadem. palam quoniam nec ſibiinuicez
ſunt eadem. Amplius ex his que ſibi accidunt
cōſiderandū. nam quecūq3 alteri accidūt et al/
teri oportet accidere ꝛ quibus alterū eorum ac
cidit et alterum oportet accidere. ſi aūt aliquid
horum diſſonet. palam quoniā nō eadē. Uidē
dum aūt et ſi non in vno genere predicamenti
vtrūq3. ſed hoc quidem quale. illud autem quā
tum vel ad aliquid indicere. Rurſum ſi genus
vtriuſq3 nō idem: ſed hoc quidem bonum: il/
lud autem malum. aut hoc quidē virtus. illud
aūt ſcientia. Aut ſi genus q̇dem idē. differen/
tie autē non eedē de vtroq3 predicantur. ſed de
hoc quidem quoniā cōtemplatiua ſcientia. de
illo autē quoniā actiua. ſimiliter aūt et in alijs.
Amplius aūt ex magis ſi hoc q̇dez ſuſcipit
magis. illud aūt non. aut ſi ambo ſuſcipiūt q̇dē
ſ3 non ſimul velut ille q̇ magis amat nō magis
ꝯcupiſcit coitū q̄re nō idē amor ꝛ concupiſcē/
tia coitus. Amplius ex appoſitōne: ſi idem ad
vtrūlibet appoſitū non facit totū idē Aut ſi idē
ab eodem ablato. quod relinquitur alteruz. vt
ſi duplum dimidij et multiplex dimidij idez di
xit eſſe. ablato enim ab vtroq3 dimidio reliquū
idem oportet ſignificare. nam multiplex du/
plum non eadem ſignificant. Conſideran/
dum āt non ſolū ſi aliquid alicui accidit īpoſſi
bile eſt poſitionē. ſed ſi poſſibile ex ypotheſi ve
lut is qui vacuum et plenum aere idem dicunt
palam em̄ quoniam ſi exeat aer vacuum nō mi
nus ſed magis erit: plenum aūt aere non ideo
erit. Quare poſito aliquo ſiue vero ſiue falſo.
nihil em̄ differt ſi alteruz quidem interimatur.
alterū aūt non. quare non idem Uniuerſaliter
autem dicēdum ex his que quolibet modo de
vtroq3 predicantur: et de quibus hec predicā/
tur. cōſiderandum ſi alicui diſſonet Nam que
cunq3 de altero predicantur et de altero opor/
tet. et de quibus alterum predicatur alterū pre
dicari oportet. Amplius quoniā multiplici
ter eadem dicuntur. conſiderandū ſi ſm alium
aliquem modum eadez ſunt. nam ſpecie vel ge
nere eadem nō neceſſe numero eadem eſſe. Cō
ſiderandum autē vtrū ſic vel nō ſic eadem Am
plius ſi poſt alterum ſine altero eſſe. nō em̄ erit
idem. ergo ad idem loci tanti dicuntꝰ. Palam
aūt ex his que dicta ſunt qm̄ oēs ad idem ſunt
deſtructiui loci ꝛ ad definitōes vtiles ſunt quē
admodū dictū eſt. nā ſi nō idem indicet ꝛ nomē
et definitio. palam qm̄ non erit definitiōis aſſi

gnata rō. Conſtructiuorū autem locorū ꝛ ter/
minātium idē nullus vtilis ad definitōem Nō
em̄ ſufficit oſtendere ꝛ idē quod ſub rōne ꝛ no
mine eſt ad ꝯſtruēdum. qm̄ definitio. ſ3 ad alia
oportet oīa habere que annūciata ſunt ad defi
nitōnem. Interimere ergo definitōnem ſic ꝛ ꝑ
hoc ſepe tentandum

Circa ſeptimuz librum

Thopicorum ☞ Queritur primo. Utrum de eodē
et diuerſo quod eſt annexū definitionis ſit determinādū
in iſto ſeptimo. Arguitur ꝑmo ꝙ nō ſit annexū defi/
nitionis. q2 idem ꝛ diuerſum ſunt annexa oībꝫ predicatꝭ
dialecticis. g̊ nō ſolū definitōni. Et ſi annectantꝰ tn̄ non
hn̄t rōem definitōnis vnius. Quia quorū ſunt cōtrarie
cauſe illa ſunt ꝯtraria. ſ3 eiuſdem et diuerſi ſunt ꝯtrarie
cauſe. q2 vnū et multa. g̊ ipſa ... cōtraria et ꝑ ꝯn̄s non
ſunt vnū annexū. q2 oppoſita nō faciunt vnū et idem.
Secundo Cuius eſt ꝯſiderare ſubiectū eius etiam
eſt cōſiderare ꝓprietates ſubiecti. Sed dialectice nō eſt
ꝯſiderare ens inq̄ntum ens. ſ3 primi phi cuiꝰ ꝓprietates
ſunt idem et diuerſum. igitꝰ ꝛc̄. Tertio. ꝙ nō in diſtin
cto libro debeat determinari de eodem et diuerſo. q2 ī eo
dem libro debet cōſtrui et deſtrui ꝓblema definitōnis. ſ3
in ſexto docuit phs interimere definitōem. Hic aūt do
cet eam conſtruere. ergo nō erit aliq̇s diſtinctus liber ab
illo de annexo definitōis In oppoſitū eſt phs in ꝑnci
pio huius ſeptimi. cū dr vtrū āt idem aut diuerſum ꝛc̄.
¶Sciendū ꝑmo. Q ī precedēti libro determi
natum eſt de ꝓblemate definitōis qualiter ip̄m ſit interi
mendū. Jam ꝯſequenter in iſto ſeptimo eſt determinan
dum de annexo definitōis qꝺ eſt idem ꝛ diuerſum defi/
nitōi. Et hoc tangit phs in textu cū incipit. vtrū āt ali/
quod aliter ſit idē vel diuerſum ab eo. Non q̇dē genere
vel ſp̄e idē. Sed ſm ꝑncipaliorē modū eius qꝺ eſt idez
nūero. ꝛ idē definitōne. ꝛ nomē ſicut definitio et definitū
ſunt idem. Cōſequenter in iſto ſeptimo ꝯſiderandū eſt
ꝙ tale idē vel diuerſum eſt adiunctū et annexū definitio
ni. Interempto em̄ ꝙ nō eſt aliq̇d idem. interimitur defi
nitio q̄uis nō ꝯſtituatꝰ illo ꝯſtructo. Et vlterius notā
dum. ꝙ phs tria facit ꝑncipaliter in ſeptimo. Cuiꝰ eſt
tn̄ vnus tractatus. In primo oſtēdit qualiter interimitꝰ
ꝓblema de eodem et diuerſo ponendo ꝯſideratiōes q̇bꝫ
aliq̇d oñditꝰ eſſe alteri idem vel diuerſum Et de iſto vide
bitur in hac queſtione. In ſecūdo reuertitꝰ ad definitōez
ponendo locos ꝛ cōſideratōnes quibꝫ cōſtruēda eſt defi
nitio ꝑ locos eīn q̇bꝫ ꝑ ſe interimitꝰ definitio. ex cōſequē/
ti etiam ꝯſtruitꝰ. In tertio capitulo determinat de oībus
ꝓblematibꝫ. Finaliter cōparat locos ad locos ꝛ ꝓble/
mata ad ꝓblemata. penes facilitatem et difficultatē oſtē
dendo. ꝙ ꝓblema definitōis eſt facillime deſtructiōis et
difficillime conſtructionis. Ulterius notandū. ꝙ phus
ponēdo locos q̇bꝫ interimitur idē ꝑmo ponit illos cōes
eo ꝙ illi efficaciores ſunt. ad hoc ꝙ eſt proprium ꝛ ... in
ſecū. Et ſecūdo ponit magis proprios de quibꝫ videbi
tur in ſecundo articulo.

¶Sciendum eſt ergo vlterius ꝙ circa ꝑmum
ponit phs quatuor conſideratōnes. Quarū prima eſt
in ꝯiugatis. Secūda ad oppoſita. Tertia ad generatio
nes et corruptiones. Quarta penes idē et diuerſuz ali/
quid dictū in ſuꝑlatiuo. Prima ergo eſt ꝙ volens interi
mere definitōem aliquid eſſe idē alteri ꝯſiderabit primo
in caſibꝫ et ꝯiugatꝭ. inſpiciēs ſi iuſticia ē idē fortitudini.
ſicut ꝑncipali ꝑncipale iuſtū et fortis ſicut ſumpti erunt
idez et iuſte erit idē ꝙ fortiter. Et ſi nō eſt idē principale
principali nec ſumptū ſumpto nec caſus caſui idem erit.
Scd̄a ꝯſideratio eſt in oppoſitis ꝯſiderandū eſt Si duo
ſunt quorꝫ vtrūq3 hȝ oppoſitū. ſi tūc oppoſita ſint eadē il
la etiam erūt eadē. ꝛ ſi nō oppoſita. nec iſta ſunt eadē Et
hoc ſm quēlib3 modū oppoſitōis nihil āt differt hūc mo
dū vel illū oppoſitōis ſumere ad ꝓpoſitū. ſ3 vlr ſeq̇tur ſm
oēs oppōnes. Tertia ꝯſideratio eſt. ꝯſiderandū eſt ī ef
fectiuis et in gn̄ationibꝫ et corruptōibꝫ et oīno in his q̄ ſi
militꝰ ſe ſm ꝓportionē habent ad alterū ſiue ad inuicē cō
parata Nam quecūq3 ſimpliciter ſunt eadem noīe vl' nu
mero vel definitōe illorū etiā gn̄atōes ſunt eedē. et effectī
ua et corruptiua illorꝫ ſunt eadē. Ex iſta em̄ ꝯſideratiōe
Areſto. q̄rto metaphiſice ꝓbat ens et vnū eſſe eadem.
Quecūq3 em̄ eadem generatōe generantꝰ et eadē corrup
tione corrūpūtur illa ſunt eadē. ſ3 ens et vnū ſunt hmōi.
igitꝰ ꝛc̄. Quarta cōſideratio ꝯſiderandū eſt ꝑ magis
et minꝰ et precipue in ſuꝑlatiuo gradu. q2 qꝺ ꝑ ſuꝑabū
dantiā dr̄ vni ſoli ꝯuenit. ꝯſiderādū g̊ ſi duo ſint q̇rꝫ alte
ruz ſm aliq̇d maxime dr̄ in ſuꝑlatiuo. ſi tūc alterꝫ ſm idē
accn̄s dr̄ maximū ſequitur ꝙ illa non ſunt eadem nūero
ſicut zenocrates btām et ſtudioſaz vitā dixit eē eadē nu
mero. eo ꝙ oīm vita ſit maxime eligēda. maxima bonita
te et dignitate. Iſta em̄ ſunt nō eadē. q2 vnū ſolum maxi
me eſt eligendū. Corrigit tn̄ phs illā cōſideratiōnē. q̇a
ad hoc ꝙ ꝓbetꝰ ꝙ maxime eſt. maxime ſicut idē oportet
ꝙ ſit idē numero qꝺ dr̄ hinc et inde maxime eligendum
Si āt ſic nō dicat. ꝙ oꝑtet eē idē nūero ſequitꝰ ꝙ nō erit
oſtēſum ꝙ erit idē ſimpliciter. Nō em̄ nccāriū eſt. ſi for/
tiſſimi grecorū peloponij et lacedemonij. Ita ꝙ pelopo/
nia ſit ꝓuincia et lacedemonia ciuitas in tali ꝓuincia. tūc
non oportet ꝙ peloponij et lacedemonij ſint idez nūero
ꝙ lacedemonius et peloponius nō ſunt idē nūero. ſ3 ne/
ceſſe eſt vnum contineri ſub altero. ſicut totum continet
partem ſic lacedemonij a peloponijs continentur. Si
em̄ ſic dicatur ſe ipſis et inuicem fortiores oportet eē qꝺ
ſic patet Detur em̄ peloponij ſint fortiſſimi. ergo ſint
fortiores lacedemonijs ſi ſint fortiores peloponijs ſequi
tur ꝙ ſint fortiores ſe ipſis. Et hoc ſeq̇retur ſi nō ꝯtine
retꝰ alterū ſub altero Et h̄ ſequitur ex hoc ꝙ vtriq3 oībꝫ
reliq̇s ꝑ ſe ſint fortitudie meliores. manifeſtū ergo ē qm̄
illud qꝺ in ſuꝑlatiuo dr̄. debet eſſe vnū. et ſic nō ꝓbatꝰ ꝑ
iſtā ꝯſideratōem ꝙ ſint. q̇d optimū et maximū. q2 opor
tet ꝙ ſit idē ſimplr. ꝓpter qꝺ zenocrates nō ꝓbat eſſe idē
vitā btām. et ſtudioſaz ex quo vtraq3 maxime ē eligēda.
q2 pōt eſſe vnū ſub altero vt bonū et beatū ſub ſtudioſo
Quātū ad ſcd̄m vidēdū eſt de ꝯſideratōibꝫ magis ſpe/
cialibꝫ ꝛ ꝓprijs. Et primo ponūtur aliq̄ abſq3 ypotheſi.
ſcd̄o cū ypotheſi. Primo adhuc ponūtur ꝯſiderationes
penes eſſentialia. ſcd̄o penes accidētalia. penes eēntialia
ponūtur ꝯſideratōnes due cōſtructiue. et due deſtructi
ue. Prima ꝯſideratio ſi volumꝰ oñdere aliq̄ duo eē idez
ꝯꝑādo ea ad aliqꝺ t̄ciū cui alterꝫ ē idē. ꝛ etiā reliquū eidē
t̄cio ſit idē. ſeq̇tꝰ ꝙ iſta inuicē ſtꝭ idē. q̄cūq3 ei eidē ſtꝭ eadez
et ip̄a ſunt eadē Et ſi eidē nō ſtꝭ eadē. intꝰ ſe nō ſtꝭ eadez
Scd̄a ꝯſideratio eſt ex accidentalibꝫ ſi em̄ aliq̄ duo ſunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

idē nūero ſimplr. tūnc oportet ꝙ quicq̇d accidit vni accidat et alteri. vnde cōſiderādū eſt in his que illis accidūt Nam ſicut dictū eſt q̄cunq̄ʒ eadē nūero ſunt idē. qꝺ vni accidit ⁊ alteri accidit Si aūt alterū eorū diſcōuenit ita ꝙ vni eorum aliquid accidit quod nō accidit alteri. manifeſtū eſt ꝙ nō eadē ſunt Tertia conſideratio eſt. ꝯparando ea que videnꝛ eadē ad genus videndū eſt. ſi ſunt i vno et eodem genere. ⁊ ꝓximo vel nō. ſed vnū ſit q̄le ⁊ alteꝝ quātū manifeſtū eſt ꝙ nō ſunt eadē genere. ⁊ ꝑ ꝯſequēs nec eadē nūero nec definitōne. Quarta cōſideratio cōparando ad genus in moribꝫ ſi vtriſq̄ʒ nō ſit ideʒ genus ſed huius genus ſit bonū et alterius malum. manifeſtū eſt ꝙ talia nō ſunt eadē. q꞉ ſunt in generibus diſꝑatis et oppoſitis. Aut ſi vnū ſit bonū de genere virtutis ⁊ alterum de genere ſcie iterū licet ſint in genere boni tū̄ ꝓximis generibꝫ differūt. q꞉ ꝟtus ordinatur ad opus ⁊ ad actū. Scia aūt nō ſed ad ſpeculatōnem

Sciēdū eſt. ꝙ quātū ad accidētalia phs ponit tres ꝯſiderationes. vna ſumpta eſt ſm magis ⁊ minus ad alterū nō palā. q̄m illa nō ſunt idē noie ⁊ definitione. Secūda ex oppoſitōne et tertia ex ablatōne. Prima cōſideratio eſt ſi vnū duoꝝ que dicūtur idē ſuſcipiat magis et minus et alterū non. palā q̄m illa nō ſunt idem noie ⁊ definitōe. Exemplū eſt. q꞉ nō oportet ꝙ q̇ magis amat amore amicicie ꝙ etiā ꝯcupiſcat coitū. g̊ nō ſūt idē amor amicicie ⁊ ꝯcupiſcētia coitus. Scđa cōſideratio ē ex appoſitōne ſi aliq̄ dicūtur idē ꝯſiderandū eſt. ſi vtrūq̄ʒ alteri ꝯpoſitū nō facit idē ita ꝙ poſt ꝯpoſitionē eiuſdem totū ſit idē. ſic ꝑus manifeſtū eſt ꝙ nō facit idē. Tertia ꝯſideratio eſt. ſi eodē ab vtroq̄ʒ ablato qꝺ relinquiꝛ. nō eſt idē. planū eſt ꝙ illa nō ſunt eadē. Exemplū. vt ſi aliquis duplū ⁊ multiplex idē dicat appoſito dimidio vt duplū dimidij. ⁊ multiplex dimidij. auferaꝛ dimidiū. ⁊ manifeſtū eſt ꝙ illud qꝺ remanet nō eſt idem. q꞉ duplum et multiplex nō idem ſcāt. ſed vnū eſt ſpecies vt duplū et alterū genus. g̊ nō ſunt idē noie ⁊ definitōne

Sciendū vlterius ꝙ videndū eſt. ſecūdo de ꝯſideratōibꝫ ſumptis ex ypotheſi. et eſt vna. Unde cōſiderandū eſt ex accn̄talibꝫ. vel p̄dicatis de duobꝫ q̄ dicūtur idem Si ex vno accidat ipoſſibile ꝑ ꝯuenientiā ꝙ nō accidat ex reliquo. Et hoc nō ſolū ſine ypotheſi Sʒ etiā ſi ꝑ poſitōem ⁊ ypotheſim alicuius. ſemꝑ ſequiꝛ ipoſſibile ex vno qꝺ nō ſequiꝛ ex altero. et ſi ſic nō ſunt eadem. Huius exemplū eſt ex hypotheſi illorū qui dicūt idem eſſe vacuū et plenū aere. ſicut vulgus dicere ſolet. manifeſtū eſt em̄. ſi de pleno aeris. exit aer. q̇ in eo erat. adhuc nō minꝰ erit vacuū. ſʒ ē magis vacuū q̄ʒ ꝑus Sʒ iā poſt q̄ʒ exiuit nō erit plenū aere g̊ plenū ⁊ vacuū nō ſunt eadē q꞉ vnū exit et alteꝝ manet. g̊ ipoſſibile eſt plenū et vacuū eſſe eadem. Adhuc phs ponit vnā ꝯſideratōem generalem que talis eſt. Si de aliquo predicaꝛ vnū de quo non p̄dicaꝛ alterū qꝺ dꝛ eſſe idē cū alio. vel ſi p̄dicaꝛ aliq̇d de vno qꝺ nō dꝛ de alio. qꝺ tn̄ illi dꝛ idē. de quo alterū p̄dicaꝛ q꞉ ſi ſic nō ſunt eadē. Quecūq̄ʒ em̄ ſunt eadē nūero de eodem p̄dicanꝛ. et ideʒ de illis p̄dicaꝛ vt riſibile ⁊ hō de rōali. et rōale de hoie. et riſibili p̄dicaꝛ Notandū vlteriꝰ. ꝙ reſpiciēdo ad modos ydētitatis ponūꝛ aliq̄ ꝯſideratōes q̄bꝫ iterimiꝛ aliq̄ eē idē Et ꝑma ē ſi ponūꝛ aliq̄ eſſe eadē ꝯſiderandū eſt ſi ſm aliquē aliū modū q̄ʒ nūero eadē ſunt. Nā ea q̄ genere vel ſpecie eadē ſunt nō neceſſe eſt eadē nūero eē. Scđa ꝯſideratio eſt ea q̄ dicunꝛ ſpē eadem ſic ſe habent ꝙ pōt alterū ſine altero eſſe. Et ſi ſic cōſtat ꝙ nō ſunt noie et definitōe eadē. Ex iam dictis oēs ꝯſideratōes patent quibꝫ oſtendi poteſt aliqua nō eē eadem definitōne. Sequiꝛ etiā ex dictis ꝙ oēs loci vtiles ad deſtruendū aliqua eſſe eadem. Etiam vtiles ſunt ad deſtruendū definitōem Ratio eſt. q꞉ idē ſcaꝛ noie definiti et noie definitōnis. nō aūt ſequiꝛ econuerſo. ꝙ loci q̇ vtiles ſunt ad conſtruendū aliqua eē eadē. ꝙ etiam valeāt ad ꝯſtruendū definitōem. Nam nō ſufficit ad definitōnem ꝯſtruendā. ꝙ oſtendaꝛ aliquid alicui eſſe idem ſed etiam oportet alia oia q̄ in ſexto dicta ſunt oſtēdere.

Ad rōnes. Ad primā patet ſolutio ex dictis ꝙ nō qꝺcūq̄ʒ idem vel diuerſum annectiꝛ definitioi. ſed idem ſm principaliorē eius modū qui eſt idē noie et definitōe. et ille eſt potiſſimus. et g̊ bene ſimpliciter idē vel diuerſum dꝛ annecti definitōni. q꞉ analogū ꝑ ſe poſitum ſtat ꝓ ſcato famoſiori Ad ſecundā dꝛ. ꝙ idē et diuerſum ſunt verū annexū. q꞉ ꝑ vnā ⁊ eandē methodū terminari pn̄t. licet ꝑ diuerſas ꝯſideratōnes. Ad tertiā dꝛ. ꝙ metaphiſicus dialecticus. et ſophiſta ꝟſanꝛ circa ideʒ drn̄t tamē ꝓheresi. et electōne. licet ergo metaphiſicus ꝯſideret ens et eius ꝓprietates nihil tn̄ ꝓhibet dyalecticū circa idē verſari. licet differenti rōne et ita dialecticus qui procedit ex cōibꝫ. et habet viam ad oia p̄ncipia ſcientiarū. cōſiderat etiam ens. et proprietates eius ꝑ rōnes cōes ꝓbabiles et dialecticas. ſophiſta per apparētes. metaphiſicus vero ꝑ proprias et eſſentiales. Ad quartam dꝛ ꝙ quātum ad hoc ꝙ in ſcđo caplo docet ꝯſtruere ꝓblema definitōnis non eſt diſtinctus liber vel tractatus ſed q̄ʒtum ad hoc ꝙ de annexo definitōis in hoc ſeptimo determinat. ſicut patuit iam in queſtione.

Si aūt cōſtruere volumus. primū quidem ſcire oportet: q̄m nullus vel pauci diſputantiū definitōem ſyllogiſant. ſed om̄es principiū qꝺ tale eſt accipiunt. q̇ circa geometriā vel nūeros vel alias diſciplinas hmōi Deinde ſubtilitatem quidē alterius negocij eſt aſſignare. ⁊ q̇d definitio ē. et quomodo definire oportet. Utꝝ aūt quātū ſufficit ad preſentē vtilitatē tm̄modo dicendū quoniā poſſibile eſt fieri definitionem et eius quod quid eſt eſſe ſyllogiſmū. Nam ſi definitio eſt oratio. que quid eſt eſſe rei ſignificat. et oportet ea que in definitōne ponūtur in eo quod quid de re ſola predicari: predicanꝛ in eo quod quid de re genera et differētie. Manifeſtum quoniā ſi quis ſumat ea que tm̄ de re in eo quod quid eſt predicanꝛ. quoniā rō hoc habens definitio ex neceſſitate erit. Non em̄ contingit definitōem eē aliud q̄ʒ rem eo ꝙ nihil aliud in eo quod quid eſt de re predicaꝛ. Quoniā ergo contingit ex definitione ſyllogiſmum fieri manifeſtū Ex quibus aūt oportet conſtruere determinatuʒ eſt quidē in alijs ſubtilius. ad ꝓpoſitam aūt methodum idem loci vtiles.

Perſpiciendū ergo in cōtrarijs et in alijs oppo

ſitis et totas rōnes ⁊ ꝑticulariter ꝯſideranti. nā ſi oppoſita oppoſite ſpēi et eam q̄ dicta eſt ꝓpoſite neceſſe eſt eſſe q̄m ꝯtrarioꝝ. plures aūt complexiones ſumende ſunt ꝯtrarioꝝ. cuius maxime apparebit ꝯtraria definitio. ergo totas quidem definitōnes quēadmodū dictū eſt Particulariter aūt hoc modo Prima q̇dem quoniā aſſignatum genus recte aſſignatum eſt: Nam ſi contrariū in contrario propoſitum aūt non in eodem palam quoniā in contrario erit. eo ꝙ neceſſe eſt contraria in eodem genere vel in cōtrarijs generibus eſſe. Et differētias aūt contrarias de contrarijs probamus p̄dicari velut et albo et nigro. nam hoc q̇dem diſgregatiuū. illꝺ aūt congregatiuū. quare ſi de contrario contrarie predicātur de ꝓpoſito que aſſignate ſunt predicabitur. quare quoniā ⁊ genus et differentie recte aſſignate ſunt palā quoniā definitio erit q̄ aſſignata eſt. Aut non neceſſariū eſt de contrarijs contrarias differentias predicari niſi in eodem genere ſint contraria. quoꝝ aūt genera ſt̄ contraria nihil ꝓhibet eandem differentiā de vtriſq̄ʒ dici vt de iuſticia et iniuſticia. Nam hec q̇dem virtus. illa aūt vicium anime. quare anime differentia in vtriſq̄ʒ dicitur. eo ꝙ corporis eſt virtus et vicium. ergo hoc verum. quoniam contrarioꝝ aut contrarie aut eedem differētie ſunt. Si ergo de contrario contraria p̄dicanꝛ. de hoc aūt non palam quoniā que dicta eſt de hoc p̄dicabitur. Uniuerſaliter aūt dicendū ſi definitio eſt ex genere et differētijs ſi ſit contrarij definitio manifeſta et prepoſiti erit definitio manifeſta. Nā contrariū in eodem genere vl̄ in contrario. Similiter aūt et differentie aut contrarie aut de contrarijs aut eedem p̄dicantur. palam quoniā de propoſito vt idem genus predicabitur q̇dem de contrario. differētie aūt cōtrarie vel om̄es vel alique relique aūt eedē. aut econtrario differētie eedem. genera vero cōtraria. aut ambo ꝯtraria genera et differētie. nam ambo eadem eſſe non ꝯtingit. Si aūt non. definitio eadē ꝯtrarioꝝ erit Amplius ex caſibꝫ et coniugatis neceſſe eſt em̄ ꝯſequentia genera generibus ⁊ definitōes definitōnibus. vt ſi obliuio eſt ſcientie amiſſo ⁊ obliuiſci ſcientiā amittere. ⁊ oblituʒ eſſe amiſiſſe ſciam. vno ergo quolibet eorum que dicta ſunt conceſſo. neceſſe eſt reliqua concedere. Similr̄ aūt et ſi corruptio ē diſſolutio ſubſtantie et corrumpere diſſoluere ſubſtantiā et corruptiue diſſolutiue Si corruptiuum diſſolutiuū ſubſtantie. ⁊ corruptio diſſolutio ſubſtātie. ſimiliter et in alijs quare in vno quolibet ſumpto et reliqua om̄ia conceduntur. Ex ſimilibꝫ ſe habentibꝫ inuicem. nā ſi ſalubre effectiuū ſanitatis ⁊ euechiuū effectiuū euechie erit. ⁊ iuuatiuū effectiuū boni. Nam ſimilr̄ vnū quodq̄ʒ eoꝝ que dicta ſunt ad ꝓprium finem ſe habent. quare ſi vnus eoꝝ definitio eſt effectiuū eſſe finis et reliquum ſic erit definitio ſinguli

Amplius ex magis et ſimilr̄ quotiens ꝯtingit conſtruere duo ad duo cōꝑantem vt ſi magis hoc illius q̄ʒ hoc illius definitio: hec minꝰ definitio eſt et hoc magis et hoc ſimilr̄ illius. Si altera alteri et reliqua relique. Una aūt definitione ad duas cōꝑata. aut duabꝫ definitōnibꝫ ad vnam nihil valet que ex magis ꝯſideratō. nā neq̄ʒ vna duaꝝ. neq̄ʒ duas eiuſdē definitōes poſſibile eſt eſſe Sunt aūt et oportuniſſimi locoꝝ q̇ dicti ſunt ⁊ q̇ ex caſibꝫ et q̇ ex coniugatis. Quare oportet maxime continere ⁊ promptos habere hos. vtiliſſimi em̄ ad plura. ⁊ alioꝝ aūt eos q̇ maxime ſunt cōmunes. nam iſti maxime reliq̄ꝝ oꝑatiui. vt inſpicere in ſingularibꝫ ⁊ ſpēbus cōſiderare ſi conueniat definitio. eo ꝙ vniuoca ē ſpecies. Eſt hic aūt locus vtilis ad eos qui ponunt formas eſſe ſicut ꝑus dictum eſt. Amplius ſi transferens dixit nomen aut ſi idem de eodem predicauit vt diuerſuʒ ⁊ ſi quis alius cōmunis ⁊ operatiuus locoꝝ.

Uoniā aūt difficilius eſt cōſtruere q̄ʒ deſtruere definitionē ex his que poſt hec dicuntur manifeſtū. Nā noſſe eam et ſumere ab interrogantibꝫ huiuſmodi ꝓpōes non ſatis facile. vt quoniā eoꝝ que ſunt in aſſignata definitione hoc quidem eſt genus. id vero differētia. Et quoniā in eo quod q̇d eſt genus tantū ⁊ differentie predicanꝛ. ſine his impoſſibile eſt fieri ſyllogiſmū. Nam ſi quedam et alia in eo quod q̇d eſt de re p̄dicantur incertum ytrum q̄ dicta eſt. aut alia eius definitio eſt. eo ꝙ definitio eſt oratio quid eſt eſſe ſignificans. Palam ⁊ ex his facilius em̄ vnum cōcludere q̄ʒ plura. ergo ⁊ interimenti q̇dem ſufficit ad vnum argumentari. vnde em̄ qꝺlibet deſtruentes interimentes erimus definitōes Cōſtruēti āt oia necē ē ꝯuenire q̄m inſunt q̄ in definitōe ſunt. Amplius conſtruenti vlr̄ ꝯſtruenduʒ ſyllogiſmū. oportet de om̄i de quo nomē ratōem p̄dicari. Ampliꝰ ad

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

hoc ꝯuerti de quo rõnem ꝛ nomē. ſi debeat eſſe propria aſſignata definitio deſtruenti vero nõ neceſſe eſt vlr. ſufficit em̄ oſtendere qm̄ nõ vera erit de aliquo eoꝝ que ſunt ſub noīe definitio et ſi oporteat vlr deſtruere. nunc aūt qm̄ ꝯuerti neceſſariū ꝛ in deſtruendo. ſufficit em̄ deſtruenti vlr oſtendere. qm̄ de nullo de q̇bus nomē p̄dicatur ratio p̄dicatur. ecõtrario vero nõ neceſſarium ad oſtendendū qm̄ de q̇bus nõ p̄dicatur ratio. nomē non p̄dicaꝛ Amplius ſi ꝛ omi ineſt qđ ſub noīe eſt nõ ſoli. aūt interempta ſit definitio. Similr aūt et circa ꝓpriū ꝛ gen⁹ ſe hꝫ. in vtriſqꝫ em̄ deſtruere q̄ꝫ ꝯſtruere facilius. Ergo de ꝓprio q̇dem manifeſtū eſt ex his q̄ dicta ſunt. nā vt in pluribꝫ ꝛ in cõplexione q̇dem ꝓpriū aſſignatur. Quare deſtruere q̇dem vnū eſt interimenti. ꝯſtruenti vero oīa ſyllogizare neccē eſt. pene aūt ꝛ reliqua oīa quecūqꝫ ad definitõez et ad ꝓpriū ꝯtingit dici. Nam ꝛ omi oportet qđ ſub noīe eſt ꝯſtruentē mõſtrare qm̄ inē. deſtruenti aūt ſufficit oſtendere vni nõ ineſſe. Si vero ꝛ omi ineſt. nõ ſoli aūt ꝛ ſic deſtructū ſit. ſicut et in definitõe dicebaꝛ. De genere aūt qm̄ conſtruere q̇d eſt neceſſe eſt: vno mõ omi oſtendenti ineſſe. deſtruenti aūt dupliciter. naꝫ ſiue nulli ſiue alicui oſtenſum ſit nõ ineſſe. interemptū eſt qđ in p̄ncipio eſt. Amplius q̇dem ꝯſtruenti aūt ſufficit qm̄ ineſt oſtendere. ſꝫ qm̄ vt genus ineſt oſtendendū deſtruenti aūt ſufficiat oſtēdere nõ ineſſe vel alicui vel nõ omi. videꝛ aūt queadmodū ꝛ in alijs corrūpere q̄ꝫ facere facilius ſic ꝛ in his deſtruere q̄ꝫ conſtruere. In accidente vero vlr facilius deſtruere q̄ꝫ ꝯſtruere. naꝫ ꝯſtruenti q̇dem oſtendere qm̄ omi. deſtruenti aūt ſufficit vni oſtendere nõ ineē. Particulare vero ecõtrario. facilius ꝯſtruere q̄ꝫ deſtruere. Nā ꝯſtruenti q̇dem ſufficit oſtēdere alicui ineſſe. deſtruenti oſtendendū qm̄ nulli ineſt Manifeſtum aūt ꝛ qm̄ oīm facilius definitõem deſtruere. plurima em̄ ſunt in ea aſſignata pluriū q̄ dicta ſunt ex pluribꝫ aūt citius fit ſylls. Veriſile aūt in multis magiſqꝫ in paucis peccatū fieri. Amplius ad definitõem q̇dem ꝯtingit ꝛ ꝑ alia argumētari ſiue em̄ nõ ꝓpria ſit definitio ſiue nõ gen⁹ qđ aſſignatū ē. ſiue nõ ineſt aliq̇d eoꝝ q̄ ſunt in definitione interempta ſit definitio: Ad alia autē neqꝫ q̄ ex definitõibꝫ neqꝫ alia ꝯtingit oīa argumētari. Sola em̄ q̄ ad accn̄s cõia ſunt oīm p̄dicatoꝝ. ineē em̄ oꝑꝫ ſingulū eoꝝ q̄ dicta ſunt. Si aūt nõ vt ꝓpriū ineſt gen⁹ nondū interemptū eſt genus. Similiter aūt et ꝓpriū nõ nccāriū vt genus neqꝫ accn̄s vt gen⁹ aut ꝓpriū. ſꝫ ineſſe tm̄. quare nõ poſſibile ex alijs ad alia argumētari: niſi in definitõe tm̄ Manifeſtū qm̄ facillimū oīm definitõem interimere. ꝯſtruere aūt difficillimū. Nā ꝛ oīa illa oꝑtet ſyllogizare. qm̄ inſunt q̄ dicta ſunt. ꝛ qm̄ gen⁹ qđ aſſignatū eſt. ꝛ qm̄ ꝓpria definitio eſt ꝛ adhuc p̄ter hec qm̄ indicat q̇d eſt eſſe oratio ꝛ hoc bene feciſſe. Alioꝝ aūt ꝓpriū maxime hmōi. nā interimere q̇deꝫ eo ꝙ ex pluribꝫ pluriūqꝫ fit. ꝯſtruere aūt difficillimum. qm̄ multa oportet ꝯuenire ꝛ ad hoc qm̄ ſoli inē. ꝛ qm̄ ꝯuerſim p̄dicaꝛ de re. Facillimum aūt oīm ꝯſtruere accn̄s. nā in alijs q̇dē nõ ſolū ineſſe. ſed ꝛ qm̄ ſic inſunt oſtendendū. In accidente vero qm̄ ineſt tm̄ ſufficit oſtendere. Deſtruere aūt difficillimū accn̄s qm̄ minima in eo data ſunt. non em̄ ſ̄cat in accidente quõ ineſt. q̄re in alijs q̇dem dupliciter eſt interimere vl oſtēdente qm̄ nõ ineſt. vel qm̄ nõ ſic ineſt. In accidente vero nõ eſt interimere niſi oſtendēti qm̄ nõ ineſt Loci ergo ꝑ quos idonei erimus argumentari pene ſufficienter enumerati ſunt

Queriꝛ ſcđo et vltimo. Utrum ad ꝯſtruendum definitõem req̇raꝛ gen⁹ et drā q̄ p̄dicanꝛ in eo qđ q̇d eſt de definito. Arguiꝛ p̄mo ꝙ nõ. qꝛ hoc maxīe eēt ꝓpter rõem phi quā aſſignat q̄ talis ē. Definitio ē orõ indicās q̇d ē eē rei. ḡ ea q̄ ponunꝛ in definitõe debēt p̄dicari in eo qđ q̇d ē. ſꝫ gen⁹ ꝛ drā p̄dicanꝛ in eo qđ q̇d de eo qđ ꝯſtituit. ḡ gen⁹ ꝛ drā debēt ꝯſtituere definitõem dicentē q̇d eſſe. in iſta em̄ argumētatõe eſt petitio p̄ncipij. qꝛ ꝑ definitõem ꝓbat definitõem ꝛ ita aſſumitur id qđ ꝓbare intendit. Scđo. illud nõ ponitur in rõe dicente qđ q̇d qđ nõ p̄dicaꝛ in q̇d. ſꝫ drā nõ p̄dicaꝛ in q̇d. ſꝫ in q̄le. ḡ nõ ponitur in definitõe drā. In oppoſitū arguiꝛ ꝑ phm in textu dicētē. nā ſi definitio ē orõ q̇d ē eē rei ſ̄cās oꝑꝫ ea q̄ in definitõe p̄dicanꝛ in eo qđ quid ē de ſola re p̄dicari. p̄dicanꝛ aūt in eo qđ q̇d ē genera ꝛ drn̄e de re

Sciendum eſt primo Ꝙ poſtq̄ꝫ phs docuit interimere ꝓblema definitõis in ſexto. ꝯn̄r docuit etiā iā in ſeptimo vt viſum ē in queſtione p̄cedēti q̄liter interimendū ē ꝓblema de eodē ꝛ diuerſo. iā ꝯn̄r docet cõſtruere definitõem ipām ad quā ꝯſtruendā p̄mo p̄mittit q̄dā p̄ambula. ꝛ poſtea ꝓſeq̇tur. ꝛ ponit locos extrīſecos ꝛ cões. eo ꝙ illi ſunt magis efficaces. Sciendū ḡ vlterius ꝓ intellectu textus. Ꝙ ſi volum⁹ ꝯſtruere definitõem. p̄mo ſupponendū eſt. ꝙ nulli vel pauci diſputantiū ꝓbant ꝑ ſyllogiſmū definitõem. ſꝫ oēs ſupponūt eā ꝛ accipiūt eā tanq̄ꝫ p̄ncipiū ꝑ ſe notū ſicut geometer definitõem linee ꝛ plani ꝛ arithmetic⁹ definitõem numeri ꝛ ſilr in alijs. Scđo p̄ſupponendū ē ꝙ determinare ꝑ ſubtilitatē q̇d ſit definitio. ꝛ q̄ mõ definiti oportet aſſignari definitõem. nõ ē p̄ſentis negotij qđ ꝓſaꝛ circa cõia ꝛ ꝓbabilia. ſꝫ ē alteri⁹. ſ. p̄mi phi ꝛ magꝭ ſpectat ad ſeptimū metaphiſice ꝓut eſt definitio rei q̇dditas ꝓpa. ꝛ ad ſcđm poſterioꝝ ꝓut eſt mediū demõſtratõis et qua via inueſtigāda ſit definitio ibi oñſum eſt. Sed q̄ꝫtū ſpectat ad p̄ſentem intentõem ſufficit ꝙ poſſibile eſt fieri definitõem. ꝛ iõ hoc inueſtigabim⁹ ſolū ex ꝓbabilib⁹ q̄uõ oꝑtet definire ꝛ q̄uõ hanc cõtingit cõcludi de definito. ꝛ h̄ eſt ꝙ q̇d ſyllogiſmi facere q̄ definitõem vt p̄dicatū oſtēdit de definito. ꝛ ꝑ definitõem definitõis ꝓbaꝛ ſic nam definitio eſt oratio q̄ quid eſt eſſe rei ſ̄cat ꝛ ergo oꝑtet ea q̄ ꝑ definitionē inſunt. vt definitio predicaꝛ in eo qđ q̇d eſt de re definita ſola p̄dicari qꝛ niſi de ſola re definita p̄dicaretur. nõ eſſet cõuertibilis definitio cū definito. Genera aūt ꝛ drn̄e p̄dicanꝛ in eo quod q̇d ē hoc eſt in definitione dicente q̇d eſt eſſe rei. cū definitio cõſtituaꝛ ex genere dicēte q̇d ꝛ drā dicente quale. in ſignū cui⁹ ſp̄es ex genere ꝛ differētia ſignificat quale q̇d vt patꝫ in p̄dicamēto ſube. iõ ſyllogiſmo dyalectico bn̄ cõcluditur p̄dicatū ineſſe vt definitio. Qm̄ ſi quis dubitantiū ſumat ea ſcꝫ genus. ꝛ drām que eſt de re. ſ. ſpecie. p̄dicātur in eo qđ q̇d eſt. talis orõ ex genere ꝛ drn̄a cõplexa. ex nccitate definitio erit ꝑ locū a definitõe Nõ em̄ ꝯtingit aliud eē definitõez q̄ꝫ rē ꝯſtitutā ex genere ꝛ drā. ꝛ ergo in eo qđ q̇d eſt de re p̄dicaꝛ. ſi ḡ ꝯtingit ſigri ꝙ talis orõ ex genere ꝛ drn̄a ꝯcludiꝛ de ſubiecto. ꝓbatū eſt ꝙ definitio ꝯcludiꝛ de ſubiecto. manifeſtū eſt ḡ ꝙ cõtingit ex definitõe ad definitõem ſyllogiſmū facere. Ex q̇bꝫ aūt oꝑtet ꝯſtituere definitõem determinatū ē ſubtilius in alijs vt dictū eſt p̄us ſcꝫ in ſeptimo p̄me phie. et in ſcđo poſterioꝝ. Ad ꝓpoſitā aūt methodū idē loci q̄ ad alia p̄dicata ꝯſtruenda adducti ſunt vtiles ſunt. qꝛ oīa alia p̄dicata vt dictū eſt circa p̄ncipiū ſexti. elemētalia ſunt ad p̄dicatū definitõis. Ad ꝯſtruēdū aūt ꝙ aliq̇d inſit vt definitio. ꝛ q̄liter ꝯtingat oñdere aliq̇d ineē alteri vt definitõem. Ꝯſiderandū eſt in locis extrinſecis cõibꝫ in q̇bꝫ magꝭ efficax ē loc⁹ ab oppoſitꝭ. Prima ḡ ꝯſideratio ad ꝯſtruendū definitõem eſt ꝙ ꝯſiderādū eſt in ꝯ̄rijs ꝛ in alijs oppoſitis ꝛ ad ꝑtes definitõnis et et ad totam definitõnem. nam ſi oppoſita ratõ ſiue definitio ſit oppoſiti alicui⁹ neceſſe ē ꝙ defini° q̄ dicta ē ꝛ aſſignata ē ꝓpoſiti. ꝛ hoc mõ in ꝯ̄rijs ꝑſpiciendū. Qm̄ aūt ꝯ̄rioꝝ ſunt plures cõplexiones vt dictū ē. in ſcđo ſumēda ē rõ definitiua. qꝛ talē facile eſt ſuſtinere a rn̄dēre Et ex iſta ꝯſideratõe pꝫ quõ inſpiciendū eſt in totā definitionē. Scđa ꝯſideratio eſt inſpiciēdo in ꝑtes definitionis. Et p̄mo videndū ē in gen⁹ ꝑ methodū de genere Si recte gen⁹ aſſignatū eſt qđ in definitõe poſitū ē. hoc mõ duobꝫ em̄ definitis ꝯ̄rijs. ſi vnū eoꝝ ē in genere contrario ſicut ꝯtraria diſtincta ſunt. ita ꝯ̄ria ſtꝭ genera in q̇bꝫ ſunt. Et hoc ē in oībꝫ moralibꝫ ꝯ̄rijs ex q̇bꝫ ſumiꝛ ꝯ̄rietas medij ad extrema. Neceſſe ē em̄ oīa ꝯ̄ria vel vt in eodē genere. vel in ꝯ̄rijs generibꝫ eē. Naturalia q̇dē in eodē. Moralia em̄ in diuerſis in q̇bus ſumiꝛ ꝯ̄rietas medij qđ eſt in genere boni. Ad extremū qđ eſt in genere mali. Differētias aūt q̄ ſunt in definitõe ſꝑ ꝓbabimus ꝯ̄rias de ꝯ̄rijs p̄dicari Quia cū drn̄e ꝛ forme ꝯ̄riorum ſint ꝯ̄rie ſic pꝫ in albo ꝛ nigro q̄ꝝ ſunt drn̄e eē congregatiuū. et diſgregatiū viſus. ꝓpꝛ qs ſi de ꝯ̄rio alicui⁹ p̄dicaꝛ drā ꝯ̄ria Cõſtat ꝙ aſſignata ꝛ ꝓpoſita drā p̄dicabiꝛ de ꝓpoſito. Ꝯcludiꝛ ḡ ꝙ cū gen⁹ ꝛ drā recte ſtꝭ ſic aſſignata. manifeſtū ē ꝙ orõ ex his ꝯpoſita recta erit et nõ erit. vt recta definitio. nõ ē tn̄ incõueniēs ꝯ̄rioꝝ q̄rum ꝯ̄ria ſunt genera eſſe quandā drām generalē. ſicut ꝟtus ꝛ vitiū ſunt in ꝯ̄rijs generibꝫ. ſ. boni et mali. Et tn̄ eoꝝ ē hec cõis drn̄a ꝙ vtrūqꝫ ē ipi⁹ aīe ꝛ nõ corporis Et in hoc bn̄ drſt a corꝑalibꝫ habitibꝫ ſicut ſtꝭ ſanitas robur ꝛ albū ꝛc. Manifeſtū ē ḡ vlr Si definitio ex genere ꝛ drā ꝯſtituiꝛ. tūc oꝑtet ſi ꝯ̄rij definitio manifeſta ē ꝙ etiā ꝓpoſiti definitio erit. Si em̄ ꝯ̄rioꝝ ē idem genus drn̄e erūt ꝯ̄rie vel oēs vel aliq̄ ſaltē ſcꝫ ꝯſtitutia. Sciendū ē etiā ꝙ qn̄ ꝯ̄rioꝝ dꝛ eē eadē drā hoc maxime veꝝ ē in definitõibꝫ paſſionū in q̇bꝫ ſubiectū ē loco drn̄e ſicut aq̇li ꝛ ſime drā ē naſus. ꝛ iuſticie et iniuſticie drā ē aīa

Ulterius ſciēduꝫ. ꝙ ad conſtruēdum definitionē phs ponit ſcđam ꝯſideratõem q̄ eſt a ꝯiugatꝭ. vn̄ volentē ꝯſtruere definitõem inſpiciendū ē in caſibꝫ ꝛ cõiugatꝭ Quia in caſibꝫ et ꝯiugatis neccē eſt ꝯ̄ria eē genera generibꝫ et drās differentijs ex q̇bꝫ fiunt definitõnes Et etiā neceſſe eſt totas definitões eē ꝯſequētes definitionē. Ut ſi obliuio ē amiſſio ſcie in p̄ncipalibꝫ Et obliuiſci eſt amittere ſciam in ſumptis ꝛ ꝯiugatis ꝛ oblitū eē amiſiſſe ſciaꝫ in p̄terito Silr em̄ vno eoꝝ ꝯceſſo q̄ dicta ſunt neceſſe ē alia ꝯcedere. Silr ſi corruptio ē diſſolutio ſube. corrūpere erit diſſoluere ſubam ꝛ ſic de alijs. Tercia ꝯſideratio ſumiꝛ penes locū a ꝓportõe Ꝯſiderandū ē ḡ ex ſilr ſe habentibꝫ in ꝓportõe adinuicē Nam ſi ſalubre eſt effectiuum ſanitatis ſ̄m habitudinē cauſe efficientis. ſeq̇tur ꝙ euechiuū eſt effectiuū euechie ꝛ iuuatiuū effectiuū boni. nā vnūq̇dqꝫ eoꝝ q̄ dicta ſunt ſilr ſe hn̄t ad ꝓpriū finē intentū in ipis. Et iõ ſi vnius eoꝝ definitio ē eē effectiuū ꝓprij finis etiā alioꝝ erit ſilis definitio. Quarta ꝯſideratio inſpiciendo in locū a minore ꝯſtruiꝛ definitio ex magꝭ et minus videri ineē. ꝓpoſitis em̄ duobꝫ et duabꝫ definitõibꝫ ꝛ vni⁹ magꝭ videatur eſſe vna definitio q̄ꝫ alteri⁹. Alia ſcꝫ min⁹ tūc ſi illa q̄ min⁹ videꝛ eſſe definitio vni⁹ ſit definitio. Tunc etiā alia q̄ magꝭ videꝛ eē definitio alteri⁹. Et ſilr ꝑ locū a ſili. Si hoc videꝛ eē hui⁹ definitio ꝛ illud illi⁹. tunc ſi h̄ ē hui⁹ definitio. illud etiā erit illi⁹ definitio Quia ſiliū ſilr ē iudiciū Nõ. aūt oꝑtet hic ad ꝓpoſitū determiare cõꝑando vnā definitõem ad duo definita. vl duas definitiones ad vnū definitū. nec ſ̄m ſilitudinē nec ſ̄m magꝭ ꝛ min⁹ ꝯſiderādo. Rõ ē. qꝛ nõ ꝯtingit vnā definitõnem eē duoꝝ. eo ꝙ nõ eēt duo ſed vnū. nec vni⁹ eē duas definitõnes. cū vni⁹ rei ſit tm̄ vnū eē. Et iſti loci iam dicti ſcꝫ ab oppoſitis ꝯiugatis a ꝓportõe a ſili a magis a minus ſunt oēs oportuniſſimi ad ꝯſtruendū definitõnem Et iõ ipos oꝑꝫ retinere maxime in memoria ꝛ ꝑ exercitiū habere ꝑatos eo ꝙ vtiliſſimi ſunt ad q̄libet ꝓblemata. Oportet tn̄ etiā habere ꝑatos locos illos q̄ maxime ſunt cões ad plura valentes. Sicut ſunt maxime loci extrinſeci. eo ꝙ illi ſunt maxime deductiui multaꝝ ꝯcluſionū ſcꝫ inſpiciendo in ſingularibꝫ. vtꝝ oībꝫ cõueniat. Quia ſp̄es vniuoce predicatur de omibus indiuiduis. Et iſte locus maxime eſt vtilis ad eos hoc eſt cõtra eos qui ponunt formas ſeꝑatas. eo ꝙ ſ̄m illas ſp̄es vniuoce nõ p̄dicatur de ſingularibus Iterum diligenter ꝯſiderandū eſt. Si aliquis in definitõne transferat nomen in aliud. et ſi idem de eodem vt diuerſum predicet. Et ſimiliter ſi quis alius eſt locus opartius et efficax. illud oportet em̄ ſemꝑ habere ꝓximum in diſputatione et precipue ad problema definitõnis ad quod omnia elementa ſunt.

Dubitatur p̄mo. vtruꝫ inter omia ꝓblemata

ꝓblema definitōis facilius ſit deſtruere et difficiliꝰ cōſtruere Pro ſolutōe dubij. Sciendū ꝙ poſtq̄ Ariſtoteles determiauit de ꝓblematibꝰ p̄dicatoꝝ in libris p̄cedētibꝰ iā finaliter cōpat ea ad inuicē penes facilitatem et difficilitatē ꝯſtruendi ⁊ deſtruendi. Et pmo facit iſtud de q̄libet p̄dicato in ſe. Scd̄o de cōpatōe eoꝝ ad inuicē. pmo videndū eſt de definitōne. ſcd̄o de ꝓprio. tercio de genere. quarto de accn̄te vn̄ ph̄s pmo oſtēdit difficultatē ꝯſtruendi definitōem. ſcd̄o facilitatē deſtruendi. Q̄ʒ q̄ difficilius eſt ꝯſtruere definitōnem q̄ deſtruere. pʒ qꝛ noſcere pfecte definitōem eſt ſumere eam quaſi ꝯceſſam ab opponentibꝰ qđ nō eſt multū facile reſpondenti. eo ꝙ multa vl'r req̄runt' ad definitōnem conſtruendā. Nam difficile eſt oſtendere in definitōne q̄m hoc eſt genus. hoc aūt dr̄ã. Et ꝙ iſta p̄dicant' in q̄d et ſine his ipoſſibile eſt fieri ſyllogiſmū. quō definitio oſtēditur ineſſe definito Et ſi q̄dam alia p̄dicantur in eo qđ q̄d de definito certū eſt ꝙ ſint de definitōe eiꝰ. eo ꝙ definitio debet ꝯſtrui ex exiſtentibꝰ ꝯuertibilibꝰ definito. Interimere aūt definitōem eſt facile. Quia facilius eſt ꝯcludere vnū q̄ plura. ſed ad deſtruendū definitōnem ſufficit oſtendere vnū. videlicet aut ꝙ non ineſt vt dr̄ña aut ꝙ non ineſt vt genus et ſic de alijs. Ad ꝯſtruenduʒ aūt opꝫet oīa illa oſtendere. qꝛ definitio non fit niſi oībꝰ his exiſtentibꝰ ſil' Scd̄a rō ad ꝯſtruendū definitōem opꝫet eā oī ineſſe. cui ineſt definitū. et ꝙ ſit ꝯuertibilis cum definito. Sʒ ad deſtruendū ſufficit vnū ſolū. ſufficit enim ad deſtruendum oſtendere ꝙ alicui eoꝝ cui ineſt definitum non inſit definitio. Tercia ratio. ſi definitio inſit omni cui ineſt definitum. oportet ꝙ ſolum inſit illis ſi debet conſtrui. non autem oportet hoc ad deſtruendum. Ex his patet ꝙ difficile eſt conſtruere definitōem facile aūt deſtruere. Similiter ſic habet in ꝓblematibus de genere et ꝓprio. In vtriſq; em̄ faciliꝰ eſt deſtruere q̄ conſtruere. hoc aūt patʒ de ꝓprio. Quia om̄ia que requiruntur ad ꝯſtruendū. req̄runt' ad ꝓpriū cū ꝓpriū emanet ex pncipijs eſſentialibꝰ ſpēi ipam definientibus. et ad ꝯſtruendum ipm̄ oportet ꝙ inſit omni ſoli ſemꝑ et ꝯuertibiliter. Ad deſtruendū aūt ſufficit deſtruere vnum ſolum ſcʒ ꝙ inſit om̄ibus vl'iter eſſentialiter. et p̄dicetur in quid. Sed deſtruenti contingit dupliciter deſtruere. ſcʒ vel qꝛ nulli ineſt. aut quia alicui nō ineſt. ergo facilius eſt deſtruere genus q̄ ꝯſtruere Similiter eſt in accidente. Quia ex pluribꝰ poteſt deſtrui ex vno aūt conſtrui. Et iſtud eſt verum de accidente vniuerſali. Quia ibi oportet oſtendere ꝙ om̄ibus inſit ſi debeat conſtrui. Ad deſtruendū aūt per ꝯtradictionem ſufficit oſtendere ꝙ alicui nō ineſt ꝑticulare aūt ꝓblema de accidente ꝯtrario modo ſe habet. Quoniā facilius eſt conſtruere eo ꝙ ſufficit oſtendere. ꝙ quocunq; modo ineſt. deſtruentem aūt oportet oſtendere quoniā nulli ineſt. Si aūt alicui inē vel alicui nō ineſt nō interimitur. Quia ſunt ſimul vera. Et ergo ad deſtruēdum alicui non ineſſe oportet oſtendere quoniā nulli ineſt. hoc autē eſt difficile. ergo econtra ſe habet. Ex dictis ꝗm patet in om̄ibus p̄dicatis in ſe et abſolute acceptꝭ qualiter difficilius eſt ea ꝯſtruere q̄ deſtruere.

Queritur. Utrum fallacia accidentis ſit fallacia extra dictionem ab alijs fallacijs diſtincta. ¶ Arguitur primo ꝙ non.quia nulla eſt fallacia ſubſtantie.ergo a ſimili nulla eſt fallacia accidentis. ¶ Secundo ſic.hec fallacia ſe tenet ex parte medij.ergo debet vocari fallacia medij ⁊ non accidentis ¶ Tercio ſic.omnis fallacia debet deficere a vero elencho.ſed fallacia accidentis non eſt huiuſmodi.quia ibi eſt bona forma ſyllogiſtica ⁊ ꝓbabilitas premiſſarum.igitur nulla eſt fallacia accidentis. In oppoſitum eſt philoſophus in textu

¶ Sciendum primo. Ꝙ poſtquam philoſophus enumerauit fallacias extra dictionem Hic ꝯſequenter in ſpeciali determinat de ipſis ⁊ primo de fallacia accidentis. quam diffinit ꝙ eſt quando ſimiliter quodlibet aſſignatur rei ſubiecte ⁊ accidenti ineſſe. Et ſic fallacia accidentis eſt idoneitas decipiendi ꝓueniens ex partiali identitate accidentis cum re ſubiecta.ꝓpter quam identitatem creditur illud quod attribuitur vni eſſe attribuendum alteri.quod tamen non oportet propter partialem diuerſitatem vnius ad alterum ⁊ econtra. Ex quo patet ꝙ cauſa apparentie huius fallacie eſt partialis identitas accidentis cum re ſubiecta Et cauſa defectus eſt partialis diuerſitas eorundem ꝓpter quam non oportet attribuere vni quicquid conuenit alteri. quia cum eidem ſubiecto multa accidant non oportet omnia dicta de illis predicatis dici de tali ſubiecto.quia ſic omnia eſſent eadem .vt dicit textus Ex predictis etiam patet ꝙ in fallacia accidentis tria reperiuntur.ſcilicet accidens.attributum.⁊ res ſubiecta Et cum arguitur in prima figura maior extremitas eſt attributum.⁊ medium eſt accidens.⁊ res ſubiecta eſt minor extremitas .⁊ quandoqꝫ tale medium abſolute ꝯuenit minori extremitati quod tamen ꝯparatum ad attributum eſt extraneum rei ſubiecte. Et ꝓpter hoc non poteſt inferri de re ſubiecta.vt in iſto paralogiſmo.homo eſt ſpecies.ſortes eſt homo .ergo ſortes eſt ſpecies. Sed cum arguitur in tercia figura.maior extremitas eſt attributum.medium eſt res ſubiecta. ⁊ minor eſt accidens. vt hic ſortes eſt indiuiduum.ſortes eſt homo.ergo homo eſt indiuiduum.ibi homo accidit ſorti non ſimpliciter.ſed inquantum ſortes ſtat ſub illo attributo indiuiduum. Ex iſtis patet ꝙ non capitur hic accidens prout diſtinguitur contra ſubſtantiam.ſed capitur pro illo quod eſt extraneum alicui reſpectu alicuius tercij. Et tale dicitur accidens tranſumptiue.ad ſimilitudinem accidentis quod eſt ens in alio Nam tale accidens eſt extraneum ſuo ſubiecto .quia eſt alterius generis. Et ſimiliter accidens in ꝓpoſito habet extraneam habitudinem ad rem ſubiectam vel ad attributum .nam ꝯparatum vni eſt alteri extraneum.

¶ Sciendum ſecundo. Ꝙ huius fallacie poſſunt aſſignari duo modi tantum Primus eſt.quando propter identitatem accidentis ⁊ rei ſubiecte attributum quod conuenit cum accidente infertur de re ſubiecta.vel quando conuenit cum re ſubiecta ⁊ infertur de accidente.⁊ ſecundum hunc modum poteſt argui in qualibet figura. In prima ſic.homo eſt ſpecies.ſortes eſt homo.ergo ſortes eſt ſpecies.ibi propter identitatem ſortis ⁊ hominis credimus ſpeciem attribui ſorti quod tamen non oportet.quia ſpecies ꝯuenit homini ſecundum eſſe quod habet in intellectu in quo eſt extraneus ſorti.et non conuenit homini ſecundum eſſe quod habet in ſorte.quare non poteſt inferri de ſorte. Nam homo prout comparatur ad illud attributum accidit ſorti . Unde cum inferius ⁊ ſuperius ſecundum rationem diſtinguuntur. non eſt inconueniens multa ꝯuenire ſuperiori ſecundum ꝙ differt ab inferiori que tamen inferiori ꝯuenire non poſſunt. ⁊ econuerſo. In ſecunda figura fit ſic.homo eſt animal.aſinus eſt animal.ergo aſinus eſt homo.ibi homo eſt attributum quod ꝓpter ꝯuenientiam cum animali quod eſt accidens infertur de re ſubiecta que eſt aſinus. In tercia figura ſic.homo eſt ſpecies. homo eſt animal.ergo animal eſt ſpecies.ibi ꝓpter partialem identitatem accidentis cum re ſubiecta.ſcilicet animalis cum homine in-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fertur illud attributum quod eſt ſpecies de accidente Et in ſpeciali poſſunt diſtingui tres modi ſm tres figuras. Secūdus modus eſt quando attributum ⁊ accidens diuiſim verificantur de re ſubiecta. ⁊ ꝓpter hoc inferūtur cōiunctim. cum tamen diuerſis rationib⁹ ſibi cōueniant. vt iſte eſt magnus. ⁊ eſt clericus. ergo eſt magnus clericus. ⁊ generaliter fit iſte modus quando arguitur indebite a diuiſis ad cōiuncta

Concluſio prima Fallacia accidētis eſt fall'a extra dictōem. Probať ꝯcl'o. q2 illa fall'a eſt extra dictiōez q̄ ſumit cāſ ſuas apparētie ⁊ defectus ex ꝑte rei. ſed ſic eſt de fallacia accidentis. ergo ꝯcluſio vera

¶ Concluſio ſecunda Fallacia accidentis eſt ab alijs fallacijs diſtincta. Probatur concluſio. quia fallacia accidentis habet ſpecialem cauſam apparentie et defectus diſtinctam a cauſis aliarum fallaciarum. igitur concluſio eſt vera.

¶ Dubitatur primo. Utrū paralogiſmi huius fallacie ſint veri ſyllogiſmi. ¶ Ad dubium reſpondetur ꝙ non. quia in vero ſyllogiſmo medium debet eē vnū in comparatione ad extrema. quod tamen non fit in iſtis paralogiſmis. Unde eidem conueniunt diuerſa ſm diuerſa eſſe que ſm diuerſas rationes habet. puta generis aut differentie. aut ſpeciei. vt homini ſm eſſe quod habet in intellectu conuenit ꝙ ſit ſpecies. ⁊ ſm eſſe quod habet in rerum natura ſibi conueniūt accidentia realia. ⁊ ſic incꝓtum comparatur vni iſtorum accidentium eſt alterum a ſeipo ꝯparato ad aliud accidens

¶ Dubitať ſecūdo. Utrū in iſta fallacia fiant paralogiſmi negatiui. Ad dubium reſpondetur. ꝙ ſic. quia ſi propter partialem identitatem accidentis cū re ſubiecta aliquis credat illud negari ab accidente quod negatur a re ſubiecta vel econtra ipſe decipitur ſm hanc fallaciam accidentis

¶ Ad rōnes āñ oppoſitum. Ad primā pz ſolutio ex dictis. ¶ Ad ſecūdam dicitur. ꝙ hec fallacia ſemper ſe tenet ex parte accidentis. ⁊ tale accidens quandoq3 eſt medium ⁊ quandoq3 non. vt dictum eſt. ideo hec fallacia melius nominatur fallacia accidentis. q̄3 fallacia medij. ¶ Ad terciam dicitur ꝙ medium comparatum ad extrema eſt alterum ⁊ alterum. ideo in paralogiſmis huius fallacie ſunt equiualenter quatuor termini. ⁊ ſic deficiunt in illatione ⁊ peccant contra elenchuз incꝓtū eſt ſyllogiſmus ⁊ illatiuus.

De fallacia ſm quid ad ſimpl'r

Scd̄m autez ꝙ ſimpliciter dicitur hoc. aut quo et nō proprie quādo particulariter dicitur vt ſimpliciter dictuз ponitur. vt ſi quod non eſt opinabile eſt. quoniā (quod nō eſt) ē: nō eñ idē eſt eſſe quid et eſſe ſimpliciter. Aut rurſuз quoniā quod eſt non eſt: Si eorum que ſunt quid non eſt. vt ſi non homo. nō eñ eſt ideз non eſſe quid. et ſimpliciter non eſſe. Uidetur aūt eo ꝙ proxima ſunt dictione ⁊ parum differāt eſſe q̄d et eſſe. ⁊ nō eſſe quid ⁊ non eſſe Similiter aūt ⁊ eſt ⁊ quod eſt ſm quid ⁊ ſimpliciter. vt cum ſit niger alb⁹ eſt dentib⁹ indus: albus ergo ⁊ non albus eſt. Aut ſi ambo quo: quoniā ſimul ꝯtraria inerūt Huiuſmodi autem in quibuſdam omnia conſiderare facile eſt. vt ſi ſumens ethiopem eſſe nigrum. dentib⁹ dicat quoniam alb⁹. Si ergo alb⁹ quoniam niger ⁊ non niger putabitur diſputaſſe ſyllogiſtice. cuз perfecerit interrogationem. In quibuſdam vero latet frequenter in quibus quandoq3 quod dicitur. et ſimpliciter videtur ſequi. ⁊ in quib⁹ non facile ē conſiderare vtrum eorum ſit aſſignandum Fit autem huiuſmodi in quibus ſimiliter ſunt oppoſita. Uidetur eñ aut ambo. aut neutrum eē concedendū ſimpliciter p̄dicari. vt ſi dimidiuз q̄dem album. dimidium vero nigrum. vtrum album vel nigrum vel neutrum

Queriť Utrum fallacia ſm quid ad ſimpl'r ſit fallacia extra dictionē ab om̄ib⁹ alijs diſtincta. ¶ Arguitur primo ꝙ non. quia nulla eſt fallacia a ſimpliciter ad ſm quid. ergo a ſimili nulla eſt fallacia a ſm quid ad ſimpliciter ¶ Secūdo ſic. a minus ꝯmuni ad magis commune eſt bona conſequentia. ſed dictum ſm quid ſe habet vt minus ꝯmune ad dictum ſimpliciter. ergo a dicto ſm quid ad ſimpliciter nulla eſt fallacia ¶ Tercio ſic. bene ſequitur iſte eſt cecus ſm oculos. ergo eſt cecus. ⁊ ibi tamē arguitur a dicto ſm quid ad ſimpl'r. ergo ibi nō ꝯmittiť aliqua fallacia In oppoſitū eſt ph̄us in textu.

¶ Sciendū eſt primo Q2 poſtq̄3 philoſophus determinauit de fallacia accidentis que peccat cōtra elenchum vt eſt illatiuus. Coſequēter determinat de fallacia ſm quid ad ſimpliciter. que peccat cōtra elenchum. vt eſt quodāmodo contradictiuus. Et in propoſito capitur dictum ſimpliciter pro dicto ſumpto ſine determinatiōe diminuente. vt homo alb⁹ Et dicitur dictum ſm quid. quia ſi determinatio ſit impropria non infert dictum ſimpliciter. Eſt eſt eñ duplex determinatio. quedam eſt contrahens tm̄. que eſt propria. ⁊ talis facit partem in modo. et non cauſat aliquam fallaciam. Alia eſt determinatio impropria. que eſt diminuens vel priuans ratiōem dicti ſimpliciter. et talis poteſt cauſare aliquaз fall'am qñ ꝓcediť a dicto ſm quid ad dictū ſimpl'r.

Sciendū ſecūdo ꝙ fallacia ſm quid ad ſimpliciter eſt ydoneitas decipiendi proueniens ex partiali identitate dicti ſm quid ad dictum ſimpliciter. propter quam credimus ꝙ vnum ſequatur ad aliud. ⁊ tamē non ſequitur propter partialem identitatem eorum inter ſe. ⁊ eius cauſa apparentie eſt partialis identitas dicti ſm q̄d cum dicto ſimpliciter. propter quam credimus ꝙ vnum ſequitur ad aliud. Sed cauſa defectus eſt partialis diuerſitas eorūdem. Unde dictum ſm quid ⁊ dictum ſimpliciter videntur eē idē. eo ꝙ proxima ſunt ⁊ in dictione parū differunt vt habetur in textu. tamen non eſt idem eſſe ſm quid ⁊ eſſe ſimpliciter

Cōcluſio p̄ma. In fallacia ſm quid ad ſimpliciter qñq3 facile eſt cognoſcere defectum qñq3 difficile. Probať ꝯcluſio. q2 qñq3 dictū ſm q̄d multū differt a dicto ſimpliciter Ut hic ethiops eſt alb⁹ ſm dentes. igitur eſt albus. et qñq3 multū ꝯueniūt dictū ſm q̄d et dictum ſimpliciter. vt ſi duo ꝯtraria equaliter inſint eidem ſubiecto. difficile eſt videre vtrū q̄dlibet eoꝝ debeat affirmari de ſubiecto. vel vtrūq3 negari. vel vnū affirmari ſm q̄d. et reliquū ſimpliciter. vt ſi ſcutū ſit ꝓ medio albū et ꝓ medio nigrū. difficile eſt videre vtrū dicať albū aut nigrū ſm q̄d aut ſimpliciter. Unde in tali caſu dd̄m ꝙ tale nec eſt albū tm̄ nec nigrū tm̄. ſз vtrūq3

Concluſio ſecūda. et reſpōſalis ad queſitum Fallacia ſm quid ad ſimpliciter eſt fall'a extra dictōem a ceteris diſtincta. Probať ꝯcluſio ſil'i rōne ſicut ꝓbatum eſt ſupra de fallacia accidētis. quia ſcз ſumit cauſas appꝛentie et defectus ex ꝑte rei. et etiam q2 habet ſpēales cauſas a cauſis aliarū fallaciarū diſtinctas

¶ Dubitať primo De modis huius fallacie quot ſunt et qui. Ad dubiū reſpōdeť ꝙ huius fall'e ſunt duo modi generales Primus eſt. arguendo a dicto ſm quid ad dictū ſimpl'r. ſiue affirmatiue ſiue negatiue. Et iſte modus ꝯtinet quinq3 modos ꝑticulares Primus eſt quādo determinatio impropria contrahit dictū ſimpliciter ad modū ꝑtis ſubiectiue. vt hic. iſte eſt homo mortuus. igiť eſt homo. vel chimera eſt ens opinabile igitur eſt ens. q̄d nō ſequitur. q2 dictum ſm quid nō poteſt inferre dictū ſimpliciter Tamen ens opinabile poteſt capi dupl'r. Uno mō ꝓ illo quod poteſt opinari. ⁊ ſic ens opinabile poteſt eſſe ens ſimpliciter. Alio mō capitur ꝓ illo q̄d tm̄ hз eſſe in opinione. vt ſunt entia ficta. ⁊ i iſtis nō ſequitur. h̄ ē ens opinabile. igiť eſt ens Scd̄s mod⁹ eſt quādo determinatio impropria cōtrahit dictum ſimpliciter ꝑ moduз ꝑtis integralis. vt ethiops eſt alb⁹ ſm dentes. igiť eſt alb⁹. Tertius modus eſt qñ determinatio impropria ꝯtrahit dictū ſimpl'r ad modum ꝑtis i loco. vt bonū eſt interficere patrē in triuanis. igiť bonuз eſt interficere patrē Quartus modus eſt qñ determinatio ꝯtrahit ꝑ modū ꝑtis in tēpore. vt bonū eſt ieiunare in quadrageſima. igiť bonū eſt ieiunare Quint⁹ modus eſt qñ determinatio ꝯtrahit ſuum determinabile ſm reſpectū ad aliud vt vinū eſt malū febricitanti. igiť vinum eſt malū. Secūdus modus p̄ncipalis eſt qñ arguiť a dicto ſimpliciter ad ſm quid. et maxime fit arguendo negatiue vt chimera nō eſt ens. igiť nō ē ens opinabile Et poſſet variari q̄nq3 modis ſpecialibus. ſicut dictum eſt de primo modo.

¶ Dubitať ſcd̄o. Utrū verum ſit ꝙ determinatio ꝯtrahens dictum ſimpliciter ꝑ modū ꝑtis integralis cauſat p̄ñtem fall'am. Et videť ꝙ nō. q2 bñ ſequitur. iſte eſt ſymus ſm naſum igiť eſt ſymus Ad dubium rñdeť. ꝙ vt ſufficit ad ꝓpoſitū duplicia ſunt accidentia. Quedā ſunt q̄ ſibi determinant certam ꝑtem in ſubiecto et ideo cū inſunt illi ꝑti ſufficiūt denoiare totuз et ſm iſta nō ſumiť hec fall'a. vt arguit obiectio. Alia ſunt accñtia q̄ ſibi nō determināt certam ꝑtem in ſubiecto. et talia nō p̄ñt denoiare ſubiectū niſi inſint ſm maiorē ꝑtē ideo nō ſequiť ethiops eſt alb⁹ ſm dētes. igiť ethiops ē alb⁹ Et ſm iſta ſumiť hec fallacia.

Ad rōnes. Ad primā dicitur. ꝙ eadē eſt fallacia ſm quid ad ſimpl'r. ⁊ ecōtra. q2 vtroq3 modo arguendo eſt eadē cauſa apparentie ⁊ defectus Ad ſecūdā diciť ꝙ dictū ſm q̄d includens determinatōem diminuentem nō ſe habet vt minus cōe ad dictū ſimpliciter. quia vnū nō includit reliquū. ſed ſe habēt tāq̄3 diſparata. licet dictū determinans determinatione propria ſe habeat vt minus cōmune Ad tertiam dicitur. ꝙ eſſe cecū determinat ſibi certam partem in ſubiecto. et per eam ſufficit denominare totum. ideo ibi nō eſt determinatio nec arguitur a dicto ſm q̄d ad dictū ſimpliciter.

De fallacia ignorantie elenchi

Quoniā aūt ſm ꝙ nō determinať q̄d ſyllogiſmus aut quid elenchus ſm diminutionem fuerit rationis. Nam elenchus eſt contradictio eiuſdem et vnius. non nominis ſed rei et nominis. non ſynonomi ſed eiuſdem. ex his que data ſunt ex neceſſitate. nō cōnumerato eo q̄d erat in principio: ſm idem et ad idem. et ſimiliter. et in eodem tempore Eodem aūt modo eſt et in mentiri de aliquo. Quidam aūt omittētes aliquid ex eis que data ſunt videnť arguere. vt qm̄ idē duplū et nō duplū. nā duo vnius q̄dē duplū. trium autē non duplū. Aut ſi idem eiuſdem duplum ⁊ non duplum. ſed non ſm idem nam ſm longitudinem duplū. ſm latitudinem vero nō duplum. Aut ſi eiuſdē et nō ſm idem et ſimiliter ⁊ non ſimiliter. quare eſt apparens elenchus. Trahet aūt aliquis in his que ſm dictionem.

Queriť. Utrū fallacia ignorantie elenchi ſit fall'a extra dictionem ab alijs diſtincta Arguiť primo ꝙ nō. q2 nulla eſt fall'a ignorantie ſyllogiſmi. ergo a ſil'i nulla eſt fallacia ignorātie elenchi Secūdo. ignorātia elenchi eſt fallacia generalis ad quam cetere tam in dictione. q̄3 extra dictionē reducūtur. igiť nō eſt fallacia ſpecialis Tertio. ignorātia elenchi nō diſtinguitur a fallacia ſm q̄d ad ſimpliciter. quia vtraq3 ſumitur ex additione determinatōnis ad dictum ſimpliciter In oppoſitum eſt philoſophus in textu.

Sciendum p̄mo. ꝙ poſtq̄3 ph̄s determinauit de fall'a ſm quid ad ſimpliciter. Cōſequēter determinat de fall'a ignorātie elenchi cuius paralogiſmi fiūt ꝓpter omiſſionem alicuius ꝑticule definitōis elēchi ꝓut elenchus eſt ꝯtradictiuus. Eſt eñ elenchus ſyll's ꝯtradictionis vnius et eiuſdē nō nois tantū. nec rei tantū. ſз rei et nois ſil'. nō ſynonomi. ſз eiuſdē ex his q̄ data ſt̄ de nc̄citate. nō ꝯnumerato hoc q̄d erat in principio ad ideз ſm idē. ſil'r et in eodē tp̄e. In qua definitōe ponūť aliq̄ ꝑticule cōes rōne ſyll'i. alique rōne ꝓbatiōis. et aliq̄ rōne ꝯdictiōis. puta vni⁹ ⁊ eiuſdē nō nois tātū. ſз rei ⁊ nois ſil'. nō ſynonomi ſз eiuſdeз. ex his q̄ data ſunt de nc̄citate iſte ꝑticule ꝯueniūt elencho. incꝓtum eſt illatiuus. ⁊ iſta ꝑticula nō ꝯnumerato q̄d erat in p̄ncipio ſibi ꝯuenit incꝓtū eſt ꝓbatiuus. Alie vero quatuor ſibi ꝯueniunt incꝓtum eſt contradictiuus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sciendum ſcđo. ꝙ ignorantia pōt capi du pliciter. Uno modo generaliter ꝓ omiſſione cuiuſcūq ꝑticule in definitione elenchi poſite. ⁊ hoc mō ignorātia elenchi eſt fallacia genrealis ad quā oēs alie reducūtur ſed ſic nō accipit̃ in ꝓpoſito. Alio modo capit̃ ſpecialiter ꝓ omiſſione alicuius cōditionis ſpecialiter requiſite ad ꝯtradictōem. Et hoc modo ignorantia elenchi eſt falla cia ſpēalis. Et ſic definit̃ fallacia ignorantie elenchi. eſt ydoneitas decipiendi ꝓueniens ex apparenti obſeruatio ne ꝯditionū reqſitaꝝ ad ꝯtradictōem ex qua videt̃ ſeq ꝯdictio ſimplr̃ q̃ tñ nō ſeqt̃ Et ei⁹ cā appentie eſt illa ap parens obſeruantia illarū cōditionū ſeu ꝯuenientia con tradictōnis apparentis ad veram ꝯtradictionem. ꝓpter quam credimus ꝙ cōtr. dictio apparens inferat cōtradi ctionem ſimpliciter. Sed cauſa defectus eius eſt omiſſio alicuius illaꝝ cōditionū ſiue diuerſitas contradictionis apparentis a vera contradictione.

¶ Cōcluſio pⁱma: Predicta definitio elenchi eſt ſufficiens Probatur cōcluſio ꝑ cōditiones bone defi nitōnis. et ꝑ declaratōem ꝑtium ſuarū. ex qua definitōe ſeqt̃ ꝙ ad elenchū tria reqrunt̃. ſcʒ ꝓbabilitas. illatio. et cōtradictio cōcluſionis reſpōdētis. Sicut dictū eſt ſup̃

Concluſio ſecūda. Et reſponſiua ad queſitū Fallacia ignorātie elenchi eſt fallacia extradictiōem ab alijs diſtincta. Probat̃ ꝯcluſio ꝯſimiliter ſicut ꝓbatum eſt de fallacijs precedentibus.

Dubitatur primo. de modis huius fallacie. Ad dubiū rñdet̃. ꝙ huius fallacie ſunt quatuor modi ſm quatuor cōditiones ſpēaliter requiſitas ad cōtradic tionem. ſcʒ ad idē. ſm idē. ſilr̃. et in eodē tp̃e Prim⁹ mo dus ſumitur eo ꝙ nō arguitur ad idem vt duo ſunt du pla vnius et non ſunt dupla trib⁹. igitur ſunt dupla ⁊ nō dupla. Secūdus modus ſumit̃ eo ꝙ nō arguit̃ ſm idē vt hec linea eſt dupla ad ſupficiē ſm longitudinē. et nō eſt dupla ſm latitudinē. igit̃ eſt dupla ⁊ non dupla Ter tius modus ſumit̃ qñ nō arguit̃ ſilr̃. vt celū mouet̃ circu lariter ⁊ nō mouet̃ recte. igit̃ mouet̃ et nō mouet̃. Quar tus mod⁹ ſumit̃ eo ꝙ nō arguit̃ in eodē tp̃e. vt ſortes le get cras. et nō leget poſteras. igit̃ ſortes leget ⁊ nō leget In oīb⁹ eñ iſtis ꝑalogiſmis eſt ignorantia elenchi. ꝓpter defectuʒ alicuius conditōnis. neceſſario requiſite ad co ntradictionē ⁊ nō valet ꝯſequētia. q² ex apparenti ꝯtra dictione infert̃ ꝯtradictio ſimpliciter.

¶ Dubitat̃ ſecundo Quō intelligit̃ id qđ dicit̃ in textu. ꝙ ſcʒ aliqs poſſet trahere hanc fallaciā ad falla cias in dictōne. et que eſt cauſa huius Ad dubiū reſ pondet̃ ꝙ hoc nihil aliud eſt niſi ꝙ aliqs poſſet credere hanc fallaciā eſſe in dictione. Et huius rō eſt. ſm Egi diū. q² iſta fall'a directius ceteris peccat ꝯtra ꝯdictōem vt ptʒ ꝑ modos eius. Sʒ fall'e in dcōne magis deficiunt a vera ꝯtradictōne q̃ʒ fallacie extradictōem Qđ ſic ptʒ q² ad ꝯtradictōem requirit̃ affirmatio et negatio eiuſdē de eodem. ſed in fallacijs in dictōne. licet ſaluetur vnitas vocis in materia et forma ſimul. aut in materia tm̃ nulla repit̃ tñ vnitas rei. Sed fall'e extradictōnem ſumūt cām apparētie ex ꝑtiali idēptitate rei ⁊ cām defectus ex ꝑtiali diuerſitate. cū igit̃ i eis ſaluet̃ aliq̃ idēptitas rei. quā idē ptitatē reqrit ꝯtradictio. ſequit̃ ꝙ fall'e extra dictōem nō tm̃ deficiūt a vera ꝯtradictione ſicut fall'e in dictiōe. igit̃ iſta fall'a maiorē hʒ ſilitudinē cuʒ fallacijs in dictione q̃ʒ extra dictionez. Nec ſequit̃ ꝙ ſit in dictōne. quia ſumit cauſam apparentie ex ꝑte rei.

Ad rōes. Ad primā dicit̃. ꝙ ille fall'e que de ficiūt in illatione pñt dici ſm ignorantiā ſyllogiſmi. eo ꝙ nō determināt qd ſit ſyll's Ad ſecundā patet ſolutio ex dictis Ad tertiā dr̃. ꝙ in fall'a ſm qd ad ſimplr̃ ar guitur ab vno dicto ſm qd. in iſta vero arguit̃ a duobus nō ſm ſe. ſʒ incōtum faciūt appentē ſapientiā et videtur inferre ꝯtradictōem ſimpliciter et in altero dictorū illoꝝ poteſt eſſe determinatio contrahens tm̃. qđ tamē nunq̃ſ fit in fallacia ſm qd ad ſimpliciter.

De fallacia petitōnis principij.

Qui aūt in eo quod idē in principio erat ſu mere fiunt quidem ſic. et totidem modis quoti ens contingit id (quod in principio eſt) petere. Uidētur aūt arguere eo ꝙ nō poſſunt inſpice re idem et diuerſum

Queritur. Utrū fallacia petitōnis principij ſit fallacia extra dictiōem ab alijs diſtincta Arguitur primo ꝙ nō. q² ꝑalogiſmi huius fall'e ſunt boni ſyllogiſ mi q̃ʒtum ad illatōem et eſſe dialectici. igitur ſm petitio nem pⁱncipij nō ſumit̃ fallacia Secūdo. nulla eſt fall'a petitōnis pⁱncipiati vel ꝯcluſionis. igit̃ a ſili. nulla ē fall'a petitōis pⁱncipij Tertio petitio pⁱncipij nō deficit a ſyll'o neq̃ ab elencho. igitur nulla eſt fallacia petitiōis pⁱncipij In oppoſitū eſt ph̃s in textu

Sciēdū eſt pⁱmo: ꝙ determinato de fallacia ignorātie elenchi. ꝯſequēter determinat ph̃s de fall'a pe titōis pⁱncipij. Unī petere aliqd in ꝓpoſito eſt petere pⁱnci pale ꝓpoſitū qđ aliqs intendit ꝓbare. et tale ꝓpoſitū eſt ꝯcluſio ꝓbanda. iō petere aliqd vt h̃ ſumit̃ eſt petere cō cluſionem probādam ſʒ hoc ꝯtingit dupliciter. Uno⁹ petitur ꝯcluſio ꝓbanda ſub eadem voce ad ꝓbandū ſe ipām. et ſic ꝓprie dr̃ petitio principij. Alio modo petit̃ ſub alia voce. et vt eſt in premiſſis. et hoc modo ſi ipſa cō ſideret̃. vt ē materialiter in p̃miſſis vocat̃ petitio ei⁹ qđ eſt in pricipio Et ſi ꝯſideret̃ vt effectiue ſeqt̃ ex p̃miſſis ſic dr̃ petitio ei⁹ qđ eſt in pⁱncipio. i. petitio cōcluſionis q̃ infert̃ ex premiſſis. ⁊ ſic diuerſimode capitur principium cū dicitur. petitio pⁱncipij. ⁊ cū dr̃ petitio ei⁹ quod eſt in principio. quia primo modo capitur pro concluſione. ſe cundo modo ꝓ premiſſa.

Sciendū ſecundo. ꝙ quando idē petit̃ ſm rem et vocem ſimul vt ꝯcluſio. ſub eadē voce. tunc voca tur petitio principij ſtatim et peccat ꝯtra ſyllogiſmū ſim pliciter. et iſto modo nō cauſat aliquā fallaciam. quia ibi nulla eſt cauſa appentie Nulla eñ eſt cā apparētie. ꝙ idē ſub eadem voce poſſit ꝓbare ſeipm̃ Sʒ qñ petit̃ idē ſm rem. ſed tñ ſub alia voce ꝓut dr̃ petitio eius qđ eſt in pⁱn cipio poteſt vocari petitio principij nō ſtatim. quia idem non immediate oſtenditur ꝑ ſeipm̃. ſed quia antecedens non eſt magis notum q̃ʒ conſequens. ideo poteſt iterum oſtendi per ꝯſequens. et ſic ex ꝯſequenti poterit idē ante cedens oſtendi per ſeipm̃. et fiet reductio ad petitionem pⁱncipij ſtatim. ſed quia ibi eſt diuerſitas vocis et etiam rei ſignificate inter premiſſas ⁊ cōcluſionem poteſt ibi re periri cauſa apparentie probationis concluſionis tamen ibi nō eſt tāta diuerſitas inter premiſſas et concluſionez ꝙ ſufficiant oſtendere cōcluſionem

Cōcluſio pⁱma. Fallacia petitionis pⁱncipij eſt fall'a extra dcōem. Probat̃ ꝯcluſio ꝑ iā dicta. q² in pe titione pⁱncipij repit̃ cā apparētie ꝓbatōis ꝯcluſionis. et ita ſumit cauſam apparētie ex ꝑte rei. igitur fall'a petitio nis principij eſt fallacia extra dictōnem que ſic definitur Fallacia petitōnis principij eſt idoneitas decipiendi ꝓ ueniens ex apparenti diuerſitate premiſſarum ad conclu ſionem in noticia ⁊ probabilitate. propter quam aliqs credit p̃miſſas ꝓbare ꝯcl'onē. quā tamē nō ꝓbāt ꝓpter idētitatē ꝯcl'onis ⁊ p̃miſſaꝝ q̃ʒtū ad euidētiam.

Cōcluſio ſecunda Fallacia petitōis pⁱncipij eſt ab alijs diſtincta. Probat̃ ꝯcl'o. q² hʒ diſtinctas cās apparētie et defectus a cauſis aliaꝝ fall'aꝝ Unī ei⁹ cauſa apparētie eſt diuerſitas p̃miſſaꝝ a ꝯcluſione: q̃ʒtū ad no ticiā. et ꝓbabilitatē. et eius cā defectus eſt equalitas no ticie ꝯcluſionis ⁊ p̃miſſarū. ſiue idēptitas eaꝝ inter ſe

¶ Dubitat̃ primo. De modis huius fallacie Ad dubiū reſpondet̃ ꝙ huius fallacie ſunt qnq̃ modi qui ponūtur in octauo thopicorū. Primus eſt. quando definitū petitur in definitōne. vel ecōtra vel vnū ſynono mum in alio. vt aial rōnale currit. igit̃ hō currit. Scđs ē qñ ꝑticulare petit̃ in vl'i. vt arguēdo ſic. oīm ꝯtrariorū eſt eadē diſciplina. igit̃ albi ⁊ nigri eſt eadē diſciplina. Ter tius modus eſt qñ vl'e petit̃ in ꝑticulari. vt oīm ꝯtrario rum. oīm priuatiue oppoſitoꝝ. ⁊ ſic de alijs eſt eadē diſ ciplina. igit̃ oīm oppoſitoꝝ eſt eadē diſciplina. Quartus eſt qñ ꝯiūctū petitur in diuiſis vel ecōtra. vt medicina eſt ſani. medicina eſt egri. igitur medicina eſt ſani et egri Quintus modus ē qñ vnū relatiuū petit̃ in alio. vt pla to eſt filius ſortis. igit̃ ſortes ē pater platonis.

¶ Dubitat̃ ſcđo. Utrū in predictis argu mētis ſit locus ſophiſticus q̇ dr̃ fall'a petitōnis pⁱncipij. Et videt̃ ꝙ nō. q² in ip̄is eſt locus dialecticus. vt ptʒ in thopicis. igit̃ Ad dubiū reſpōdet̃ ꝙ nō eſt incōueni ens aliqñ in eodē argumēto eſſe locū dialecticū ⁊ ſophi ſticū reſpectu diuerſorū. q² bñ ſtat reſpectu opponētꝭ ma ior extremitas notius dicat̃ de medio in an̄te q̃ʒ de mino re in ꝯcluſione. ⁊ tūc reſpectu ipſius eſt argumētum dya lecticū. ſʒ reſpectu rn̄tis ꝯtingit notius maiorē extremi tatē ꝯuenire minori extremitati q̃ʒ medio. et ſic eſt argu mentū ſophiſticū. ſicut qñ vnū p̄dicatū notius dr̃ de defi nito q̃ʒ de def[ini]tōe ⁊ tūc ſi reſpectu ipſi⁹ arguat̃ a defini tōne ad definitū ē loc⁹ ſophiſtic⁹. ⁊ ſi eꝯ ē loc⁹ dialectic⁹

Ad rōnes Ad primā dicitur. ꝙ ꝑalogiſmi hui⁹ fallacie nō peccāt in forma ſyllogiſmi q̃ʒtū ad illatio nem. ſʒ peccāt in ꝓbatōe Iō nō ſunt dialectici reſpcū ipi⁹ cui an̄s eſt min⁹ notū ꝯn̄te. q̃ʒuis reſpectu alteri⁹ poſſint eē ſyll'i dialectici. et tūc ſunt ꝑalogiſmi Ad ſcđam dr̃ ꝙ h̃ nō capit̃ in pⁱncipio vt diſtinguit̃ a ꝯcl'one. ſʒ cū dr̃ peti tio pⁱncipij itelligit̃ ꝙ ſit petitio ꝯcluſionis. q̃ ſe hʒ vt pⁱn cipiū in intētione arguentis q̃ʒuis in executōe ſit finis

Ad tertiā dr̃. ꝙ petitio pⁱncipij nō ſtatim nō deficit a ſyll'o ſimplr̃. ſʒ deficit a ꝓbatōe ꝯſequētis q̃ reqrit̃ ad ve rum elenchum ideo peccat ꝯtra elenchum

De fallacia conſequentis

Qui vero ſm ꝯſequēs eſt elēchus eo ꝙ putāt ꝯuerti ꝯn̄am. nā ſicut ex hoc ex nccitate illđ ſit et cū illud ē putāt ⁊ alteruʒ eſſe ex nccitate Unī et q̃ circa opinionē ſunt ex ſenſu fall'e fiūt Sepe eñ fel mel ſuſpicati ſunt. eo ꝙ ſequit̃ rubeus co lor mel. Et qm̃ accidit terrā pluuia fieri madidā et ſi ſit madida opinamur pluiſſe h̃ āt nō nccā⁹ riū Et in rhetoricis q̃ ſm ſigna ſunt ex adiūctis inſunt demōſtratōnes. volētes ei oſtēdere qm̃ adulter qđ adiūctū eſt accipiūt qm̃ cōptus. aut qm̃ in nocte videt̃ errabūdus fur. plurib⁹ āt hec qdē inſunt. p̄dicatū vero nō ineſt. Silr̃ āt et in ſyllogiſticis. vt melliſſi rō: qm̃ infinitū eſt vni uerſum. ſumēs vniuerſuʒ qdē ingenitū eē. nam ex nihilo nihil fieri. qđ aūt factū eſt ex pⁱncipio fieri Si ḡ nō factū eſt pⁱncipiū nō hʒ vniuerſuʒ q̃re infinitū. Nō neceſſe eſt autē hoc accidere. nō ei oīe qđ factū eſt principiū hʒ. et quicquid pⁱncipiū hʒ factū eſt. velut nō ſi febris eſt calor et calidū neceſſe eſt febrē eſſe.

Querit̃. Utrū fallacia ꝯſequētis ſit fall'a extra dictōem ab alijs diſtincta Arguit̃ pⁱmo ꝙ nō. q² nul la eſt fallacia an̄tis. igit̃ nulla eſt fall'a ꝯn̄tis Secūdo fal lacia ꝯſequētis eſt ꝑs fallacie an̄tis. vt dicet̃ inferi⁹. igi tur nō diſtinguit̃ ab ip̄a Tertio. ſi eſſet fall'a ꝯn̄tis fie ret ꝑ hoc ꝙ ꝯſequētia ꝯuerteret̃ cū tñ nō deberet ꝯuerti ſʒ hoc nō. q² ꝯuerſio nō ꝯuenit ꝯſequētie. igit̃ ⁊c̃. In oppoſitū eſt ph̃s in textu

¶ Sciendū pⁱmo. Q[uod] determinato de fallacijs extra dictōem magis pⁱncipalib⁹ Cōſequēter determiat ph̃s de fallacijs min⁹ pⁱncipalib⁹. q̃ ad pⁱncipaliores re ducūt̃. et pⁱmo de fall'a cōſequētis q̃ peccat ꝯ elenchū. vt eſt illatiuus. ⁊ annectitur fallacie accidentis.

¶ Sciendū ſcđo ꝙ an̄s vt hic ſumit̃. eſt illud quo poſito nccārio vel ꝓbabilit̃ vel ſuſpicabiliter ponit̃ aliđ. ſcʒ ꝯn̄s nccārio vt in demōſtratiuis. ꝓbabilit̃ vt in dialecticꝭ. ſuſpicabilr̃ vt in rethoricis Et ſilr̃ accipit̃ ꝯn̄s ꝓ oī illo qđ ſequit̃ ad an̄s ſm p̄dictos modos. ſ. nccārio probabiliter ⁊ ſuſpicabiliter faciēdo quādam preſuppo ſitionem queſtionis.

Cōcluſio pⁱma. Fallacia ꝯſequētis ē fallacia extra dictōem. ꝓbat̃ ꝯcluſio ⁊ pⁱmo ꝙ ſit fall'a. q² ſm cō ſequēs ſumūtur cā apparentie ⁊ cā defectus. igit̃ ſm ꝯſe quēs ſumit̃ fall'a. Et illa ſumit cām apparētie ex ꝑte rei. igit̃ ip̄a fall'a ꝯn̄tꝭ ē fall'a extra dcōem. Et definit̃ ſic falla cia ꝯn̄tis. Eſt ydoneitas decipiendi ꝓueniēs ꝓpt̃ appa rēteʒ ꝯuertibilitatē ꝯſequētis cū an̄te. rōne cuius credi mus. ꝙ ſicut an̄s infert cōſequēs. ꝙ etiā ecōtra cōſeqñs inferat an̄s. Uel deſtructo an̄te deſtruat̃ cōſequēs. et ꝑ hoc credim⁹ cōſequētiā ꝯuerti. q̃ tñ nō cōuertitur

Concluſio ſecūda. Fallacia ꝯſequētis ē ab alijs diſtincta. ꝓbat̃ ꝯcl'o. q² hʒ cauſas apparētie ⁊ defec tus diſtīctas a cauſis aliaꝝ fall'aꝝ Unī ei⁹ cā apparētie ē apparēs idēptitas an̄tis ad ꝯſequēs. ſed cā defect⁹ eſt di uerſitas eoꝝ ad inuicē. ꝓpter qđ nō oportet illa eē ꝯuer tibilia neq̃ ꝯſequētiā ipſoꝝ ꝯuerti adinuicem.

¶ Dubitat̃ primo. De modis huius fallacie Ad dubiū reſpōdet̃. ꝙ huius fallacie ſunt tres modi

Primus modus eſt. arguendo a poſitione ɔ̃ntis ad poſitõem añtis. vel a deſtructione añtis ad deſtructionem ɔſequẽtis. vt ſi mel eſt. rubeũ eſt. ſed fel eſt rubeum igiť fel eſt mel. vľ ſic. ſi pluit terra eſt madida. igiť ſi terra ē madida pluit. ɔ̃ña nõ valet. qꝛ ibi arguiť a põne cõſequẽtis ad põem añtis. vel ſic Omne qꝺ eſt factũ habꝫ pricipiũ. igiť qꝺ nõ ē factũ nõ habet pricipiũ ſꝫ vniuerſuꝫ nõ eſt factũ. igiť nõ hꝫ principiũ. et ꝑ ɔſequẽs eſt infinitum. ibi prima cõſequẽtia nõ valet. qꝛ arguiť a deſtructione añtis ad deſtructõem cõſequẽtis. Secũdꝰ modꝰ eſt. arguendo ab inſufficienti inductõe ſingulariũ alicꝰ vlis. vt ſortes eſt cecus plato eſt cecus. igiť ois hõ ē cecus. vnde ad vle diſtributũ ſequunť ſua ſingularia. ideo dum arguiť a ſingularibꝫ nõ ſufficienter enũeratꝭ ibi arguitur a poſitione ɔſequẽtis ad poſitionē añtis. ideo nõ valet cõſequẽtia. Tertius modus eſt. arguendo a communiter accñtibꝫ q̃ nõ ſꝑ ſeinuicē ɔſequũtur. vt iſte ē cõptus. g̃ eſt adulter vel ſic. iſte eſt errabũdus de nocte. ergo eſt fur. Vel ſic. iſte hꝫ abũdantem calorem. igiť febricitat. Talia eñ accñtia nõ ſꝑ ſe ɔſequũť Quia tñ in aliquibus accidentibus ſe ɔcomitanť. ideo ab vno ad alterum eſt ꝓbabilis ɔſequẽtia. Et quia illa creditur ɔuerti. iõ ibi arguitur a poſitõe ɔ̃ntis ad poſitõem añtis. Et iſtoꝝ modoꝝ ſic habeť ſufficientia. qꝛ in oi mõ huiꝰ fallacie crediť ɔſequẽtia ɔuerti q̃ tñ nõ ɔuertiť Vel g̃ crediť de ɔ̃ña ꝑus expſſa. et ſic ē primꝰ modꝰ. vel ſolũ itellecta et hoc dupliciter. vel arguitur inductiue. ⁊ ſic ē ſcõs modus. vel enthimematice. et ſic eſt tertius modus. Aliter tamē diſtinguit Egidius de Rhoma iſtos modos dicens. ꝙ ꝑmus modus eſt in his q̃ ſunt ſm ſenſuꝫ ⁊ imaginatõem. Scõs modus fit arguẽdo in rethoricis. Et tertius arguendo in demõſtratiuis

¶ Dubitať ſecundo. Quare potius noiať hec fallacia ɔ̃ntis q̃ añtis. cũ ipa fiat qñq; a põne ɔ̃ntis. et qñq; a deſtructõe añtis Ad dubiũ rñdeť. ꝙ hec fallña ſꝑ eſt equalenter a põne ɔſequẽtis ad põnem añtis. qa quãto aliq̃d affirmatũ eſt ſpecialius tãto ipm negatum efficiť cõius. Jõ ſicut aial eſt plus q̃ hõ. ⁊ eſt ɔſequens ad ipm. ita nõ hõ eſt in plus q̃ nõ aial. et illud qꝺ eſt in plus ſꝑ eſt ɔſequẽs ad aliud. Et ſic nõ hõ eſt ɔſequẽs ad nõ aial. Negatio eñ de añte facit ɔſequẽs. et econtra et ſic añs deſtructuꝫ ſe habet vt ɔſequẽs ad deſtructionem conſequẽtis Jdeo qñ arguiť a deſtructione antecedentis ad deſtructõem ɔſequẽtis. ibi arguiť a poſitione ɔſequentis ad poſitõem añtis. ꝓpter hoc hec fallacia potius noiatur fallacia ɔſequẽtis q̃ fallacia antecedẽtꝭ

Ad rõnes. Ad primã patet ſolutio ex dictis

Ad ſecũdã dꝛ. ꝙ hec fallacia dꝛ pars materialis fallacie accñtis. qꝛ oẽs ꝑalogiſmi q̃ peccant ſm hãc fallaciaꝫ peccãt etiã in fallacia accñtis ſꝫ nõ ecõtra. tñ nõ eſt ꝑs formalis eius. qꝛ formaliter diſtinguũtur ꝑ ſuas cauſas apparẽtie et defectus. Ad tertiã dꝛ. ꝙ hic capiť cõuerſio ſilitudinarie. qꝛ ſicut ꝓpõ ɔuertiť qñ fit de predicato ſubiectum et ecõtra. ita ꝑ ſilitudinē dicimus ɔſequẽtiã ɔuerti qñ de antecedente fit ɔſequẽs et ecõtra.

De fallacia ſm nõ cauſam vt cauſam

Qui vero ſm nõ cãm vt cãm. cũ aſſumiť qꝺ nõ cauſa velut ꝓpter illud fiat redargutio. Accidit aũt hmõi in ſyllogiſmis ad ipoſſibile. naꝫ in his neceſſariũ interimere aliquid ex his q̃ poſita ſunt. Si ergo enumereť in neceſſarijs interrogatõnibus aut qꝺ accidit impoſſibile videbitur ꝓpter hoc fieri ſepe redargutio Vt quoniã non eſt aia ⁊ vita idē. Nã ſi corruptioni generatio ɔtrariũ. et alicui corruptioni q̃dam erit generatio ɔtraria Mors aũt corruptio q̃dã et ɔtrariũ vite: quare vita generatio. et viuere generari hoc ãt impoſſibile. nõ ergo idē aia ⁊ vita Non aũt ſyllogiſatum eſt: accidit eñ etſi nõ dicat aliq̃s idē aiam ⁊ vitam impoſſibile. ſed ſolum contrariũ quidem vitã morti cũ ſit corruptio. corruptõni aũt generationē. Ergo inſyllogizate q̃deꝫ ſimpliciter nõ ſunt hmõi oratõnes ad ꝓpoſitũ ãt iſyllogizate. Et latet plerũq; nõ minus ipſos interrogãtes hmõi ergo propter conſequens et propter non cauſam huiuſmodi argumẽtationes ſunt

Queritur. Utrũ fallacia ſm nõ cãm vt cãm ſit fallacia extra dictionē ab alijs diſtincta Arguitur primo ꝙ nõ. qꝛ q̃libet fallacia eſt ſm nõ cauſaꝫ vt cauſaꝫ eo ꝙ in argumẽtis ſophiſticis eſt aliq̃d in añte apparẽs inferre et nõ inferens g̃ fallacia ſm nõ cãm vt cauſaꝫ nõ eſt ab alijs diſtincta. Secũdo. nõ cauſa vt cauſa non deficit in ꝓceſſu quo inferť ɔcluſio impoſſibilis. ſed in hoc ꝙ interimiť premiſſa vt cã q̃ nõ debet interimi. g̃ nõ peccat ɔtra elenchum. ⁊ ꝑ ɔſequẽs nõ ē fallña Tertio. de nõ cã vt cã determinať ſcõo prioꝝ. g̃ de ipa nõ dꝫ hic determinari tãq; de illo a q̃ ſumiť fallña Jn oppoſitũ ē. p. i tex.

Sciẽdũ eſt pmo: ꝙ determinato de fallacia ɔ̃ntis Cõſequẽter determiat phs de fallña ſm nõ cãm vt cãm. ⁊ in ꝓpoſito cã dꝛ pmiſſa faciens aliq̃d ad illatõem ɔcluſionis. q̃ remota nõ ſeq̃ť eadē ɔclõ Sꝫ nõ cã ꝑ oppoſitũ eſt pmiſſa aſſumpta. vel faciens ad illatõem ɔcluſionis. ⁊ ſi nullo mõ ɔueniat cũ pmiſſis inferẽtibꝫ dꝛ nõ cã tñ. ⁊ nõ dꝛ vt cã. qꝛ nõ hꝫ apparentiã cauſe. ſꝫ ſi ɔueniat cuꝫ pmiſſis inferẽtibꝫ ⁊ ipſa poſita vel remota nihilominus ſequatur ɔcluſio dꝛ nõ cauſa vt cauſa

Sciendum ſcõo. ꝙ fallacia ſm nõ cauſam vt cãm eſt idoneitas decipiendi ꝓueniens ex ɔueniẽtia pmiſſe nõ cauſe cũ pmiſſis cauſis ꝓpter quã credimꝰ illã inferre ɔcluſionē falſam et ꝑ ɔſequẽs eſſe interimẽdã in regreſſu a cõcluſione ad pmiſſas cũ tñ nihil faciat ad cõcluſionē nec ꝓpter falſitatē eiꝰ ē iterimẽda. Cã apparẽtie huiꝰ fallacie eſt ɔueniẽtia pmiſſe nõ cauſe vt cauſe cũ pmiſſis cauſis. Sꝫ cã defectꝰ eiꝰ eſt diuerſitas ipſarum.

Concluſio pma. nõ ꝓpter hoc accidere falſum. ⁊ nõ cã vt cã. ſe hñt ſicut magis cõe ⁊ minus cõe. ꝓbať ɔcluſio. qꝛ vbicunq; repiť nõ cã vt cã reperiunť alia duo. et nõ ecõtra. qꝛ qñ aſſumiť pmiſſa nihil faciẽs ad illatõem ɔcluſionis ſiue ɔueniat cũ pmiſſis ſiue nõ. Jbi ē nõ ꝓpter hoc accidere falſum. et nõ cã. et tñ ibi nõ ſꝑ eſt nõ cã vt cauſa. igiť ɔcluſio vera.

Concluſio ſecũda. Et reſponſiua ad queſitũ fallacia ſm nõ cãm vt cãm eſt fallacia extra dictõnem ab oibꝫ alijs diſtincta. Probatur cõcluſio conſimili ratõne ſicut ꝓbatum eſt de precedentibus.

Dubitať primo. De modis huiꝰ fallacie Ad dubiũ reſpõdetur. ꝙ huius fallacie ſunt duo modi. Primus modus eſt. quãdo pmiſſa nõ cã in ſubiecto ɔuenit cũ cõcluſione vel pmiſſis cauſis vt arguẽdo ſic. Omne contrarium corruptionis eſt generatio. vita eſt cõtraria corruptioni. vita et anima ſunt idem. igitur vita eſt generatio. et viuere eſt generari. Jn iſto paralogiſmo illa premiſſa. vita et aima ſunt idem eſt nõ cauſa. vt cauſa conueniens in ſubiecto cum minore et concluſione ideo ſi ex falſitate concluſionis inferatur falſitas illiꝰ premiſſe nõ cauſe eo ꝙ videretur aliquid facere ad illationē concluſionis falſe fit deceptio per iſtam fallaciam. Secũdus modus eſt. quãdo premiſſa nõ cauſa vt cauſa conuenit cum altera premiſſarũ in predicato. Et ſimiliter in concluſione. vt arguendo ſic. oñe rationale eſt homo ois canis eſt rõalis hõ ē aial. igiť ois canis eſt homo. Jlla premiſſa homo eſt animal. eſt non cauſa vt cauſa. ⁊ cõuenit cũ concluſione. ⁊ cũ maiore in predicato. Et ſi iterumať propter falſitatem cõcluſionis cõmittitur iſta fallacia. qꝛ ɔcluſio falſa nõ ſequiť ꝓpter eius falſitatē ſꝫ ꝓpť falſitatē minoris. Jlla tñ premiſſa ɔuenit cũ alijs ex ꝑte pdicati aliarum. ſꝫ faciliter poſſet fieri ꝙ cõueniret ex ꝑte predicati eius. et illo modo magis videtur intelligi ꝙ conueniat cum alijs premiſſis vel ex ꝑte ſubiecti. vel ex ꝑte predicati.

Dubitať ſecũdo. Jn quo ſyllogiſmo habeat fieri hec fallacia Ad dubiũ reſpondetur. ꝙ hec fallacia habet fieri in ſyllogiſmis ad impoſſibile. non tamē in omnibus. ſed in illis in quibus ſuperflue accipitur vna premiſſa. nihil faciens ad illationem concluſionis. ⁊ iſti ſyllogiſmi vocantur ſyllogiſmi ſuperflui. Ex dictis infert phs duo corrollaria. Primũ eſt. ꝙ paralogiſmi huius fallacie ſunt ſimpliciter ſyllogiſati. tamen ad propoſitum no[n] ſunt ſyllogiſati. Secũdum eſt. ꝙ paralogiſmi huius fallacie plerũq; non minus latent interrogantes q̃ reſpondentes. Deinde dicit phs epilogãdo ꝙ argumentationes que dicte ſunt. fiũt ſm cõſequẽs. ſꝫ nihilominus fiunt ſm nõ cauſam vt cauſam. nõ tamen ſm eaſdem cauſas apparentie.

¶ Ad rõnes. Ad primã diciť. ꝙ hic accipiť non cauſa vt cauſa ſpecialiter ꝓut committitur in ſyllogiſmo ad impoſſibile ſuperfluo. vt ponitur premiſſa nõ conueniens cu[m] premiſſis cauſis. qua poſita vel remota nihilominus ſequitur concluſio falſa. Ad ſecũdam dicitur. ꝙ hec fallacia peccat cõtra elenchum ꝑ hoc ꝙ interimitur premiſſa que non debet interimi. Ad tertiã dicitur. ꝙ de non cauſa vt cauſa determinatur in ſecundo priorum. vt eſt peccatum cõtra vnã poteſtatem ſyllogiſmi. ⁊ ibi vocatur nõ propter hoc accidere falſum Sꝫ de ipa hic agitur. vt habet cauſam apparentie ꝑ quã cauſatur deceptio in reſpondente. Jdeo hic ⁊ ibi diuerſimode conſideratur ⁊c̃.

De fallacia ſm plures interrogatões vt vnã

Ui aũt in eo ꝙ duas interrogatõnes vt vnã faciũt qñ plures latet eſſe. et quaſi vnius aſſignatur reſpõſio vna Jn aliquibꝫ facile videre qm̃ plures. ⁊ qm̃ nõ reddẽda reſponſio vna: vt vtrũ tñ mare eſt aut celũ. Jn aliquibus aũt minus et quaſi vna ſit aut cõcedunt in eo ꝙ nõ reſpõdeant ad interrogatũ: aut redargui videtur. Ut putaſne hic ⁊ hic ē homo. q̃re cũ aliq̃s ꝑcuſſerit hũc ⁊ hũc hoiem. ſed nõ homines ꝑcutiet Aut rurſum quorũ hec q̃dē ſunt bona. illa aũt nõ bona. oia aut bona aut nõ bona. Utrũ eñ dixerit ē quidē elẽchũ aut falſum apparẽs videbiť facere. nam dicere eorũ (q̃ nõ bona ſunt) aliquid eẽ bonũ. aut coꝝ (que bona ſunt) nõ bonũ falſum. Qñq; aũt aſſumptis q̃buſdã et elẽchus fiet verus. vt ſi q̃s ɔcedat ſiľr vnũ ⁊ plura dici alba ⁊ nuda ⁊ ceca Nam ſi cecum ē qꝺ nõ habet viſum natum aũt habere. ⁊ ceca erũt q̃ nõ hñt viſum nata aut habere. Qñ ergo hoc q̃dē hꝫ viſuꝫ illud ãt nõ hꝫ. ambo erũt vel vidẽtia vel ceca. quod eſt impoſſibile.

Queriť. Utrum fallacia ſm plures interrogationes vt vnam ſit fallacia extra dictionem ab alijs diſtincta. Arguiť primo ꝙ non. quia iſta fallacia eſt in oratione multiplici cui correſpondẽt multi ſenſus. igitur eſt fallacia in dictione. Secũdo ſic. nulla ē fallacia ſm interrogationem vnam vt plures. etiam nulla eſt fallacia ſm plures reſponſiones vt vnam. igitur nulla ē fallacia ſm plures interrogationes vt vnam. Tertio. nulla eſt fallacia ſm plures propoſitiones vt vnam. igitur neq; ſm plures interrogationes vt vnam ſumitur aliqua fallacia. Jn oppoſitũ eſt phs in textu.

Sciendum pmo. ꝙ determinato de fallacijs extra dictionē que cõmittunť in arguendo Cõſequenter determinat phs de fallacia ſm plures interrogationes. vt vnam que cauſat deceptionem interrogando et reſpondendo. ⁊ interrogatio vt hic ſumitur eſt ꝓpoſitio ꝓbabilis accepta cum nota interrogationis. ⁊ ſic ſe habet vt ſuperius ad ꝓpoſitionem dyalecticam. qꝛ propoſitio dyalectica ſuperaddit interrogationi conſenſum reſpondentis. Nam opponens dyalecticus querit conſenſum reſpondentis Unde propoſitio enunciatio interrogatio queſtio et concluſio. inter ſe conueniunt et differunt. ſicut alias dictũ eſt Et ideo interrogatio plures poteſt dici tot modis quot modis poteſt dici propoſitio plures. vel quia predicãtur plura de vno vel vnũ de pluribus. vel plura de pluribus. tamen hic interrogatio plures dicitur duobus modis. Uno modo. vt habet vnitatem vocis. et pluralitatē ſignificatorum. et ſic reperitur in fallacijs in dictione. que peccãt penes multiplex vt viſum eſt prius. et talis pluralitas eſt implicita. Alio modo dicitur interrogatio plures ſm pluralitatem vocum et ſignificatorum. et ſic talis multiplicitas eſt explicita. et de tali ſpecialiter eſt hic ad propoſituꝫ. Unde interrogatio plures vt vna eſt quando plura pluralitate vocis et ſignificationis ſub vnitate vocis et ſignificationis proponuntur per modum vnius interrogationis Et dicitur plures propter pluralitatem interrogatorũ et dicitur vna propter conuenientiam plurium interrogatorũ acceptorũ ſimul cũ interrogatione vna.

Sciendum ſecũdo. ꝙ fallacia ſm plures interrogationes vt vnam eſt deceptio proueniens ex eo ꝙ propter conuenientiã interrogatõnis plures ad interro-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gationē vnā aliq̄s credit talem interrogationē eſſe vnaꝫ et quo ad ipſam debeat dari reſponſio vna. cum tamen ſint dande plures ſicut eſt interrogatio plures. Et vt dicitur in textu. in aliquibꝰ facile eſt videre qn̄ eſt interrogatio plures. vt hic Utrū mare ſit terra vel celuꝫ. et h̄ eſt qꝛ illa q̄ interrogant̄ plurimuꝫ diſtant. In alijs vero difficile eſt videre. vt ſi querat̄. eſt ne h̄ et hec hō. demonſtratis duobꝰ vno hoīe et alio non hoīe. vel h̄. ſunt ne iſta bona vel mala. demōſtrato vno bono et alio malo

Cōcluſio ṗma. Fallacia ſm plures interrogatōnes vt vnā eſt fall'a extra dictōem Probat̄ ɔcl'o qꝛ fall'a ſm plures interrogatōes vt vnā ſumit ſuā cām apparētie ex ꝑte rei. igit̄ eſt fallacia extra dictiōem ſꝫ ꝙ ſm plures interrogatōnes vt vnā ſumat̄ fall'a. ptꝫ qꝛ ibi reperiunt̄ cauſa apparentie et cauſa defectus

Cōcluſio ſecunda Fallacia ſm plures interrogatōnes vt vnā eſt fallacia ſpecialis ab oībꝰ alijs diſtincta. Probat̄ ɔcl'o. qꝛ hꝫ cām apparentie ⁊ cām defectus diſtinctas a cauſis aliaꝝ fallaꝝ. Un̄ eius cā apparentie eſt ɔuenientia interrogationis plures cū interrogatōne vna. Et eius cauſa defectus eſt pluralitas ſcatoꝝ per modū vnius acceptorum.

Dubitat̄ primo. De modis huiꝰ fallacie Ad dubiū reſpōdet̄. ꝙ huiꝰ fallacie ſunt tres modi Primus eſt. qn̄ plura interrogant̄ de vno ad quā interrogationem dat̄ reſpōſio vna. vt ſi querat̄. eſt ne terra mare aut celū. et h̄ facile eſt videre ꝙ ē interrogatio plures. qꝛ pl'a nō vnita predicant̄ de vno. Scđs modus eſt. qn̄ interrogatio eſt plures ex eo ꝙ vnū interrogat̄ de pluribꝰ. et ad iſtaꝫ interrogatōem qn̄qꝫ datur reſpōſio vna. vt ſi demōſtratis duobꝰ hoībꝰ querat̄. eſt ne hic ⁊ h̄ hō. dicat̄ ꝙ ſic. tūc et ɔſequēter ꝑcutiens hūc ⁊ hūc ꝑcutit hoiem. ⁊ nō hoies. ſi dicat̄ ꝙ nō. tūc ſequit̄ ꝙ h̄ nō eſt hō. qđ falſuꝫ ē: Tertiꝰ modus eſt qn̄ plura de plibꝰ iterrogant̄. vt hic ſi demōſtratis duobus vno bono ⁊ alio malo querat̄ vtrū ſint bona vel mala. ⁊ reſpōdeat̄ vnica reſpōſione ⁊ dicat̄ ꝙ ſunt bona ſequit̄ ꝙ vtrūqꝫ eoꝝ eſt bonū. Si vero dicat̄ ꝙ nō ſint bona. ſeq̄t̄ ꝙ neutrū eſt bonū. ſꝫ ꝙ vtrūqꝫ eſt malū. Et ſilr cauſaret̄ hec fall'a. ſi demōſtrato vno ceco et alio vidente q̄rat̄ vtꝝ iſti hoies ſint ceci vel videntes Unde ad oēs tales interrogatōnes nō eſt danda reſponſio vna ſꝫ plures. et in iſtis vltimis interrogationibꝰ nō eſt facile videre defectū ꝓpt̄ vnitatem interrogādi.

¶ Dubitat̄ ſecundo. Unde cauſant̄ defectus modoꝝ huius fallacie Ad dubiū rn̄det̄. ꝙ hmōi defectus qn̄qꝫ ɔtingūt eo ꝙ ɔcedimꝰ definitiōes ſilr dari in ſingulari nūero ⁊ in plr̄. ⁊ ſi aliq̄s hoc ɔceſſerit nō p̄t faciliter effugere redargutionē Un̄ in ſingulari cecū ſic definit̄. ꝙ eſt aial nō vidēs aptū natū videre. Et tn̄ ceca in plr̄ nūero ſic nō definiūtur ꝙ ſint aialia nō videntia apta tn̄ nata videre. Sꝫ ſic definiunt̄. ceca ſunt aialia q̄ꝝ neutrū videt. vn̄ ſi ṗmo mō definiunt̄ demōſtrato vno ceco et alio vidente. illa eſſent videntia. et apta nata videre. et ſic vidēs eſſet cecus. ⁊ ſic pꝫ de modis huiꝰ fall'e Quoruꝫ ſic pōt haberi ſufficientia. Nā in q̄libet interrogatiōe plures vel interrogant̄ plura de vno. ⁊ ſic eſt ṗmus modus. vel vnū de plibꝰ ⁊ ſic eſt ſcđs modus. vel plura de pluribꝰ et ſic eſt tertius modus

Ad rōnes. Ad primā ptꝫ ſolutio in ṗmo notabili Ad ſcđam negat̄ ɔn̄a. qꝛ ibi nulla eſt cā apparētie. ſicut arguendo ſm plures interrogatōes vt vnā Ad terciā đꝛ. ꝙ eadē eſt fall'a ſm plures interrogatiōes vt vnā. et ſm plures ꝓpōnes. tn̄ vocat̄ ſm plures introgatōes. qꝛ nō accidit deceptio niſi inq̄ntū ꝓpōes. ſub forma interrogatōis ponūt̄. qꝛ hec fall'a maxime cauſat deceptōnem interrogādo ſicut alie fallacie arguendo.

Tertius tractatus

Ut ergo ſic diuidentes apparētes ſyll'os et elēchos: aut oēs reducēdū in elēchi ignorātiā hiſq̄ hāc ṗncipiū faciūt Eſt ei oēs reſoluere dictos modos in elenchi definitōem Primū q̄dē ſi imodificati Oportet ei ex his (q̄ poſita ſunt) accidere ɔcluſionē. vt dicat̄ ex neccitate. ſꝫ nō videat̄. Deinde ⁊ ſm ꝑtes definitionis. nā coꝝ (q̄ ſunt in dcōne) hi quidē ſunt ſm duplex vt equocatio ⁊ orō ⁊ ſilis figuratio. Cōſuetū eñ eſt hec oīa vt hoc aliq̄d ſcare: Cōpoſitio āt ⁊ diuiſio ⁊ accētus in eo ꝙ nō eadē ē orō vel nomē differens Oportebat āt ⁊ hoc quēad modū ⁊ rem eandē ſi debeat elēchus vel ſyll'us fieri. vt ſi tunica nō veſtis ſꝫ tunica ſyllogiſet̄. nā verū et illud. ſꝫ non ſyllogiſatū eſt: ſꝫ adhuc interrogatōne indiget: qm̄ idē ſcat ⁊ ad euꝫ qui interrogat quare Qui vero ſm accn̄s definito ſyll'o manifeſti fiūt. nā eādē definitōem oꝫ et elenchi fieri verū accidere ɔtradictiōem. nā elēchus ſyll'us eſt ɔtradictiōis. Si ergo nō ē ſyllogiſmus accn̄tis nō fiet elenchus Nō ei ſi cū hoc ſit neceſſe eſt eē. hoc aūt ē albū. nccē ē albū eē ꝑ ſyll'm Neqꝫ eñ ſi triangulus duobꝰ rectis equales hꝫ tres angulos. accidit aūt ei figuraꝫ eſſe. vel primū vl' ṗncipiū. qm̄ figura vl' primū vel ṗncipium hoc eſt. non eñ in eo qđ figura ṗmū vl' pricipiuꝫ. ſꝫ in eo ꝙ triangulꝰ ē demonſtratio. Silr aūt ⁊ in alijs. quare ſi elēchus ſyllogiſmus q̄s nō erit qui ſm accn̄s ſit elenchus ſed ſm hoc et artifices ⁊ oīno ſciētes arguūtur ab inſcijs. ſm accn̄s ei faciūt ſyll'os ɔtra ſapientes. Qui vero nō pn̄t diuidere. aut interrogati ɔcedūt. aut cū non dent putant̄ dediſſe Qui āt ſm q̄d et ſimplr̄ qm̄ nō de eodē affirmatio et negatio Nā ſm q̄d albū ſm q̄d nō albū: ſimplr̄ aūt albi. ſimplr̄ nō albū negatio. Si ergo dato ſm q̄d eſſe albū vt ſimplr̄ datū accipit nō facit elēchū: videt̄ aūt eo ꝙ ignorat̄ q̄d eſt elenchus

Manifeſtū aūt oīm qui prius dicti ſunt ſm elenchi definitionē. q̄re ⁊ nūcupati ſunt ſic Nā ſm orōnis omiſſionē phātaſia fit et diuidētibꝰ ſic cōis in oībꝰ his ponēda ē orōis diminutio Qui vero in eo ꝙ ſumit̄ hoc qđ erat in principio et nō cā vt cā ponit̄. manifeſti fiūt ꝑ definitōem. Oꝑtꝫ etenī ɔcluſionē eo ꝙ h̄ ſunt accidere. qđ nō erat in nō cauſis. Et rurſum nō enumerato eo qđ ex ṗncipio. qđ n̄ hn̄t q̄ ſꝫ petitōeꝫ eiꝰ qđ in ṗncipio Qui v̄o ſm ɔn̄s ꝑtes ſunt accn̄tꝫ. nā ɔſequēs accidit. differt āt ab accn̄te. qm̄ accn̄s q̄dē ē in vno ſolo ſumere. vt idē eē rubeū ⁊ mel. ⁊ albū ⁊ cignū. q̄ āt ſm ɔn̄s ſp̄ in pluribꝰ. Nā q̄ vni ⁊ eidē ſunt eadē ⁊ ſibi inuicē pbamus eē eadē. ꝓpt̄ qđ fit ſm ɔn̄s elenchꝰ Eſt āt nō oīno veꝝ. vt ſi ſit ſm accn̄s. nā nix ⁊ cignꝰ albo idē. Aut rurſum vt in Meliſſi rōne. ideꝫ eē accipit factū eē ⁊ ṗncipiū habere. aut eq̄lia fieri et eādē magnitudinē accipe. Qm̄ eñ qđ factū ē hꝫ ṗncipiū. ⁊ qđ hꝫ ṗncipiū factū eē pbat. tanq̄ ambo eadē ſint in eodē qđ ṗncipiū hn̄t factū eē ⁊ terminatū. Silr aūt et in his q̄ eq̄lia facta ſunt. ſi eandē magnitudinē ⁊ viā ſumētia eq̄lia fiūt: ⁊ q̄ eq̄lia facta ſunt vnā magnitudinē accipiunt. q̄re ɔn̄s ſumet. Qm̄ g̊ ſm accn̄s elenchꝰ in ignorantiā ē. manifeſtū ē qm̄ ⁊ q̄ ſm ɔn̄s. ꝑſpiciendū āt hoc ⁊ aliter. Qui v̄o in eo ꝙ plures interrogatōes vnā faciūt. in eo ꝙ nō enodamus ꝓpōnis definitōem. Nā ꝓpō vnū de vno ē. nā eadē ē definito vnius ſoliꝰ ⁊ ſimplr̄ rei. vt hoīs ⁊ vniꝰ tm̄ hoīs. ſilr āt ⁊ in alijs. Si g̊ vna tm̄ ꝓpō eſt q̄ vnū de vno aſſignat ⁊ ſimpliciter erit ꝓpō hmōi interrogatio. Qm̄ āt ſyll's ex ꝓpoſitōibꝰ ē. elenchus āt ſyll's. ⁊ elenchus ē ex ꝓpoſitōnibꝰ. Si g̊ ꝓpō vnū de vno manifeſtum qm̄ ⁊ h̄ ē i elēchi ignorātiā. Uidet̄ eñ eē ꝓpō q̄ nō ē ꝓpō. ſi g̊ dedit rn̄ſionē. vt ad vnā iterrogationē erit elēchꝰ. Si āt nō dedit. ſꝫ videt̄ apparens elenchꝰ q̄re oēs loci cadūt in ignorantiaꝫ elenchi. Ergo q̄ ſunt ſm dictōem. qm̄ apparēs ɔ̄dictio. qđ erat proprium elenchi. Alij aūt ſm ſyllogiſmi definitōnem.

Querit̄. vtꝝ oēs fallacie reducant̄ ad fallaciam ignorātie elenchi. Arguit̄ ṗmo ꝙ nō. qꝛ ſi ſic ſeq̄retur ꝙ nō eēt niſi vna fallacia. ɔn̄s eſt falſum. igit̄ ⁊c̄.

Scđo. nō oēs fallacie peccāt in ɔ̄dictōe. ſꝫ aliq̄ in illatione. ⁊ aliq̄ in ꝓbatōne. igit̄ nō oēs reducunt̄ ad fallaciam ignorantie elenchi Tercio. illud ad qđ fit reductio alioꝝ dꝫ eē ṗmū ⁊ ṗncipaliꝰ in illo ordine. ſꝫ ignorātia elenchi nō ē ṗma inter alias fallacias igit̄ ad ipſam nō reducunt̄ alie fallacie In oppoſitū ē phs in textu.

ſunt) orationibꝫ. ſemper per oppoſitū erit ſolu/
tio. q̄ʒ ſm q̄ eſt oō. vt ſi ſm cōpoſitionē ē ora/
tio: Solutio diuidēdi ſi aūt ſm diuiſione ſolo
p cōpoſitionem Rurſum ſi ſm acutum accentū
grauis accentus ſolutio. ſi aūt ſm grauem acu
tus Si aūt ſm equiuocationē eſt oppoſitum
nō dicentem ſoluere. vt ſi animatum acciderit
dicere. negantem non eſſe monſtrare. quod ē
inanimatū ſi vero inanimatū dixit. hoc aūt in/
animatū collegit dicere qđ eſt inanimatū Silr
aūt et in amphibologia Si aūt ſm multitudi/
neʒ dcōnis. oppoſitū erit ſolutio. ergo qđ non
habet dabit aliquis. aut nō qđ habet. vt vtruʒ
habet vnū ſoluʒ denariū. ergo qđ quis ſcit iue
niens vel addiſcens ſcit. ſed nō que ſcit Et ſi qđ
ambulat calcat. ſed nō cuʒ Similr āt et i alijs
Ad illos ꝟo qui ſunt ſm accñs vna q̇deʒ ſo
lutio et eadē ad oēs. Nam q̄ indefinitū eſt qñ
de re dōm cuʒ in accñte eſt. ꝛ in q̇buſdā q̇dē vi/
detur ꝛ dicūt. in quibuſdā aūt nō dicunt. ñccā
riū eſſe dicere ꝯcordes Silr ad oēs qñ nō ne/
ceſſariū. habere aūt optet vt p̄ferre Sunt āt
hmōi oēs orōes ſm accñs. ḡ noſti q̄ debeo te
interrogare. ḡ cognoſcis venientē vel cooptuʒ
ḡ ſtatua tuū opus ē. aut pater tuus canis. ḡ ra/
ro pauca pauca Manifeſtū eñ in oibꝫ his qñ
nō nccē ē q̇dē de accñte ꝛ de re veꝝ eē. ſolis eñ
his q̄ ſm ſubam ſunt indifferētia ꝛ q̄ vnū ſunt.
oia videnẗ eadē incē. bono aūt nō idē ē ꝛ bonū
eē ꝛ futuꝝ eē interrogari Neq̨ʒ venięti vl' coop
to ꝛ venientē eē ꝛ choriſcū. q̄re ſi cognoſco cho
riſcū. ignoro āt venietē. eūdē cognoſco ꝛ igno
ro Neq̨ʒ ſi hoc ē meū. ē aūt opus. meū opꝰ. ſʒ vl'
poſſeſſio vel res vl' opus vel aliud aliq̇d Eodē
aūt mō ꝛ in alijs Soluūt aūt q̇dā iterimētes
iterrogationē. dicūt eñ ꝯtingere eādē rē noſſe
ignorare dicūt. ſʒ nō ſm idē. nā venietē q̇dē nō
cognoſcētes. choriſcū aūt noſcētes. eūdē q̇dem
noſſe ꝛ ignorare dicūt. ſʒ nō ſm idē Quāuis q̇/
dē ſicut iā diximꝰ optet eaꝝ q̄ ſm idē ſunt orō/
nū eādeʒ eſſe correctōem. hoc aūt nō erit ſi q̇s nō
in noſſe ſed in eſſe vel aliq̄ mō ſe habere idē pro
bamētū accipiat. vt ſi h̄ ē pater. ē aūt tuꝰ. naʒ ſi
in quibuſdā hoc ē veꝝ ꝛ ꝯtigit idē noſſe ꝛ igno
rare tñ hic nihil ꝯmunicat qđ dcñ ē Nihil aūt
p̄hibet eandē orōnē plures occaſiones fallendi
habere. ſed nō ois fallacie demōſtratio ſolutio
eſt. ꝯtingit eñ qñq̨ʒ falſuʒ ſyllogiſatū oſtēdere.
aliqñ ſm quid aūt nō oſtēdere. vt zenonis orō/
nē qñ nō eſt mouere Quare ꝛ ſi q̇s conẗ colli/
gere velut impoſſibile deducēs ad impoſſibile
peccat ꝛ ſil'es ſyllogiſet. nō eñ hec eſt ſolo. erat
aūt ſolo manifeſtatio falſi ſylli ſm quid falſus ē
Si ergo ſilr nō ſyllogiſauit vel veꝝ vel falſum
colligere conaẗ. manifeſtatō illiꝰ ſolo ē Fortaſſe
aūt ꝛ q̇buſdā veris h̄ nihil p̄hibet accidere verū
in his ꝟo nec h̄ videbiẗ. nā ꝛ choriſcū qñ cho/

riſcū noſcit ꝛ veniēs. qñ veniēs cōtingere autē
videbiẗ idē noſſe ꝛ nō. vt qñ albū q̇dem noſſe.
qñ aūt muſicū nō noſſe. ſic eñ idē noſcit ꝛ non
noſcit. ſed nō ſm idē. venientē aūt ꝛ choriſcū ꝛ
qñ veniēs ꝛ qñ choriſcus noſcit. Silr āt pec
cant ꝛ q̄ ſoluūt. ꝛ qñ ois numerus paucꝰ ſicut
q̇s diximus. nā ſi nō ꝯcluſio hoc obmittētes ve
rū ꝯcluſum eſſe dicant. oīa eñ eſſe ꝛ multum
et paucū peccant Quidā aūt ꝛ duplices ſol/
uunt ſyllogiſmos vt qñ tuus eſt pater vel filiꝰ
vel ſeruus. q̄ʒuis manifeſtū qñ ſi in eo qđ mul/
tipliciter dr̄ videẗ elenchus. optet nomē ꝛ ora/
tionē p̄ncipaliter eſſe pluriū: hūc aūt eſſe huius
natū nemo dr̄ p̄prie ſi dñs eſt nati. ſed ſm acci/
dens ꝯpoſitio eſt. Putaſne hoc eſt tuū vtiq̨ʒ. ē
aūt hoc natū ꝛ tuū. ergo hoc natū ē. qñ accidit
et tuū ꝛ natū eſſe. ſed nō tuū natū eſſe. Et eē ma
loꝝ quoddā bonuʒ. nam prudētia eſt diſciplina
maloꝝ. hoc aūt hoꝝ eſſe nō dr̄ multiplr̄. ſed poſ
ſeſſio q̄ ſi forte multiplr̄. nam ꝛ hoīem anima/
liū dicimus eſſe. ſed nō poſſeſſionē. ꝛ ſi quid ad
mala dr̄ vt alicuius p̄pter hoc maloꝝ eſt. ſʒ nō
hoc maloꝝ. Scđm q̇d ergo et ſimplr̄ videẗ q̄ʒ/
uis ꝯtingit fortaſſe bonū eſſe aliqđ maloꝝ du/
pliciter. aut nō in hac orōne. ſʒ ſi q̇d ſerui ſit bo/
num mali magis. fortaſſe aūt nō ſic. nō eñ ſi bo
nū ꝛ huius bonū hmōi. Silr aūt neq̨ʒ hominē
dicere aīaliū eſſe dr̄ multiplr̄. nō eñ ſi qñq̨ʒ ſig/
nificamꝰ q̇d auferētes. hoc dr̄ multiplr̄. nā et di
midiū dicētes verſuʒ da mihi hyliada ſignifica/
mus. vt iram pande dea. Eos vero q̄ ſunt in
eo q̄ p̄ncipaliter hoc vel quo vel vbi vel aliquo
mō vel ad aliq̇d dicunẗ ꝛ nō ſimplr̄. Soluēduʒ
cōſiderāti ꝯcluſionē ad ꝯtradictōem ſi cōtingit
hoꝝ aliq̇d paſſa eſſe. naʒ et ꝯtraria oppoſita ſm
affirmatōem ꝛ negationē ſimplr̄ q̇dē impoſſibi
le ineſſe eidē. q̄ autē vtrūq̨ʒ vel ad aliq̇d vel aliq̄
mō. aut hoc q̇dē q̄ illud aūt ſimplr̄ nihil p̄hibet
Quare ſi hoc q̇dem ſimplr̄. illud autē quo non
dū elenchus hoc aūt ꝯſiderandū in ꝯcluſiōe ad
ꝯtradictōem. Sūt aūt hmōi oēs orōes hoc
habētes. ergo ꝯtingit qđ nō eſt eſſe. ſit aūt quid
qđ nō eſt Siliter aūt ꝛ qđ eſt nō erit. nō eñ erit
eoꝝ que ſunt. ergo ꝯtingit eundē ſimul bñ iura/
re ꝛ piurare. ergo poſſibile eſt eundē ſimul eidē
ſuadere ꝛ diſſuadere. aut nō ꝛ eſſe quid ꝛ eſſe idē
qđ aūt nō eſt. nō ſi eſt q̇d ꝛ eſt ſimplr̄. Neq̨ʒ ſi be
ne iurat hoc. aut ſm hoc neceſſe eſt et bene iura
re. nam qui iurat ſe piuraturū bene iurat periu/
rans hoc ſolū. bene aūt iurat non. Neq̨ʒ qui diſ
ſuadet ſuadet. ſed quid ſuadet. Similiter autē
oratio ꝛ de eo quod eſt mentiri eundem ſimul ꝛ
verum eſſe: ſed quia nō eſt facile inſpicere vtro
mō quis aſſignet ſimplr̄ verum eſſe vel mentiri
difficile videẗ; p̄hibet aūt eundē nihil ſimpliciẗ
quidem eſſe mendacē. quo autē verum vel ali/
quo et eſſe verum aliquo. verū autē non. Simi
liter aūt et in ad aliq̇d. ꝛ vbi et quādo oēs hu
iuſmodi orationes ſm hoc accidunt. ergo ſani
tas vel diuitie bonū. ſed inſpicienti ꝛ non recte
vtenti. non bonū. bonū ergo et nō bonū. Ergo
ſanum eſſe vel poſſe in ciuitatem bonum. ſed eſt
quādo nō melius. idem ergo eidem bonū et nō
bonū aut nihil p̄hibet quod ſimplr̄ eſt bonum.
huic nō eſſe bonū: aut hoc huic q̇dem bonum.
ſed non nunc vel nō in hoc bonū Ergo quod
non valet ſapiens eſt malum amittere autē non
vult bonum. malum ergo bonū Non eñ idem
dicere malum eſſe bonum: ꝛ amittere bonū Si
militer autem et que de fure eſt oratio. non eñ
ſi malum eſt fur ſumere eſt malum. nō ergo ma
lum vult ſed bonum. nam ſumere bonū eſt bo/
num. Egritudo malū eſt. ſed non amittere egri
tudinem. Ergo iuſtum iniuſto: et quod iuſte. eo
quod iniuſte magis eligendū. ſed mori iniuſte
magis eligendū q̄ʒ iuſte oportet. ergo iuſtuʒ eſt
ſua habere quenq̨ʒ. Que autem magis aliquis
iudicat ſm opinionē ſuam. ꝛ ſi ſit falſus. ſingu/
la ſua ſunt ex lege. idem ergo iuſtum et iniuſtuʒ
Et vtrum oporteat iudicare eum qui iuſta dicit
vel qui iniuſta. Atuero eum qui iniuriā paſſus
eſt. iuſtum eſt vincere. quare et ſufficienter dice
re qui paſſus eſt Ea autem erant iniuſta. nō eñ
ſi pati aliquid iniuſte eligendum hoc quod non
iuſte eligendum magis q̄ʒ quod iuſte. hoc autē
nihil prohibet iniuſte q̄ʒ iuſte. et habere ſua iu/
ſtum aliena autem non iuſtum. Judicium ve
ro hoc iuſtuʒ eſſe nihil prohibet. ſi ſit ſm opinio
nem iudicantis. non eñ ſi iuſtum hoc vel ſic et
ſic ꝛ ſimpliciter iuſtum. Similiter aūt et que in
iuſta ſunt nihil prohibet ea dicere iuſta eſſe. nō
eñ ſi dicere iuſtuʒ neceſſe eſt iuſta eſſe. ſicut nec
ſi vtile eſt dicere vtilia: ſimiliter aūt et iniuſtus
quare non ſi que dicūtur iniuſta q̄ dicit iniuſta
vincit: dicit eñ que dicere eſt iuſtuʒ. ſimiliter au
tem et pati iniuſta His aūt qui ſm definitōeʒ
fiunt elenchi quemadmodū ſcriptum eſt prius
obuiare cōſiderantes ꝯcluſionē ad cōtradictio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nem. vt ſit idē. ⁊ ſm idem: ⁊ ad idē. et ſimiliter. et in eodē tēpore. Si vero in principio interroget nō fatendū. qm̄ impoſſibile eſt eſſe idem duplū et nō duplū. Sꝫ dicēdū nō ſic aūt vt erat redarguere ꝯceſſum Sunt aūt oēs he orōnes ſm hoc putaſne q̄ ſcit ſingularē. qm̄ ſingularē vocauit rem. et q̄ ignorat ſilr̄. Sciens autē q̄s choriſcū. qm̄ choriſcus ignorabat qm̄ muſicus. q̄re idē ſcit et ignorat. Putaſne tetracubitū tricubito maius. fiet aūt ex tricubito tetracubitus ſm longitudinē. maius aūt minore maius. ipm ergo ipo ſm idē maius ⁊ minus Illos aūt qui fiūt in eo qđ petunt et accipiūt qđ in ꝓncipio q̄ſitum eſt. interrogantibꝰ qđ ſi ſit manifeſtū non dandū. nec ſi ꝓbabile ſit dicēti verū. Si aūt lateat ignorantia ꝓpter moleſtiā taliū orationum ad interrogantē tranſuertendū vult non arguētem. Nam elēchus ſine eo qđ ex ꝓncipio. deinde: qꝛ datum eſt. non vt ad hoc vteret᷑. ſed vt ad hoc diſputaret ꝯtrariū: velut in extra elenchis.

Et eos qui ꝑ ꝯſequēs ꝯcordes in ipa orōne mōſtrare. Eſt aūt duplr̄ ſequentiū ꝯſequentia aut em̄ in ꝑticulare ſeq̄tur vniuerſale. vt hoiem aīal. ꝓbant em̄ ſi hoc cū illo. ⁊ illud eſſe cū hoc. Aut ſm oppōnes. nā ſi huic eſt illud ꝯſequens et oppoſito oppoſitū ſm ꝙ eſt Meliſſi rō. nā ſi qđ factū eſt hꝫ principiū ingenitū. ꝓbat non habere. q̄re ſi ingenitū eſt celū ⁊ infinitū. hoc autem nō eſt ecōtrario em̄ ꝯſequētia Qui autē in eo qđ addit᷑ aliq̄d ſyllogiſat᷑. ꝯſiderādū ſi ablato accidit nihil minꝰ impoſſibile. deinde hoc oñdendū ⁊ dicendū qm̄ dedit non vt videret᷑. ſꝫ vt faceret ad orōem. q̄ vero vſus eſt nil ad orōem

Ad eos vero q̄ plures interrogatōes vnā faciūt. ſtatim in ꝓncipio determinādū. nā interrogatio eſt vna ad quā vna eſt rñſio. Quare nec plura dicta de vno: nec vnū de multis: ſed vnū de vno dicendū vel negandū Sicut aūt in equiuocis q̄nqꝫ q̄dē ambobꝰ. q̄nqꝫ aūt neutri ineſt. q̄re cū nō ſimplex eſt interrogatio. ſimplr̄ rñdētibꝰ nihil accidit pati. ſilr̄ ⁊ in his. Qñ ḡ plā vni vel vnū pluribꝰ ineſt vel nō ineſt ſimplr̄ danti ⁊ delinquēti hoc peccatū. nihil contrariū accidit Qñ aūt accidit huic q̄dē illi āt nō. aut plura de pluribꝰ. ⁊ eſt qñ inſunt ambo ambobꝰ. eſt aūt qñ nō inſunt rurſum. quare hoc formidandū. vt in his orōnibꝰ. ſi hoc q̄dem bonū. illud aūt malū qm̄ hoc verū eſt dicere qm̄ bonū ⁊ malū. ⁊ rurſum neqꝫ bonū neqꝫ malum. Nō em̄ eſt vtrūqꝫ. q̄re idem bonū ⁊ malū. ⁊ rurſum neqꝫ bonū neqꝫ malū. Et ſi ſingulū ipm ſibi idē ⁊ alijs eſt diuerſum. qm̄ aūt nō alijs eadē ſed ſibi. ⁊ diuerſa alijs ipa ſibimet diuerſa ⁊ alijs eadē Amplꝰ ſi bonū q̄dē malū ſit. malū aūt bonū ē. duo fiāt. et duū inequaliū vtrūqꝫ ipm ſibi equale. quare eq̄lia ⁊ ineq̄lia ipa ſibi. Cadūt ergo he orōnes ⁊ in alias ſolutōes. nā ambo ⁊ oīa plura ſcāt. Nō ergo idē p̄ter nomē accidit dicere ⁊ negare. hoc aūt nō erat elenchus. Sed manifeſtū qm̄ ſi nō vna interrogatio plures fiant. ſed vnū de vno dicat vel neget nō erit impoſſibile In illis āt q̄ deducūt ad idē frequent᷑ dicere manifeſtū qm̄ nō dandū eoꝝ q̄ ad aliq̄d dicunt᷑ ſcare q̄dem ſeparatas ꝑ ſe p̄dicatōes. vt duplū ſine eo qđ eſt duplū dimidij. qm̄ in eo videt᷑. nā ⁊ decē in vno minus decē. ⁊ facere ⁊ nō facere. et omnino in negatione dictio. nō tñ ſi quis dꝫ hoc non eſſe albū. dꝫ albū idē eſſe. Duplum aūt neqꝫ ſcat nihil fortaſſe queadmodū neqꝫ qđ in dimidio eſt qđ ſi fortaſſe ſcat. ſed non idē ⁊ copulat᷑. Neqꝫ ſcia in ſpē. vt ſi eſt ſcia medicina ipm qđ cōe: illud āt erat ſcia ſcibilis. In his aūt ⁊ ꝑ que oſtendunt᷑ p̄dicamētis hoc dicendū. qm̄ nō idē eſt extra et in orōne qđ oſtendit᷑. nā cauū cōiter quod idē ſcat in ſimo ⁊ richo. additum aūt nihil ꝓhibet hoc q̄dem naſo. illud aūt cruri ſcare: nā hoc q̄dem ſimū. illud autē richū ſcat. ⁊ nihil differt dicere naſus ſimus naſus cauus. Amplius nō eſt danda dictio ſm noīatiuū. falſū em̄ hoc eſt. nō em̄ ē ſimū naſus cauꝰ. ſed naſi hoc vt paſſio Quare nihil inconueniens ſi naſus ſimus naſus eſt habens cauitatē naſi De ſoleciſmis aūt ſm quid quidem videtur accidere diximus prius. Quō autem ſoluendū in ipſis orationibus manifeſta. omes em̄ huius hoc volunt cōſtruere. Putas quod dicis vere eſſe hoc vere ē. Dicis aūt q̄dem eſſe lapidem eſt ergo quid lapidem aut dicere lapidē nō eſt dicere q̄d ſed quē nec hoc ſed hunc. Si ergo aliq̄s dicat. putaſne quē vere dicis eſſe eſt hūc nō videt᷑ loq̄ romane queadmodū neqꝫ ſi dicat putas quā tu dicis eē eſt hic. lignū aūt dicere ſic vel q̄cunqꝫ neqꝫ femininū neqꝫ maſculinū ſcat. nihil differt. quare nō ſit ſoleciſmus. Sꝫ qđ dicis eſſe eſt hic: lignū aūt dicis eſſe. eſt ergo lignū lapis autē et hic maſculini habent declinatōem. Et aūt ſi q̄s dicat putaſne eſt hic illa. deinde dicat rurſum ꝙ autē non eſt hic choriſcus. ita dicet. eſt ergo hic

illa. nō ſyllogiſauit ſoleciſmū. nec ſi choriſcus ſcet idē qđ illa. nō det aūt q̄ rñdet. ſed opꝫtet hoc ad interrogare: ſi aūt neqꝫ eſt vex. neqꝫ dat non ſyllogiſauit neqꝫ in eo qđ eſt q̄d. neqꝫ ad eū q̄ interrogatus eſt. Silr̄ aūt ⁊ illic opꝫtet lapidē ſcare hic: ſi aūt neqꝫ eſt neqꝫ dant nō eſt dicēda concluſio. Apparet ḡ eo ꝙ diſſilis videt᷑ caſus nominis vt putas verū eſt dicere qm̄ eſt iſta id qđ ais eā eſſe. ais aūt eſſe aſpidē. eſt ḡ iſta aſpidem. Aut nō neceſſe eſt: ſi nō iſta aſpidē ſcat. ſꝫ aſpis aſpidē aūt iſtā. neqꝫ ſi quē dicis eſſe. hūc eſt hic. dicis aūt cleonem eſſe. eſt ḡ hic cleonē. nō em̄ ē hic cleonē. dcm̄ eſt em̄ qm̄ quē dico eſſe hūc eſt hic nō hunc. neqꝫ em̄ romane dicet᷑ ſic interrogatio iſta dicta. Putas ſcis hoc. hoc aūt eſt lapis. ſcis ḡ lapis. Aut non idem ſcat hoc putas ſcis hoc. ⁊ in hoc aūt lapis. ſed in ꝓmo q̄dē hūc in poſteriore q̄dem hic. Putaſne cuius ſciētiā habes ſcis hoc. ſcientiā aūt habes lapidis. ſcis ergo lapidis. Aut huiꝰ q̄dē lapidis dicis: hunc aūt lapidē. datū eſt aūt cuius ſciam habes ſcis nō huius. ſed hoc. q̄re non lapidis ſed lapidem Qm̄ ḡ huiꝰ orōnes nō ſyllogiſant ſoleciſmū ſed vident᷑. ⁊ ꝓpter q̄d vident᷑. ⁊ quō eſt obuiandum eis manifeſtū ex eis que dicta ſunt

Querit᷑ Utrū oīs ſolutio recta fiat ꝑ interēptionē vel diſtinctionē. Arguit᷑ ꝓmo ꝙ nō. qꝛ ſicut cōtingit arguere ex falſis ⁊ ex multiplicibꝰ ita cōtingit arguere ex veris. ḡ ſicut ꝑalogiſmi ſoluunt᷑ ꝑ interēptionē qñ fiūt ex falſis. ⁊ ꝑ diſtinctōem qñ fiūt ex multiplicibꝰ. ita dñt ſolui ꝑ ꝯceſſionē qñ fiunt ex veris. ḡ nō oīs ſolutio recta eſt ꝑ interemptōem vel diſtinctōem Scđo. ꝯceſſio eſt ſpēs rñſionis. vt patꝫ octauo thopicoꝝ. ſed q̄s ſoluendo ꝑalogiſmos rñdet ipſis. ḡ ſolutio recta dꝫ fieri ꝑ ꝯceſſionē. Tercio. oīs ſylls habēs falſitatē debet ſolui ꝑ interemptionē illius falſitatis. ſed oīs ꝑalogiſmus q̄ ſoluit᷑ eſt falſus ꝑalogiſmus. ḡ oēs ꝑalogiſmi dñt ſolui ꝑ interemptōem

In oppoſitū eſt phs in textu

Sciendū ꝓmo. ꝙ poſtq̄ phus determinauit de ſolōne apparēti. ꝯñr determiat de ſolutōe rcā. cuiꝰ ordinis rō eſt. qꝛ licet recta ſolutio ſit ſimplr̄ ꝑfectior apparenti tñ apparēs ſolutio eſt ꝯueniētior in diſputatōne ſophiſtica eo ꝙ rñdēs nō ſoluit ꝑalogiſmos niſi ad h̄ ꝙ opponens nō videat᷑ ipm arguere apparēter. ſed h̄ ſit velocius ⁊ magis apparēter ꝑ apparentē ſolutōem q̄ꝫ ꝑ rectam

Sciendū eſt ſecundo. ꝙ recta ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi ſm quālibet interrogatōnem ſm ꝙ accidit falſum. hoc eſt ꝙ ſolutio recta eſt manifeſtatio falſitatis ſyllogiſmi ex ꝑte cuiuſcūqꝫ interrogatiōis ꝓueniat illa falſitas. Et ibi capit᷑ interrogatio ꝓ ꝓmiſſa. qꝛ ſophiſta interrogat de ſuis ꝓmiſſis anq̄ꝫ arguat ſicut opponēs dialecticus. Et addit᷑ illa ꝑticula. ſm quālibet interrogatiōem ſm ꝙ accidit falſum. ad dr̄iam ſolutōis apparētis. que licet ſit manifeſtatio falſitatis ſyllogiſmi. tñ non oñdit ꝓpter quid eſt falſus. Ex p̄dictis ſeq̄tur ꝙ duplex eſt recta ſolutio. qꝛ recta ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi. ſed duplex ē ſyllogiſmꝰ falſus. qꝛ vel eſt falſus ꝓpter falſitatē alicuius ꝓmiſſaꝝ. ſicut eſt ſylls peccans in materia vel eſt falſus ex ꝑte orōnis. eo ꝙ ꝯñs nō ſeq̄tur ex añte ſicut eſt ſylls peccans in forma. ḡ duplex eſt ſolutio recta. qꝛ vel eſt ſyllogiſmi peccātis in forma vel peccātis in materia Ulterius ſeq̄tur ꝙ ſolutio ſyllogiſmi peccātis in materia iterū ſit duplicit᷑. qꝛ vel ille ſylls habet falſitatē in ꝓmiſſis tm̄. ⁊ tūc dꝫ ſolui tm̄ ꝑ interemptionē alicuiꝰ ꝓmiſſe. vel eſt falſus ex ꝑte ꝓmiſſaꝝ ⁊ ꝯcluſionis ſilr̄. et ſic dꝫ ſolui oñdendo falſitatem vtriuſqꝫ ſcꝫ ꝯcluſionis ⁊ ꝓmiſſe falſe

Concluſio ꝓma. Omis recta ſolutio paralogiſmoꝝ ſit ꝑ interemptōem vel diſtinctiōem. ꝓbat᷑. qꝛ oīs recta ſolutio vel eſt ſyllogiſmi peccātis in materia vel ſyllogiſmi peccātis in forma. ſi primū tūc ſit ꝑ interemptōem. eo ꝙ talis ſyllogiſmus aſſumit vnū falſum q̄ interēpto interimit᷑ falſitas eius ⁊ recte ſoluit᷑. ſi ſcđm tūc ſit ꝑ diſtinctōem. qꝛ falſitas in tali ſyllogiſmo ꝓuenit ex aliq̄ cā apparētie. et ex aliq̄ duplicitate vñ ꝓuenit dubietas. Sed oīs dubietas dꝫ ſolui ꝑ diſtinctōem. ḡ oīs recta ſolutio ſit ꝑ interemptionem vel diſtinctōem. Ex p̄dictis patꝫ ꝙ ſi velimus ſoluere aliquā orōem ꝓus eſt reſpiciendū ad formā eius. vtrū ſit ſyllogiſata vel nō. ⁊ ſi nō dꝫ ſolui ꝑ diſtinctōem. qꝛ eſt peccans in forma dūmō inferat aliqđ falſum. ⁊ ſi ſit ſyllogiſata reſpiciēdū eſt ad aliquā ꝓmiſſaꝝ. q̄a falſitas ꝯclōnis nō ꝓuenit niſi ex falſitate alicuius premiſſaꝝ. ideo interimenda eſt aliqua premiſſa

Cōcluſio ſecūda. ad habendū artem ſophiſticā ꝯplete neceſſe eſt oſtēdere ſolutionem ꝑalogiſmoꝝ in ſpēali. Probat᷑ cōcluſio. quia ad ꝑfecte cognoſcendū aliq̄d nō ſufficit ipm cognoſcere in vniuerſali ⁊ cōfuſe. ſed oportꝫ ipſum cognoſcere in ſpeciali. ḡ ad habendū cōplete artem ſoluendi ipſos in ꝑticulari Unde omes ꝑalogiſmi poſſunt ſolui ſolutione ſpeciali. quod ꝓbat phus inductiue. nā paralogiſmi equocationis amphibologie compoſitionis ⁊ diuiſionis ⁊ accētus poſſunt ſolui in ſpeciali diſtinguēdo concluſionē vel aliquā ꝓmiſſaꝝ ⁊ oſtendēdo ꝙ ibi ſunt diuerſa ſignificata. vnde prouenit falſitas paralogiſmi. Et ſimiliter omes paralogiſmi fallacie figure dcōnis et fallaciarū extra dictionē debent ſolui ſolutione ſpeciali negādo conſequentiā ⁊ ſubiūgendo cauſam defectus ꝑalogiſmi in q̄ ſit aliqua diſtinctio rei accepte in argumētatione. Unde in oībus fallacijs ⁊ in omibus modis fallaciaꝝ docet phus in textu ſoluere aliquos paralogiſmos dādo ſolutionem eorum in ſpeciali. Sed in ꝓmo libro ſatis oſtenſum eſt q̄modo ꝑalogiſmi cuiuſlibet fallacie ſoluunt᷑. ⁊ etiā in textu pñt videri exempla. ideo cauſa breuitatis dimittit᷑ enumeratio illorum paralogiſmoꝝ

Dubitat᷑ ꝓmo. Utrū oēs ꝑalogiſmi peccantes in forma debeāt ſolui ꝑ diſtinctōem ſicut dcm̄ eſt. Et videt᷑ ꝙ non. qꝛ ſolū ꝑalogiſmi in q̄bꝰ eſt aliq̄ multiplicitas debēt ſolui ꝑ diſtinctōem. ſed ꝑalogiſmi extra dictōem peccātes in forma nō peccāt circa aliqđ multiplex. ḡ non oēs ꝑalogiſmi q̄ peccāt in forma debēt ſolui ꝑ diſtinctōnem.

Ad dubiū rñdet᷑. ꝙ duplex eſt multiplicitas. ſcꝫ multiplicitas rei ⁊ nois. Et ſicut in ꝑalogiſmis indictōne eſt multiplicitas nois. eo ꝙ dcō vel orō plura ſcat. ita ꝑalogiſmi extra dictōem fiunt ſm multiplicitatē rei ſm ꝙ aliqua res p̄e

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diueſimode capi vel cōſiderariab intellectu. Et qꝛ ibi eſt
multiplicitas rei. ideo ſoluendi ſunt ꝑ diſtinctōem

Dubitaꝛ ſecūdo. Utrū ꝑalogiſmi ducentes
ad ſoleociſmū ꝛ nugatōem poſſint ſolui ſolutōe ſpeciali

Ad dubiū rñdet phus ꝙ ſic. qꝛ orōnes ducētes ad nu/
gatōem debēt ſolui. dicēdo ꝙ nō idē ſignificat nomē per ſe
ſumptū ꝛ iunctū cū alio. Intelligēdo tñ nō de ſignificato
ꝓmario ꝛ eſſentiali. qꝛ tali ſcato ſemꝑ idē ſignificat dcō ꝑ
ſe ſumpta ꝛ iuncta cū alio. ſed de ſignificato ſecundario qꝺ
importat dictio ex ꝯñti rōne habitudinis quā hꝫ ad ꝓpriū
ſignificatū eius. rōne cuius dcō nō idē ſcat ꝑ ſe ꝛ cum alio.
Sed orōnes ducētes ad ſoleociſmū debent ſolui oñdendo
ꝙ dcō non habet eundē modum ſignificādi in vno ſenſu ſi
cut in alio vel in vno genere ſicut in alio. Et magis poniꝛ
hic modus ſoluēdi orōnes ducētes ad nugatōem ꝛ ſoleo/
ciſmū. ꝙ̄ꝫ de orōnibus ducentibꝰ ad falſum vel inopinabile
eo ꝙ nugatio ꝛ ſoleociſmus importāt defectū ex ꝑte oratō
nis ꝛ nō ex ꝑte rei. ideo nō habēt eundē modū ſolutōis cuꝫ
ꝑalogiſmis ducētibꝰ ad redargutōeꝫ. quēadmodū habent
ille que ducunt ad alias metas

Ad rōnes. Ad primaꝫ diciꝛ. ꝙ conceſſio fit
reſpectu alicuius veri. Et qꝛ cōcedendo verū nō fit mani/
feſtatio ſyllogiſmi falſi. ideo ꝑ cōceſſionē nulla fit recta ſolu
tio. Ad ſcꝺam dicitur. ꝙ̄ꝫuis cōceſſio ſit ſpecies reſpon/
ſionis. non tamē oportet ꝙ ſit ſpēs ſolutionis. qꝛ reſponſio
eſt ſuꝑius ad ſolutōem. Ad terciā dꝛ. ꝙ duplex eſt ſyllo/
giſmus. qdam eſt habens falſitatē ſiue multiplicitatē. ꝛ ta
lis debet ſolui ꝑ interemptōem. Alius eſt habēs falſitateꝫ
cuꝫ multiplicitate rei vel nomis. ꝛ ille magis dꝫ ſolui ꝑ di/
ſtinctionē ꝙ̄ꝫ ꝑ interemptōem Quia talis multiplicitas eſt
cauſa vñ ꝓuenit falſitas eius. Uñ ad manifeſtandū falſi/
tatem eius debet fieri diſtinctio magis ꝙ̄ꝫ interemptio Si
tamē ſit peccās in vtroqꝫ. ſcꝫ in materia ꝛ in forma ſolui pt
vtroqꝫ mō. ſcꝫ ꝑ diſtinctionē ꝛ interemptōem.

¶ Quartus tractatus

Portet aūt intelligere qm̄ oim oratio/
nū. alie ſunt faciles conſpici. alie auteꝫ
difficiliores ſm qd ꝛ in quo paralogi/
ſant audientē Frequēter eedem illis. nā can/
dem oratōem oportet vocare q ſm idē ſit. Eadē
aūt oratio. alijs qdem ſm dictōem. alijs auteꝫ
ſm accñs. alijs auteꝫ ſm aliqd videbiꝛ eſſe. eo
ꝙ tranſlatū vnūquodqꝫ nō ſimiꝉr eſt manifeſtū
Quēadmodū ergo in his que ſm equocationē
ſunt. qui modus videtur eſſe leuiſſimus para/
logiſmoꝝ. hec qdem et quibuſlibet ſunt manife
ſta. nam ꝛ oratōes pene ridiculoſe omnes ſunt
ſm dictionē vt vir ferebatur gradatim ſedēs. et
boreas purus non ꝑdidit em̄ pauperem. ꝛ vtra
boū pariet. antea aut neutra. ſꝫ poſterius ambe
Eodem aūt mō ꝛ aliaꝝ pene plures. illa auteꝫ et
peritiſſimos videnꝛ latere Signū aūt hoꝝ qm̄
litigant ſepe de noibus. vt vtrū idem ſignificet
de oibus ens vnū vel aliud. Alijs autē videtur
idē ſignificare ens ꝛ vnum vel aliud. Alij aūt ꝫe
nonis orōem ꝛ ꝑmenidis ſoluūt eo ꝙ multipli
citer dicāt vnū dici ꝛ ens. ſiꝉiter autē ꝛ in accidē
te ꝛ in alijs ſingulis. Alie qdem orationū erunt
faciles videri. alie ꝓo difficiliores. ꝛ ſumere in
quo genere. ꝛ vtrū elenchus vel non elenchus.
nō facile ſiꝉiter in oibus. Eſt aūt acris oratio
q dubitare facit maxime. mordet em̄ hec maxie
Dubitatio aūt eſt duplex. hec qdē in ſyllogiſa/
tis quā eligit qs interrogationū. illa aūt in liti/
gioſis. qūo dicat quis ꝓpoſitū. q̄propter in ſyl/
logiſticis acriores orōnes q̄rere magis faciunt

Eſt aūt ſyllogiſtica orō qdem acerrima. ſi ex
ꝙ̄ꝫ maxime apparentibus ꝙ̄ꝫ maxime ꝓbabile
interimit. Nā cū vna eſt orō trāſpoſita cōtradi
ctione oēs ſiꝉr habebit ſyllogiſmos Semꝑ em̄
ex ꝓbabilibꝰ ſiꝉr ꝓbabile interimet vel cōſtruet
Quapropter neceſſariū dubitare. maxime ḡ hu
ius acris q ex equo ꝯcluſionē facit interrogāti
bus. Secūda aūt q ex oibus ſiꝉibus: hoc em̄ ſi
miꝉr facit dubitare. q interrogationū interimē/
da eſt. hoc aūt difficile. nā interimendū qdē. qd
aūt interimendū dubiū. Litigioſaꝝ aūt acer
rima qdem eſt q primū ſtatim dubia eſt. vtrum
ſyllogiſata eſt vel nō. ꝛ vtrū ſm falſuꝫ vel ſm di
uiſionē ſolutio. Secūda aūt aliaꝝ q manifeſta
qdem ſm diuiſionē vel interemptōem eſt. Non
eſt aūt euidens ꝑ quā interrogatiōem interemp
tio vel diuiſio ſic ſoluēda eſt. ſed vtruꝫ ſm cōclu
ſionē aut ſm aliquā interrogationū eſt Qñqꝫ
nō ſyllogiſata orō facilis eſt. ſi ſint valde impro
babilia vel falſa q ſumunꝛ. qñqꝫ em̄ non digna
deſpici. nā qñqꝫ deeſt aliq taliū interrogationū
de q orō ꝛ ꝓpter quā. et nō aſſumit hāc ꝛ nō ſyl
logiſat. ꝛ ſtultus eſt ſylls. Qñqꝫ aūt eaꝝ q extri
ſecus nō deſpiciēdus vllo mō: ſed orō qdeꝫ ha
bilis eſt. interrogās aūt interrogauit nō bene

Et quēadmodū ſoluere qñqꝫ qdē ad orōnem
qñqꝫ āt ad interrogantē ꝛ interrogatiōem. qñqꝫ
vero ad neutrū hoꝝ. ſiꝉr ꝛ interrogare et ſyllogi
ſare eſt. et ad ꝓpōnem et ad rñdentem et ad tem
pus. quādo pluris tēporis egens ſolutio ꝙ̄ꝫ pre
ſentis tꝑis diſputatio ad ſolutionē

¶ Tractatus quintus

Ex quantis igiꝛ et qualibꝰ fiūt diſputan
tibus ꝑalogiſmi. et qūo oñdemus fal/
ſum: et que extra opinioneꝫ ſunt dicere
faciemus Amplius aūt ex qbus accidit ſyllus
et qūo interrogandū. et qs ordo interrogationū
Amplius aūt ad qd ſūt vtiles hmōi orōnes. et

de rñſione ſiꝉiter omni. Et qūo ſoluendū diſpu
tationes ꝛ ſyllos. dicta ſunt de oibꝰ nobis hec
Reliquū aūt eſt de eo qd ex ꝓncipio erat ꝓpoſi
tū reminiſcētibꝰ aliqd dicere breuiter. ꝛ fineꝫ im
ponere dictis. ḡ ſumpſimus inuenire poteſtatē
aliquā ſyllogiſticā de ꝓpoſito ex his q inſunt ꝙ̄ꝫ
ꝓbabiliſſimo. hoc em̄ opus eſt dialectice ꝛ tēp
tatiue ꝑ ſe. Qm̄ aūt ꝯformaꝛ ad ea ꝓpter ſophi
ſtice vicinitatē. ꝛ nō ſolū experimentū poſſit ſume
re dialectice. ſꝫ etiaꝫ qſi ſciens. ꝓpter hoc nō tm̄
dcm̄ opꝰ negocij ꝓpoſuimꝰ orōem poſſe ſame
re. ſed etiā vt orōem ſuſtinētes obſeruemus po
ſitōem velut ꝑ ꝓbabiliſſima ſiꝉi mō cām diximꝰ
huius. qꝛ ꝛ ꝓpter hoc ſocrates interrogabat. ſꝫ
nō rñdebat. fatebaꝛ em̄ neſcire. Manifeſtuꝫ eſt
aūt in ꝓoribꝰ: ꝛ ad qt ꝛ ex qt hoc erit. ꝛ vñ ydo/
nei erimus hoꝝ. Amplius aūt qūo interrogan
da ꝛ ordināda qſtio ois. ꝛ de rñſionibꝰ ꝛ ſolutio
nibꝰ q ſunt ad ſyllos patefactū eſt. et de alijs q/
cunqꝫ eiuſdē vie ſunt orōes. ꝓter hec aūt de ꝑa/
logiſmis ꝑtractauimꝰ ſicut iā diximꝰ ꝓus Qm̄
ergo hñt finē ſufficiēter q ꝓpoſuimꝰ manifeſtū
eſt Oportꝫ aūt nos nō latere qꝺ accidit circa
hoc. Nā eoꝝ q inueniunꝛ oim q qdem ab alijs
ſumpta ſunt. ꝓus elaborata ꝑticulariter augen
tur ab eis. q accipiūt poſtea. q aūt ex ꝓncipio in
ueniunꝛ parū in ꝓmis augmentū ſolent ſumere
Utilius autē plurimū illud qꝺ poſtea ex his fit
augmentū. Maximū em̄ fortaſſe ꝓncipiū oim
vt dꝛ. q̄re ꝛ difficillimū Quāto em̄ optimū ptā
te. tāto ꝑuiſſimū magnitudie. difficillimū eſt āt
videri: hoc aūt inuēto facile eſt addere ꝛ augere
reliquū. Qꝫ et circa rethoricas orōnes accidit
pene aūt ꝛ circa alias oēs artes. Nā q ꝓncipia
inuenerūt. oino ad paruuꝫ qd ꝑduxerunt. Qui
aūt nūc famoſiores ſunt aſſumētes a multis ve
lut ex ſuceſſione ꝑticulariter colligētes ſic auxe/
rūt. Thyſias qdem poſt ꝓores. Thyſimacus
vero poſt thyſiam. Theodorus aūt poſt hunc.
et multi multas coadunauerūt ꝑtes. Quaprop
ter nimirū eſt ſi habet multū ars Huius aūt
negocij nō hoc qdeꝫ erat. illud aūt nō erat per/
ſcrutatuꝫ: ſed nihil oino erat. Nam eoꝝ q circa
litigioſas erāt orōnes mercēnarij qlaꝫ erat do
ctrina georgie negocio. Orōnes em̄ hij qdem
rhetoricas. illi aūt interrogatiuas dicebāt edi/
cere. in q ſepius cadere ſolebāt vtriqꝫ alternorū
orōnes. Quapropter velox ꝙ ſine arte autē erat
doctrina diſcētibꝰ ab eis: Nō em̄ artē ſed q ab
arte ſunt dātes erudire arbitrati ſunt. velut ſi qs
dicat diſciplinaꝫ tradere vt nō doleāt pedes, de
inde ſutoriā qdem nō doceat. nec vñ poſſint in
ueniri talia. det auteꝫ plura genera oim modoꝝ
calceamentoꝝ. hic em̄ ꝓfuit quo ad vtilitatē: ar
tem aūt nō tradidit Et de rhetoricis quideꝫ
erant multa ꝛ antiqua dcā. De ſyllogiſmis aūt
nihil habuimus oino ꝓus aliud dicere ꝙ̄ꝫ in at
tritōe q̄rentes multū tꝑis laborauimꝰ. Si aūt
videꝛ cōſiderantibꝰ nobis velut ex his q a prin
cio eſſent habere ars ſufficiēter ſupra alia ne/
gocia. q ex traditōe adaucta ſtꝫ. reliquū erit oim
veſtrū. vꝉ eoꝝ q audierint h opus Omiſſis qdeꝫ
artis indultōem. inuētis āt multas hēre grates.

Queriꝛ. Utrum diuiſio orōnis ſit ſufficiēs
in faciles q nō ſunt ſoluēde ꝛ difficiles q ſunt ſoluende
Arguiꝛ ꝓmo ꝙ nō. qꝛ eadē oratio dꝛ facilis ꝛ difficilis. igiꝛ
iſta diuiſio nō daꝛ ꝑ oppoſita. Scꝺo. rñdens ſꝑ dꝫ ſuſti/
nere poſitōes eius. ſed hoc nō pt facere niſi ſoluēdo omes
rōnes ſophiſticasque fiunt ꝯtra ipm. ḡ nulle ſunt orōnes
nō ſoluēde Tercio. rñdens dꝫ ſemꝑ cauere poſitōes ne
decipiaꝛ ab opponēte. ḡ omes ꝑalogiſmos ſoluere dꝫ. qꝛ vi
tare nō pt deceptōnem niſi in ſoluendo rōnes ꝯtra ipſum
adductas In oppoſitū eſt phus in textu

Sciendū primo ꝙ poſtꝙ̄ꝫ phs determiauit
de vtilitate huius doctrine ꝛ de apparēti ſolutōe. ꝛ de ſolu
tione recta ꝑalogiſmoꝝ. Hic ꝯñter ꝛ finaliꝛ oñdit q orōes
ſunt difficiles ad ſoluendum ꝛ que ſunt digne ſolutione. ꝛ
que ſunt faciles ꝛ nō digne. Unde orōnes faciles ſunt nō
digne ſolutione. vt patet in equocatione de hac orōne uir
ferebaꝛ gradatim ſedens. hec orō eſt duplex. qa gradatim
poteſt deſcēdere de gradiorꝛ ris. ꝛ ſic eſt falſa. vel ab hoc no
mine gradus. ꝛ ſic eſt vera. quia ſenſus eſt ꝙ vir ſedens fe
rebaꝛ ꝑ gradus. Similiter de iſta orōne. boreas eſt purus
quia purus quādoqꝫ idem eſt qꝺ non nocens. ꝛ ſic eſt fal/
ſa. quia boreas affligit pauperē Alio modo idem qꝺ pur/
gans. ꝛ ſic eſt vera. quia boreas purgat aerē a nubibꝰ. Sꝫ
orōnes difficiles dicunꝛ digne ſolutione. quia difficile eſt vi
dere ſm quē locum ſophiſticum fiant. ꝛ q ſit cauſa apparen
tie earuꝫ. Unde qbuſdam videnꝛ peccare in dictione alijs
vero extra dictōem. alijs ſm vnā fallaciā alijs ſm aliam.
ita vt multi periti de ſuis cauſis apparentie. pariter litigāt
ſicut etiā patet de ſignificatōe nominū multipliciū. vt qui/
dam dicunt ens ꝛ vnum ſolū vnū ſignificare. et alij dicunt
ꝙ multa ſignificant. ſicut patet circa rōnes permenidis et
melliſſi in primo Phiſicorum

Sciendū ſcꝺo. ꝙ orationū difficiliū quedaꝫ
dicetur acris. quia ſicut ſapor acer realiter pungit guſtum.
ſic talis oratio pungit ꝛ mordet reſpondentē faciens ipſuꝫ
dubitare. Et diuiditur ſm diuiſionē dubitationū que fiūt
reſpondenti per talē oratōem. Unde quedā ſunt oratōes
ſyllogiſtice que debēt ſolui ꝑ interemptōem ꝛ alie ꝑ diſtinc
tionē ꝛ quādo neſciꝛ que orationū eſt interimēda. ſi ſit ora
tio ſyllogiſtica. ꝛ ſi nō ſit ſyllogiſtica qñ neſciꝛ quomō ſol/
uūtur vel ꝑ diſtinctōeꝫ vel interemptionē. ꝛ ꝑ hoc aliq ora/
tiones poſſunt dici acriores ꝛ qdam acerrime

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Concluſio pͥma Illa oratio dicitur maxime acris que ex maxime ꝓbabilibꝫ cõcludit apparenter maximũ improbabile. vel maxime ꝓbabile interimit. Probat̃ concluſio. qꝛ vno pͥncipali ſyllogiſmo exiſtẽte cuius concluſio eſt improbabilis ⁊ ex p̃miſſis ꝓbabilibus erũt duo ſyllogiſmi cõuerſiui ex probabilibꝫ ꝯcludentes ꝓbabile. quorum vnus fiet ex oppoſito cõcluſionis cuꝫ maiore inferens oppoſitũ minoris. ⁊ alius qui ex oppoſito cõcluſionis cũ minore inferet oppoſitũ maioris. ergo cõcluſio vera. Sꝫ oratio dr̃ minus acris quãdo infert improbabile ex p̃miſſis eq̃ probabilibus. ita ꝙ non ſunt multũ ꝓbabiles. ⁊ tũc reſpõdens percipit ꝙ talis oratio debet ſolui per interemptionem. ſed non bene ſcit ꝑ cuius interemptõem ſoluat̃ propter eq̃litatem p̃miſſarum in ꝓbabilitate

Concluſio ſcđa. ⁊ reſponſalis ad queſituꝫ. diuiſio orationis data ꝑ hoc ꝙ q̄dam ſunt difficiles ad ſoluẽdum ⁊ q̄dam faciles eſt ſufficiẽter aſſignata. Probat̃ cõcluſio ꝑ conditiones bone diuiſionis q̄ ſibi conueniunt. Patet etiam ꝑ ea que dicta ſunt in notabilibus

Dubitatur primo circa textum. Utrum hec ſcientia ſit inuenta ſicut ⁊ alie artes Pro dubio conſiderandũ eſt. ꝙ alie ſciẽtie ab iſta vt dicitur in textu ſic fuerũt inuente ꝙ aliqui pͥmo inuenerunt principia. ⁊ cõſequenter alij inuenerũt ea que ſequunt̃ ex principijs ⁊ ſucceſſiue per multũ tempus quouſq; quelibet ſcientia fuerit cõpleta. ⁊ q̄ pͥmo fuerunt inuenta erant difficiliora. qꝛ erant pͥma principia que ſunt parua in quãtitate. tamẽ maxima ſunt in virtute. ideo magis regratiandũ eſt illis qui pͥma principia inuenerunt. q̄ꝫ illis qui inuenerũt concluſiões. Et ꝙ alie ſciẽtie ab iſta ſic fuerũt inuente ꝓbat ph̄us exemplariter de rethorica. nam primi inuentores rethorice de ipſa parum inuenerunt. ſed alij ſuperuenientes inuenta auxerunt quouſq; pars fuit cõpleta. Sed hec ſcientia non fuit hoc modo inuenta. ita ꝙ aliqua pars inuenta fuerit ante tẽpus Areſtotelis. imo ante ipſum nihil artificialiter inuentũ eſt de ipſa. nec illi qui eum p̄ceſſerunt aliquid de ipſa ꝑ modum artis tradiderunt. ſed Areſtoteles eam ſuo ꝓprio labore compleuit. Unde dr̃ ꝙ logica p̄cedentiũ eum fuit ſimilis doctrine Platonis in georgicis. vbi multe oratiões rethorice ſine arte adunãtur. ideo talis doctrina ſine arte tradita erat labilis a memoria. Et ſimile eſt vt ſi quis volens tradere artem non ledendi pedes daret multa genera calceoꝝ. ⁊ nõ daret modum componẽdi vel calceandi ip̃a. Sed Areſtoteles non ſic fecit. imo artificioſe iſtam ſcientiaꝫ tradidit. et ſic ex toto fuit ſpecial' huius ſcientie inuentor in qua ꝑ multum tempus laborauit ad complementũ eius. Rõe cuius in fine petit de omiſſis veniã ſi aliq̄ ſint omiſſa ⁊ de bñ inuentis multas habere grates. ⁊ ꝑ hoc rñdet̃ ad dubium

Dubitat̃ ſecundo. Utrum veruꝫ ſit id qoud dictum eſt. ſcꝫ ꝙ principia difficiliora ſunt poſterioribus

Ad dubium reſpondet̃. ꝙ duplicia ſunt principia. q̄daꝫ ſunt propria arti. ⁊ quedam ſunt cõmunia. ⁊ adhuc quelibet horum poſſunt dupliciter conſiderari. Uno modo in ſe et abſolute. ſcꝫ quantũ ad inherentiã predicati ad ſubiectũ. p̄ſcindendo ab om̄ibus poſterioribus. ⁊ ſic nõ eſt difficilꝰ cognoſcere principia cõmunia ⁊ ea inuenire. Alio mõ pñt conſiderari ſub ratione. qua ſunt principia ⁊ ꝑ habitudinẽ ad principiata. ⁊ ſic valde difficile eſt ipſa inuenire. Et etiã vtile. quia principijs ſic acceptis difficile eſt credere. ⁊ ꝑ illa concluſiones eligere ⁊ hec principia maxima ſunt in virtute ⁊ poteſtate. qꝛ in virtutẽ eoꝝ cetera includuntur.

Ad rationes. Ad primã dicitur. ꝙ licet vna oratio dicatur facilis reſpectu vnius reſpondentis. ⁊ difficilis reſpectu alterius. tamen alique ſunt oratiões que de ſe ſunt difficiles ad ſoluendum. Quia cauſe apparentie in ipſis ſunt multũ occulte ⁊ [illegible] nos. ⁊ alie ſunt oratões faciles ad ſoluenduꝫ. quia cauſe defectus in ip̃is ſunt multum nobis apparentes. Ad ſecundã dicitur ꝙ reſpondens ad quãlibet argumentatõem debet reſpondere vl' vere per ſolutionem veram. vel apparẽter per ſolutionem apparentẽ. Sed quando orationes ſunt faciles ⁊ ridicule nõ dꝫ eas ſoluere ſolutõe recta. ⁊ ꝑ [illegible]em ſoluit̃ tercia rõ. ⁊ hec de queſtione. ⁊ ꝑ cõſequens de toto libro Elenchorum

Queſtiones ſubtiliſſime venerabilis magiſtri Johãnis verſoris. a magiſtris burſe Cornelij q̄bus ip̃as incumbit exercere. ſummo ſtudio atq; diligentia denuo reuiſe correcte ac emẽdate. Impreſſe in florentiſſimo vniuerſali ſtudio Colonienſi. Per boneſtũ Ciuem inſignis ciuitatis Coloniẽſis Henricum Quentell. Anno ſalutis Milleſimo q̄dringenteſimo nonageſimoſeptimo. decima kalendas auguſtas feliciter finem babent.

Queſtiones magiſtri Johannis verſoris ſup̱ de ente ⁊ eſſentia ſancti Thome de aquino ordinis fratrũ predicatorum.

Voniaꝫ paruus error in pͥncipio magnꝰ eſt in fine ſm ph̄m in primo celi ⁊ mundi Ens autẽ ⁊ eſſẽtia ſunt q̄ primo in intellectu cõcipiũtur. vt dr̃ Auicenna in primo ſue metaphiſice Ideo ne ex eorũ ignorãtia errare cõtingat. ad eoꝝ difficultatẽ aperiendã. dicendũ ẽ q̄d nomine eſſẽtie ⁊ entis ſignificet̃. ⁊ quomõ in diuerſis inueniant̃. et quomõ ſe habeãt ad itẽtiones logicas ſcꝫ genꝰ ſpeciẽ ⁊ differentiã Quia vero ex cõpoſitis ſimpliciũ cognitionẽ accipere debemꝰ ⁊ ex poſterioribꝫ in priora deuenire. vt a facilioribus incipiẽtes cõuenientior fiat diſciplina. igitur a ſignatione entis ad ſignationẽ eſſẽtie procedendũ ẽ. Sciendũ ẽ igit̃ ꝙ ſicut in quinto metaphiſice ph̄us dr̃. ens per ſe dupl'r dr̃ Uno mõ qđ diuidit̃ per decẽ genera. Alio mõ qđ ſignificat ꝓpoſitionũ veritatẽ Hoꝝ ãt differẽtia ẽ qꝛ ſcđo mõ p̄t dici ens oẽ illud de quo affirmatiua ꝓpõ formari p̄t. etiam ſi illud in re nihil ponat. ꝑ quẽ modũ pͥuationes ⁊ negationes entia dicunt̃. dicimꝰ em̃ ꝙ affirmatio ẽ oppoſita negationi. et ꝙ cecitas ẽ in oculo Sꝫ pͥmo mõ nõ p̄t dici ens niſi qđ aliq̄d in re ponit. Uñ primo mõ cecitas ⁊ hmõi nõ ſunt entia Nomẽ igit̃ eſſentie nõ ſumit̃ ab ente ſcđo mõ dicto. aliqua em̃ hoc mõ dicunt̃ entia que eſſentiã nõ hñt. vt pꝫ in pͥuatõibꝫ. ſꝫ ſumit̃ ab ente pͥmo mõ dicto. Uñ cõmẽtator in eodẽ loco dr̃ ꝙ ens pͥmo mõ dictũ eſt. qđ ſcat eſſentiã rei. Et qꝛ vt dictũ ẽ ens hoc mõ dictũ diuidit̃ ꝑ decẽ genera. oportꝫ ꝙ eſſentia ſcet aliqđ cõmune om̄ibꝫ naturis ꝑ quã diuerſa entia in diuerſis generibꝫ et ſpeciebus collocant̃. ſicut humanitas eſt eſſentia hominis. ⁊ ſic de alijs. ⁊ qꝛ illud ꝑ qđ res ꝯſtituit̃ in ꝓprio genere vel ſpecie eſt hoc qđ ſcatur per definitõem indicantẽ q̄d eſt res. inde eſt ꝙ nomen eſſentie a ph̄is in nomẽ q̄dditatis mutat̃. Et hoc eſt qđ ph̄us frequẽter nominat qđ quid erat eſſe. id eſt hoc ꝑ qđ aliq̄d habet eſſe q̄d. Dicitur etiã forma ſm ꝙ per formã ſcatur certitudo vniuſcuiuſq; rei. vt dr̃ Auicenna in ſcđo ſue metaphyſice. hoc etiã alio noĩe natura dicit̃ accipiendo naturã ſm pͥmum modũ illoꝝ quatuor quos Boetius in libro de duabꝫ naturis aſſignat. ſ. ꝙ natura dr̃ eẽ illud qđ intellectu quoq; mõ capi poteſt. Nõ em̃ res eſt intelligibilis niſi ꝑ definitõem ⁊ eſſentiã ſuam. Et ſic etiã ph̄s dr̃ in quinto metaphiſice ꝙ om̄is ſubſtãtia eſt natura Tamẽ nomẽ nature hoc mõ ſumpte ſignificat eẽntiã rei ſm ꝙ hꝫ ordinẽ ad ꝓpriã opationem. cum nulla res ꝓpria opatione deſtituatur. Quidditatis vero nomẽ ſumit̃ ex hoc qđ ꝑ definitõem ſcatur. Sed eſſe [illegible]tia dr̃ ſm ꝙ ꝑ eã ens habet eſſe.

Circa librũ de eſſe et eſſentia. Querit̃ pͥmo. Utrũ ab ente ſumat̃ nomẽ eſſentie. Arguit̃ ꝙ nõ. pͥmo qꝛ multa dicunt̃ entia q̄ nõ hñt eſſentiã. vt pꝫ de pͥuatõnibus. Igit̃ ab ente nõ ſumit̃ nomen eſſentie Scđo. eſſentia ſe hꝫ ad ens ſicut abſtractũ ad ꝯcretũ ⁊ ſimplex ad cõpoſitũ. Sꝫ ꝯcretũ deriuat̃ ab abſtracto Igit̃ nomẽ entis ſumit̃ ab eſſentia et nõ econtra Tercio. eſſentia immediatiorem hꝫ hitudinẽ ad eſſe q̄ꝫ ad ens eo ꝙ eſſe in ip̃a eſſentia ꝯſtituit ens. Igit̃ nomẽ eſſentie ſumit̃ ab eſſe. In oppoſitũ eſt beatus Thomas in textu in pͥncipio huius tractatus. Primo videbit̃ de q̄ſito

Sciendũ pͥmo. Qꝛ vt habet̃ pͥmo celi ⁊ mundi paruus error in pͥncipio magnus eſt in fine Ideo licꝫ pͥncipia parua ſint in quãtitate. tñ magna ſunt in v̄tute. ⁊ quñq; ſe extendunt ad magnas ꝯcluſiones Et quia ens ⁊ eſſentia ſunt q̄ cadũt pͥmo in intellectu noſtro. ⁊ ſe hñt vt pͥncipia. iõ ne ex eoꝝ ignorãtia ꝯtingat error cõpoſuit. Sanctus Thomas hũc tractatũ de eſſe ⁊ eſſentia. ad difficultatẽ eoꝝ aperiendã. oſtendẽdo q̄d noĩe entis ⁊ eſſentie ſcet̃. Et quõ in diuerſis inueniãt̃. ⁊ qualiter ſe hñt ad intentões logicas ſcꝫ generis. ſpẽi ⁊ dr̃ĩtie Et qꝛ magis cõpoſita ſunt nobis notiora. vt dr̃ primo phyſicoꝝ. Ideo ex compoſitis debemus accipere cognitõem ſimpliciũ ⁊ ex poſterioribꝫ in pͥora deuenire vt a facilioribꝫ incipiendo. facilior ſit doctrina. Et qꝛ ens ẽ magis cõpoſitũ q̄ꝫ eſſentia naꝫ ens noĩat cõpſitũ ex eẽ ⁊ eẽntia. iõ ex ſcatõe entis ad ſcatõeꝫ eſſentie ꝓcedẽdũ ẽ

Sciendũ ſcđo. ꝙ ens ꝑ ſe vt habet̃ in quinto metaphĩce diuidit̃ in ens reale. qđ iterũ diuidit̃ in decẽ p̄dicamẽta. ⁊ in ens rõis qđ ſe extẽdit ad ſcandũ veritatẽ ꝓpõnis. Inter q̄ talis eſt dr̃ña. qꝛ ſcđo mõ oẽ illud p̄t dici ens de q̄ p̄t fieri ꝓpõ affirmatiua. dato ꝙ in re nihil ponat. ⁊ hoc mõ pͥuatões dicuntur entia. qꝛ de ip̃is poſſumꝰ vere affirmare aliq̄d ꝑ ꝓpõem affirmatiuam vt cũ dr̃ ꝙ negatio oppoit̃ affirmatõi ⁊ ſic de alijs Sꝫ pͥmo mõ nihil dr̃ ens niſi qđ in re ad extra aliq̄d ponit et nõ ſolũ hꝫ eẽ in apprehẽſione aĩe. ſꝫ etiã in re ad extra.

Cõcluſio pͥma. Nomẽ eſſentie ſumit̃ ab ente reali ⁊ nõ ab ente rõis. Prima ꝑs ptꝫ. qꝛ dr̃ Auerroys q̄nto metaphyſice ꝙ ens reale qđ diuidit̃ in decẽ p̄dicamenta ẽ qđ ſcat eſſentiã rei. mõ nomẽ forme ſeu eſſentie ⁊ vl'r oẽ nomẽ abſtractũ a toto ſumit̃. Ens ãt reſpectu eẽntie ẽ totũ ⁊ cõpletũ. Igit̃ noⁿ eẽntie ſumit̃ ab ente reali. Scđa ꝑs ꝯcluſionis pꝫ ꝑ pͥmã rõeꝫ añ oppoᵐ.

Concluſio ſcđa. Nomẽ eſſentie ſumit̃ ab eẽ.

Patet. qꝛ eſſentia nõ eſt in eſſe vt in ſuo toto. nec cõparaṫ ad ipm eẽ ſicut ad ſuũ totũ. Sꝫ oẽ abſtractũ includiṫ in eo a ꝗ abſtrahiṫ ꝑ intellectũ abſtrahentẽ. igiṫ ꝯcluſio ꝟa. Ex pͥma ꝯcluſione ſeqͥtur ꝙ nomen eſſentie ſ̄cat aliqͥd cõe analogũ ꝑ qꝺ diuerſa entia ĩ diuerſis generibꝫ ⁊ ſpeciebꝫ collocanṫ. Pꝫ qꝛ noⁿ eẽntie ſumptũ ẽ ab ente qꝺ diuidiṫ in decẽ p̄dicamẽta. Scꝺo ſeqͥtur ꝙ qͥdditas eadem ẽ cũ eẽntia. Patet qꝛ vt dictũ ẽ. eſſentia ẽ illud ꝑ qꝺ res in diuerſis generibꝫ collocanṫ. ⁊ vnumqꝫ dꝫ ꝑ ſuam eſſentiã ꝓpͥã in ſpẽ reponiṫ. Sꝫ illud ꝑ qꝺ res poniṫ in determinata ſpẽ eſt qͥdditas eiꝯ q̄ ꝑ definitõem qͥdditatiuã explicaṫ ⁊ hinc ẽ ꝙ a pħo qꝺ qͥd erat eẽ noĩaṫ ⁊ illꝺ ꝑ qꝺ formal'r aliqͥd hꝫ eẽ. Et meliꝯ dꝛ ꝙ qͥd erat eſſe ꝙꝫ qꝺ qͥd ẽ eẽ. Ad denotandũ ꝓꝛitatẽ nature ⁊ ordinem cauſalitatis eſſentie reſpectu eẽ. Tercio ſeqͥtur ꝙ eſſentia ꝯuenienter dꝛ forma totiꝯ. pꝫ qꝛ qꝺ qͥd erat eẽ qꝺ per definitõem explicaṫ ẽ forma totiꝯ rei a q̄ ſumiṫ tota rei cognitio. mõ eſſentia ⁊ qͥdditas idẽ ſunt. Quarto ſeqͥtur ꝙ eẽntia p̄t dici natura capiẽdo naturã pͥmo q̄tuoꝝ modoꝝ q̄s ponit boetiꝯ in libro de duabꝫ naturis ſ̄ꝫ quẽ natura dꝛ eẽ illꝺ qꝺ cũ ſit q̄cũqꝫ mõ ab itellectu capi p̄t. Nomẽ tñ nature videṫ ſ̄care eſſentiã rei ſ̄ꝫ ꝙ hꝫ ordinẽ ad ꝓpͥã opatõem. Ex qͥbꝫ oĩbꝫ pꝫ ꝙ eſſentia forma totius natura. ⁊ qͥdditas ſunt idẽ ſ̄m rẽ. Dñt tñ ſ̄m rõnem. nã eſſentia dꝛ ſ̄m ꝙ ꝑ eã. ⁊ in ea res hꝫ eẽ. Sꝫ qͥdditas dꝛ inq̄ꝫtũ ꝑ definitõem qͥdditatiuã ſ̄caṫ. Sꝫ forma dꝛ ſ̄m ꝙ ꝑ eã certitudo rei ſeu certa cognitio ſ̄caṫ. Natura ꝟo dꝛ inq̄ꝫtũ ẽ pͥncipiũ ꝑ reſpectũ ad opatõem.

Dubitaṫ pͥmo. vtꝝ nomẽ eſſentie ſumaṫ ab ente ꝑ accñs ſicut ab ente ꝑ ſe. Rñr ad dubiũ ꝙ nõ. qꝛ tale ens nõ hꝫ eſſentiã vnã ſicut hõ albꝯ. Sꝫ ẽ qͥdditas aggregata ex rebꝫ diuerſoꝝ geneꝝ q̄ nõ faciũt vnũ ꝑ ſe. nõ eñ ꝯiungiṫ albedo hoĩ. ſicut ꝓpͥꝯ actꝯ ꝓpͥe potẽtie ex q̄ ꝯiũctõe reſultet vna eſſentia. ſicut in rebꝫ cõpoſitis ex materia ⁊ forma. Sil'r eſſentia non dꝛ ab ente in aĩa. q̄uis eñ in iſtis ſint q̄dã abſtracta q̄ vocanṫ entitates tñ illa abſtracta nõ ſunt eſſentie. Vñ entia rõis nõ hñt eſſentiã q̄ recipiat eẽ. hñt tñ aliquã entitatẽ. ſ. ad ipm actũ eſſendi ⁊ iõ entitas eſt ſuꝑioꝛ ad eſſentiã.

Dubitaṫ ſcꝺo. vtꝝ eẽ ſit ſimplicius q̄ꝫ ens et eſſentia. Ad dubiũ rñr pͥmo ꝙ eẽ ſimpliciꝯ ẽ q̄ꝫ ens. Rõ ẽ. qꝛ eẽ ẽ in ente vt habitꝯ in hñte. mõ hñs cõpoſitiꝯ ẽ habito. Itẽ in rebꝫ creatis ens in ſe ꝯtinet eſſentiã et eẽ ex qͥbꝫ ẽ cõpoſitũ. Eſſe aũt nõ cõponiṫ ex diuerſis. Scꝺo dꝛ ad dubiũ ꝙ eẽ ſimpliciꝯ ẽ eſſentia. qꝛ nulliꝯ eſſentie eẽ ſiue creatũ ſiue increatũ ẽ in ſe cõpoſitũ. lꝫ qñqꝫ ſit alteri cõponibile. Eſſentia aũt p̄t eẽ compoſita ſicut ſunt eẽntie in ſubſtãtijs materialibꝫ vt humanitas q̄ dꝛ eſſentia hoĩs ꝯtinet materiã ⁊ formã. Itẽ eẽ nihil recipe p̄t. Eſſentia aũt recipit eẽ ⁊ hꝫ rõnem potẽtie. Eſſe ꝟo hꝫ rõem actꝯ ⁊ ens eſt cõpoſitum ex ipis. actus aũt ſimplicioꝛ eſt potentia.

Ad ratões. Ad pͥmam pꝫ ſolutio ex dictis. Ad ſcꝺam dꝛ ꝙ lꝫ ordine nature eſſentia ſit ſimplicioꝛ ⁊ pꝛioꝛ ente. tñ q̄ ad noſtrã cognitõem q̄ incipit a toto et magis cõpoſitis ens p̄cedit eſſentiã. Ad terciã dꝛ ꝙ lꝫ eſſentia via ꝯſtitutõis pͥus reſpiciat eſſe q̄ꝫ ens tñ ſ̄ꝫ eẽ ꝓductũ pͥus reſpicit ens q̄ꝫ eſſe. quia eſt de intellectu entis et includitur in eſſe.

Sed quia ens abſolute ⁊ ꝑ pꝛius dꝛ de ſubſtãtijs ⁊ ꝑ poſteriꝯ ⁊ quaſi ſecũdario de accidẽtibus. inde ẽ ꝙ eſſentia ꝓpꝛie ⁊ vere ẽ in ſubſtãtiis ⁊ in accñtibꝫ quodãmõ ⁊ ſ̄m qͥd. Subſtantiaꝝ vero q̄dã ſimplices ſunt q̄dã cõpoſite. ⁊ in vtriſqꝫ ẽ eſſentia. ſꝫ ĩ ſimplicibꝫ verioꝛi ⁊ nobiliori mõ ſ̄m ꝙ eſſe nobiliꝯ habẽt: ẽ eñ cã eoꝝ q̄ cõpoſita ſunt ad minꝯ ſubſtãtia pͥma q̄ ẽ deus. Sꝫ qꝛ illaꝝ ſubaꝝ eſſentie ſunt nob̄ magꝭ occulte. iõ ab eſſentijs ſubaꝝ ꝯpoſitaꝝ icipiẽdũ ẽ vt a faciliorib ꝯueniẽtioꝛ fiat diſciplĩa. in ſubſtãtijs igiṫ cõpoſitis ſꝫ ſoꝛa ⁊ materia vt ĩ hoĩe aĩa ⁊ coꝛpꝯ. Nõ ãt p̄t dici ꝙ alteꝝ illoꝝ tñ eẽntia dicaṫ. ꝙ eñ materia ſola ñ ſit eẽntia rei planũ ẽ qꝛ res ꝑ eẽtiã ſuã ꝯgnoſcibl'i ẽ ⁊ in ſpẽ ordinaṫ vel in genere. ſed materia nec cognitõis principiũ ẽ. nec ſ̄m eam aliqͥd ad genꝯ ordinaṫ vel ad ſpẽm. ſed ſ̄m illꝺ ſ̄m ꝙ aliqͥd actu ẽ. Nec etiã poteſt forma tñ eẽntia ſubſtãtie ꝯpoſite dici. q̄uis hoc q̄dã aſſerere conãtur. Ex his eñ q̄ dicta ſunt patet ꝙ eẽntia ẽ illud qꝺ ꝑ definitionẽ rei ſignaṫ. definitõ aũt ſubſtãtiaꝝ materialiũ nõ tñ ꝯtinet formã ſꝫ etiã materiã. aliter eñ definitiões naturales ⁊ mathematice ñ differrẽt. Nec p̄t dici ꝙ materia in definitione ſubſtãtie materialis ponaṫ ſicut additũ eſſentie eius vel ens extra eſſentiã eius qꝛ hic modꝯ definitionũ ꝓpͥꝯ eſt accidentibꝫ q̄ ꝑfectã eſſẽtiam nõ habent vnde opꝫ ꝙ in definitõe ſua ſubiectũ recipiãt qꝺ ẽ extra genꝯ eoꝝ. patꝫ ergo ꝙ eſſentia compꝛehẽdat materiã et formã. Non põt aũt dici ꝙ eſſentia ſignificet relatõem que eſt inter materiã et formã vl' aliqͥd ſuꝑadditũ ipſis. qꝛ hoc de nccĩtate eſſet accidẽs vel extraneũ a re nec ꝑ eã res cognoſcereṫ. que oĩa eſſẽtie ꝯueniũt ꝑ formã eñ que ẽ actꝯ materie materia efficiṫ ens actu ⁊ hoc aliquid. Vñ ẽ ꝙ illud qꝺ ſuꝑuenit nõ dat eẽ actu ſimpl'r materie ſꝫ eẽ actu tale. ſicut etiã accidẽtia faciũt vt albedo facit actu albũ. vñ cũ talis forma acqͥriṫ nõ diciṫ gñari aliqͥd ſimpl'r ſꝫ ſ̄m qͥd. Relinqͥtur ergo ꝙ nomẽ eſſentie in ſubſtãtijs ꝯpoſitis ſignificet illꝺ qꝺ ẽ ꝯpoſitũ ex materia ⁊ forma. Huic ꝯſonat ꝟbũ Boetij in ꝯmẽto ſuꝑ libꝝ p̄dicamẽtoꝝ vbi dt ꝙ vſya ſignat ꝯpoſitũ. vſya eñ apud grecos idẽ ẽ ꝙ eſſentia apud nos vt ipſemet dt in libro de duabꝫ naturis. Auicẽna etiã dicit ꝙ quidditas ſubſtãtiaꝝ cõpoſitaꝝ eſt ipſa ꝯpoſitio forme ⁊ materie. Cõmẽtatoꝛ etiam dicit ſupꝛa. vij. metaphiſice. Natura quã habet ſpẽs in rebꝫ generabilibꝫ ẽ aliqͥd mediũ. i. cõ

poſitũ ex materia ⁊ forma. Huic etiã ꝯcordat ratio qꝛ eẽ ſubſtãtie ꝯpoſite nõ eſt eſſe tñ forme nec eẽ tñ materie. ſꝫ ipſiꝯ ꝯpoſiti. eſſentia autẽ ſ̄ꝫ quã res eẽ dꝛ. Vñ opoꝛtet ꝙ eſſentia qua res denominaṫ ens ñ tñ ſit forma nec tñ materia ſꝫ vtrũqꝫ. q̄uis hmõi eẽ ſiue eſſentie ſuo mõ ſola forma ſit cã. ſic etiã videmꝯ in alijs q̄ ex pluribꝫ pͥncipijs ꝯſtituũṫ ꝙ res nõ denominaṫ ab altero illoꝝ pͥncipioꝝ tñ. ſꝫ ab eo qꝺ vtrũqꝫ ꝯplectiṫ. vt pꝫ in ſapoꝛibꝫ qꝛ ex actiõe calidi digerẽtis hũidũ ꝯcãtur dulcedo. ⁊ q̄uis h̄ mõ caloꝛ ſit cã dulcedinis nõ tñ coꝛpꝯ denominaṫ dulce a caloꝛe ſꝫ a ſapoꝛe q̄ calidũ ⁊ humiduꝫ cõplectitur.

Queriṫ ſcꝺo. vtꝝ eſſentia in ſubſtãtijs cõpoſitis materiã ⁊ formã cõpꝛhendat. Arguiṫ ꝙ nõ. pͥmo. qꝛ eſſentia ſubſtantie cõpoſite ẽ forma. Sꝫ forma nõ includit materiã. igiṫ. Et ꝯfirmaṫ. qꝛ eſſentia ẽ id qꝺ per definitõem ſ̄caṫ. Sꝫ oẽs ꝑtes definitõis ſunt forme vt habeṫ ſcꝺo phyſicoꝝ. Igiṫ eſſentia in ſubſtãtijs cõpoſitis nõ cõpꝛhendit materiã ⁊ formã. Scꝺo. nullũ ſimplex componiṫ ex materia ⁊ forma. Sed eſſentia cum ſit forma totius eſt ſimplex. qꝛ vt diciṫ in libro ſex pͥncipioꝝ forma ẽ compõni ꝯtingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia ꝯſiſtens. Tercio. materia eſt pͥncipiũ indiuiduatõnis in ſubſtãtijs cõpoſitis. igiṫ ſi eẽntia in ipis cõpꝛehendat materiã ⁊ formã. ſeqͥtur ꝙ eſſentia ſolũ eſt ꝑticulariũ ⁊ ꝑ ꝯſequens definitio quod eſt falſum. In oppoſitum eſt doctoꝛ ſanctus in textu.

Sciendũ ẽ pͥmo. ꝙ poſtq̄ꝫ ſanctꝯ Thomas ſuꝑius oſtendit vñ ſumatur nomẽ eſſentie ⁊ quot modis p̄t nominari. Cõſequenter determinat de eſſentijs reꝝ oſtendẽdo qualiter in diuerſis entibꝫ eſſentia diuerſimode reperiatur. Et qꝛ ens per pͥus et verius ꝯuenit ſubſtantie q̄ꝫ accidenti. iõ pͥus determinat de eſſentia ſubſtantiaꝝ q̄ꝫ accidentiũ. Et iteꝝ ſubſtantiaꝝ q̄dã ſunt ſimplices ⁊ q̄dam compoſite. et in vtriſqꝫ eſt eſſentia lꝫ verioꝛi mõ in ſubſtãtijs ſimplicibꝫ q̄ꝫ cõpoſitis. Sꝫ qꝛ ſubſtantie cõpoſite ſunt nobis notioꝛes ſimplicibus et ex cognitõne cõpoſitoꝝ deuenimꝯ in cognitõem ſimplicium. Ideo pͥus determinat de eſſentia ſubſtantiarũ cõpoſitaꝝ ⁊ materialiũ q̄ꝫ de eſſentia ſimplicium ⁊ immaterialium.

Sciendũ eſt ſcꝺo. ꝙ tñ eſt quadruplex modus entium que habent eſſentiã. ſcꝫ pͥma cauſa. ſ. deus. Subſtantie immateriales create. Subſtantie compoſite. ⁊ accñtia. Quod ſic oſtendiṫ. qꝛ oĩe ens hñs eſſentiam vel habet eſſe ſubſiſtens ⁊ non receptum in alio et ſic eſt pͥma cauſa. vel habet eſſe receptum in eſſentia ⁊ in potentia. ⁊ hoc dupl'r. vel habet illud eſſe in alio vel in ſe. ſi pͥmum ſic eſt accidens. ſi ſcꝺm hoc eſt dupl'r vel recipiens eſſe eſt forma ſimplex. ⁊ ſic eſt ſubſtantia immaterialis. vel compoſitum ex materia et forma. ⁊ ſic ẽ ſubſtantia compoſita.

Concluſio pͥma. Eſſentia ſubſtantie cõpoſite non eſt materia tantum. nec forma tantum. nec relatio que eſt inter materiã ⁊ formã nec aliqͥd ſuꝑadditum iſtis. Prima ꝑs pꝫ. qꝛ res ꝑ ſuã eſſentiã cognoſcibilis eſt ⁊ in ſpẽ ordinaṫ. Sed iſta nõ ꝯueniunt materie ſꝫ ſolum illi quo aliqͥd eſt in actu. igiṫ ⁊c. Scꝺa pars pꝫ. qꝛ eſſentia eſt id qꝺ ꝑ definitõem ſ̄catur. Sꝫ definitio ſubſtantiaꝝ materialiũ nõ tñ ꝯtinet formã. ſꝫ etiã materiã. alias definitões mathematice ⁊ phyſice nõ differrẽt. igitur eſſentia ſubſtãtie cõpoſite nõ ſolã formã cõpꝛhendit. Tercia ꝑs ꝯcluſionis pꝫ. qꝛ de neceſſitate relatio q̄ eſt inter materiã et formã. vel eſt aliqͥd ſuꝑadditũ iſtis vel eſt accñs ⁊ extraneũ qꝺ aduenit p̄ter materiã et formã et ſic nec ꝑ illud res cognoſciṫ. Sed eſſentia nõ eſt accñs nec aliqͥd extraneũ ⁊ etiã ꝑ ipam res cognoſcitur. igitur eſſentia ſubſtantie cõpoſite nõ eſt relatio inter materiẽ et formã. nec aliqͥd ſuꝑadditũ ipſis.

Cõcluſio ſcꝺa. Eſſentia in ſubſtãtijs cõpoſitis ꝑ ſe cõpꝛehendit materiã ⁊ formã. Patet ꝯcluſio ꝑ p̄cedentẽ ꝯcluſionẽ. Scꝺo pꝫ autoꝛitatibꝫ boetij auicẽne. ⁊ auerroys. q̄ clare patet in textu. Nã dt Boetius. ꝙ vſya ſ̄cat ꝯpoſitũ. Vſya eñ apud grecos idẽ eſt qꝺ eſſentia apud nos. Sꝫ dt Auicenna ꝙ qͥdditas ſubſtãtie cõpoſite eſt ipa cõpoſitiõ materie ⁊ forme. Sed auerrois dt ꝙ natura quã ſ̄cat ſpẽs in rebꝫ generabilibꝫ eſt aliqͥd cõpoſitũ ex materia ⁊ forma. Tercio ꝓbatur rõe qꝛ eſſe ſubſtantie cõpoſite nõ eſt forme tñ. nec materie tñ. ſed cõpoſiti. Eſſentia aũt eſt ſ̄m quam. ⁊ in qua cõpoſitum habet eſſe. igitur eſſentia qua res denoĩaṫ ens nõ eſt forma tñ. nec materia tñ. ſed vtrãqꝫ cõpꝛehẽdit. Licet tamẽ ipius eſſe quod eſt actus compoſiti forma ſuo modo ſit cauſa. Probaṫ etiam cõcluſio ꝑ ſimile. qꝛ calor digerens humidũ in aliquo coꝛpoꝛe licet ſit cauſa dulcedinis. Non tamẽ coꝛpus denominaṫ dulce a calore. nec ab humido. ſed a dulcedine que calidũ et humidum cõplectiṫ. Igiṫ a ſili q̄uis ſoꝛtes ex aĩa ⁊ coꝛꝑe cõſtituaṫ. nõ tamẽ denoĩaṫ ab anima tñ. ſed denominatur homo ab humanitate. igitur humanitas cõpꝛehendit coꝛpꝯ ⁊ aĩam. ⁊ ſil'r eſt in alijs ſubſtãtijs materialibꝫ.

Dubitaṫ pͥmo. qualiter eſt reſpondendũ ad q̄ſitum ſ̄m albertum. Reſpondetur ꝙ ꝯtrarium ſentẽtie iam habite eſt de opinione Alberti. Dicit eñ ꝙ forma totius nihil addit realiter vltra formam ꝑtis. ſꝫ ſꝫ idem ſimpl'r. Et diciṫ forma ꝑtis inq̄ꝫtum actuat materiam que eſt pars cõpoſiti. Et dꝛ forma totius inq̄ꝫtum ab ipa reſultat ex ꝯſequenti forma totius compoſiti. Et dt vlterius Albertus ꝙ materia non poniṫ in definitõne ſubſtantie materialis tanq̄ꝫ pars eſſentie forme totius. ſed tanq̄ꝫ terminus fluxus forme naturalis. Nec tamẽ ponitur in definitõne ꝑ additamentũ. qꝛ nõ eſt alterius generis ab ipſa forma. et de iſto magis videbitur in ſeptimo metaphiſice.

Dubitaṫ ſcꝺo. Quare materia in definitõne ſubſtantie materialis non poteſt poni ſicut additamentum eſſentie eius vel ens extra eſſentiã. Reſpondetur ꝙ cauſa eſt. qꝛ iſte modus definitionum ſoluꝫ ꝯuenit accidentibus que eſſentiã ꝑfectam non habẽt. ideo opoꝛtet ꝙ in ſua definitõne ſubſtãtiã recipiant que eſt extra genus ipoꝛum. Cum igitur ſubſtantie materiales cõpletam habeant eſſentiã. ⁊ per ꝯſequens cõpletam definitõnem. Et cum materia ponatur in eaꝝ definitõe ſeqͥtur ꝙ ibi non ponitur materia tanq̄ꝫ aliquid additum eſſentie. ſed tanq̄ꝫ pars ipius eſſentie. ⁊ hoc ſ̄m opinionem doctoꝛis ſancti.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Ad rões Ad pmã dꝛ ꝙ eſſentia dꝛ forma to
tius ⁊ nõ forma ptis.modo forma totius bene cõphen
dit materiam. Ad ꝯfirmatõem dõm ꝙ cum dicit ꝙ oẽs
partes definitõnis ſunt formales , hoc eſt dicere ꝙ ha/
bent modum forme. Et materia que eſt in definitõne
rei materialis quodãmodo trahitur ad modum et con
ditõnem forme.eo ꝙ eſt cõmunis et non ſignata. Ad
ſcdam dicitur. ꝙ eſſentia ſubſtantie cõpoſite eſt ſimplex
ꝑ negatõem cõpoſitõnis ex eſſe ⁊ eſſentia. vel ex forma
et materia ſignata. Sed non dicitur ſimplex per negatõ
nem cuiuſcũqꝫ compõnis.ſed poteſt eſſe compoſita ex
forma et materia cõmuni. Ad terciam dicitur. ꝙ licꝫ
materia ſignata ſit pncipium indiuiduatõnis.de q̃ non
intelligitur ꝙ ſit de eſſentia ſubſtantie compoſite. Ta/
men materia non ſignata ſed cõmunis de qua eſt ad ꝓ
poſitum.non eſt pncipium indiuiduatõis ⁊ de iſtis ma
gis videbitur in ſequentibus

Sed quia idiuiduatõis principiũ ẽ materia.ex
hoc forte videret ſeq̃ ꝙ eſſentia q̃ materiã in ſe
ꝯplectit ſimul ⁊ formã ſit ꝑticularis tm̃ ⁊ nõ vni
uerſalis.ex quo ſeq̃ret ꝙ vniuerſala definitionẽ
nõ haberẽt cũ eẽntia ſit illd qd ꝑ definitõem ſi/
gnificat. Et ideo ſciẽdũ ꝙ materia nõ q̃libet
mõ accepta ẽ idiuiduatõis pncipiũ.ſꝫ ſolũ ma
teria ſignata ⁊ dico materiã ſignatã q̃ ſub deter
minatis dimẽſiõibꝫ ꝯſideratur:hec ãt materia nõ
ponit in definitõe hois inq̃ntũ hõ.ſed poneret
in definitõne ſortis ſi ſortes definitõem habe/
re poſſꝫ. in definitiõe aũt hois ponit materia
nõ ſignata.nõ em̃ in definitõe hois ponit hoc
os vel hec caro ſꝫ os et caro abſolute q̃ ſũt mate
ria hois nõ ſignata Sic ergo patꝫ ꝙ materia
eſſentialis hois ⁊ ſortis nõ differũt niſi ſm ſig
natũ et nõ ſignatũ . Vñ cõmẽtator dicit ſupra
ſeptimũ metaphiſice. ꝙ ſortes nihil aliud ẽ q̃
aĩalitas ⁊ rõnalitas q̃ ſũt q̃dditates eius . Sic
etiã eẽntia generꝭ ⁊ ſpẽi ſm ſignatũ ⁊ nõ ſigna
tũ differũt q̃uis alius modꝰ deſignationis ſit
vtrobiqꝫ.qꝛ deſignatõ indiuidui reſpectu ſpẽi ẽ
ꝑ materiã determiatã dimẽſiõibꝫ certꝭ .deſigna
tio ãt ſpẽi reſpectu generis ẽ ꝑ differẽtiã conſti
tutiuã q̃ ex forma rei ſumit

Querit tercio: vtꝝ materia ſit pncipium in/
diuiduatõnis. Arguitur ꝙ non. Primo qꝛ ſubſtantie
ſepate ſunt indiuidue. ⁊ tamen in ipis non eſt materia.
igitur materia non eſt pncipium indiuiduatõnis Se
cundo. pncipium indiuiduatõnis debet eſſe incõmuni/
cabile. ſꝫ materia eſt cõmunicabilis multis.cũ ſit de q̃d
ditate ſpẽi.igitur ipa non eſt pncipium indiuiduatõnis
Tercio. Materia omniũ generabiliũ eſt vna.igitur
ſi ipa eſſet pncipium indiuiduatõnis ſequeretur ꝙ oẽs
res generabiles eſſent vnum indiuiduũ.quod eſt falſuꝫ
In oppoſitum eſt doctor ſanctus in textu.

Sciendum eſt primo. Q poſt q̃ determina
tum eſt de eſſentia ſubſtantie materialis in cõmuni Cõ
ſequenter in ſpẽali videndũ eſt q̃d ꝑtineat ad eſſentiam
indiuidui ſpẽi ⁊ generis in ipis ſubſtãtijs materialibꝫ.
Et ad intelligendũ q̃d ſit de eſſentia idiuidui intelligẽ
dũ eſt ⁊ inq̃rendũ q̃d ſit pncipiũ indiuiduatõnis

Sciendũ eſt ſcdo. ꝙ de pncipio indiuidua
tionis multe fuerũt opiniones.ſed ſolum ad pñs de tri
bus videndũ eſt. Prima opinio eſt Egidij de rhoma di
centis. ꝙ q̃titas de ſe eſt pncipium indiuiduatõis. Se
cunda eſt alberti dicentis. ꝙ materia eſt de ſe hec ⁊ in/
cõmunicabilis. ⁊ de ſe ſufficiens reddere formam.quaꝫ
ſuſcipit incõicabilẽ. ⁊ ſic eſt totale et ſufficiens pncipiũ
indiuiduatõnis ſm ipm. Et de iſtis duabꝫ opinionibꝫ
videbit in ſcdo articulo. Tercia vero fuit opinio ſancti
Thome dicẽtis. ꝙ materia ſignata q̃titate eſt pncipiũ
indiuiduatõnis. ⁊ nõ materia quocũqꝫ modo accepta.
Et dicitur materia ſignata.illa que ſub certis dimẽſio/
nibus ꝯſideratur. ⁊ hec materia non ponit in definitiõe
hois inquantũ eſt homo.nec eſt pars eſſentie ipius Sꝫ
poneretur in definitõne ſortis ſi haberet definitõem. vn
de in definitõne hois.hoc os . vel hec caro nõ ponitur.ſꝫ
os vel caro in cõmuni.que ſunt materia hominis nõ ſi/
gnata et tenendo hãc opinionem

Concluſio prima. Materia quãtitate ſigna
ta eſt ſufficiens pncipium indiuiduatõnis. Probat cõ
cluſio.pmo.qꝛ illud ſufficiens eſt pncipium indiuidua
tionis.quod eſt pncipium incõmunicabilitatis. ⁊ de ſe
poteſt reddere formam incõmunicabilẽ. ſed materia q̃
titate ſignata eſt hmõi. ⁊ nõ materia de ſe.qꝛ cõis ẽ . nec
quãtitas de ſe.qꝛ cõmunicabilis eſt Scdo ꝓbatur. Illd
eſt pncipiũ indiuiduatõnis in quo incipit actus intelle/
ctus agentis abſtrahentis a quãtitate ꝑticulari. ſm ꝙ
cadit ſub aliqua potentia cognitiua ſed a materia quãti
tate ſignata incipit talis actio. igitur concluſio vera.ex
qua concluſione ſequitur ſcda.

Concluſio ſcda: Eſſentia ſpẽi ⁊ indiuidui vt
ſortis et hominis.nõ differunt niſi penes ſignatum ⁊ nõ
ſignatũ. Patet concluſio ex dictis.patet etiam ꝑ auer/
roym. vij.metaphiſice dicentem. ꝙ ſortes nihil aliud eſt
q̃ animalitas et ratõnalitas que ſunt q̃dditates eius.
Et ſimilr eſſentia generis. ⁊ ſpẽi differunt penes ſigna
tum ⁊ nõ ſignatũ. Sed tñ diuerſimode. qꝛ ſignatio in/
diuidui reſpectu ſpẽi eſt ꝑ materiã determinatã certis
dimenſionibꝫ. Deſignatio aũt ſpẽi reſpectu generis eſt
ꝑ drñam ꝯſtitutiuã q̃ ex forma rei ſumitur

Dubitat pmo. Vtꝝ quãtitas de ſe ſit pnci/
piũ indiuiduatõis ſufficiens vt dr Egidius de rhoma
Et videt ꝙ ſic. qꝛ illud eſt pncipium indiuiduatõnis
qd eſt pncipiũ determinãdi indiuiduũ.ad hic ⁊ nunc cũ
illud ſit de rõne indiuidui.ſed q̃titas eſt hmõi. igit ⁊c̃.
Scdo arguit.indiuiduũ dꝛ qd eſt in ſe indiuiſum et
diuiſum ab alijs.igitur illud eſt pncipiũ indiuiduatõis
qd eſt pncipiũ vnitatis ⁊ diſcretõnis indiuiduoꝝ abin
uicem.ſed quãtitas eſt hmõi.igit. Minoꝛ pꝫ. Nã vnũ
quodqꝫ dꝛ vnum ab vnitate. ⁊ ſimilr diſcretũ. Sꝫ vnuꝫ
eſt pncipium numeri. ⁊ numerus cauſatur ex diuiſione
ꝯtinui.igitur quãtitas eſt pncipiũ vnitatis ⁊ diſcretio
nis indiuiduoꝝ. Reſpondet ad dubiũ. ꝙ quantitas
de ſe nõ eſt ſufficiens pncipium indiuiduatõnis Pro/
batur.qꝛ illud quod eſt ꝑ ſe cõmune. ⁊ cui ꝑ ſe cõuenit
rõ pdicabilis nõ eſt pncipium indiuiduatõis.ſed quã/

titas eſt hmõi.igitur ⁊c̃. Preterea oĩe accñs indiui/
duatur ad indiuiduatõem ſui ſubiecti.ſed quãtitas eſt
accñs.igitur indiuiduatio ſibi ꝯuenit per aliud. ſcꝫ per
materiã quãtitate ſignatã. Preterea.illud qd per ſe na
tum eſt recipi in alio.nõ eſt ſufficiẽs pncipiũ indiuidua/
tionis. q̃titas eſt hmõi.qꝛ pt recipi in ſubiecto. Quin/
to.illud eſt pncipiũ indiuiduatõis qd eſt pncipiũ indi/
uidui.ſed quãtitas nõ eſt hmõi.cũ ſit accñs. ⁊ ſuba ab
accñte nõ dependeat.ergo. Sexto.ſi quãtitas eſſꝫ ꝑ
ſe pncipiũ indiuiduatõis ſeq̃ret ꝙ nulla eſſent ꝑ ſe peni
tus indiuidua in genere ſubſtantie ſecluſa q̃titate hoc
aũt eſt falſum. ⁊ ſic relinquitur illa opinio falſa. ⁊ ſoluen
de ſunt rões eius. Ad quaꝝ pmam dꝛ. ꝙ quãtitas ſm
ſe nõ eſt totale pncipiũ determinãdi indiuiduũ ad hic ⁊
nunc.ſed materia ſubſtans quãtitati ⁊ certis dimẽſioni
bus. Ad ſcdam dꝛ. ꝙ q̃titas eſt pncipiũ vnitatꝭ ac
cidentalis indiuiduoꝝ ⁊ etiã diſcretõnis.ſed nõ eſt pn
cipium incõicabilitatꝭ ſubſtãtie ꝑticularꝭ .imo ipa quã
titas fit incõicabilꝭ ꝓpter incõicabilitatẽ ſube ꝑticularis
id ipa nõ ẽ ſm ſe pncipiũ indiuiduatõnis.

Dubitat ſcdo. vtrum materia ſit de ſe totale
et ſufficiens pncipiũ indiuiduatõnis. vt dr Albertus.
Et videt ꝙ ſic.qꝛ ſecluſis oibus accñtibꝫ a ſorte ⁊ plato
ne adhuc remanent duo indiuidua. ⁊ hñt formas ⁊ ma
terias realiter diſtinctas. Rñr ad dubium. ꝙ materia
ſm ſe accepta nõ eſt totale.nec ſufficiẽs pncipiũ indiui/
duatõnis. Patet.qꝛ materia ſm ſe accepta eſt cõis ⁊ in
differens ad multas ſpecies vel ad multa indiuidua .igi
tur nõ eſt pncipium determinatõnis ad hic ⁊ nunc. vel
ad ꝑticulare. Et ſic materia ſm ſe accepta nõ pt dici ſuf
ficiens pncipium indiuiduatõnis. Ad rõnem dubij
dꝛ. ꝙ ſecluſis oĩbꝫ accñtibꝫ a ſorte ⁊ platone. adhuc re
manerent indiuidua.qꝛ in quolibet eẽt materia ſignata
Nam materia retineret ſuã ſignatõeꝫ quã pus habuit
ſub q̃titate rõe cuiꝰ eẽt determinata ad eẽ ꝑticulare.

Ad rõnes. Ad pmã dꝛ. ꝙ nõ ponit pncipiũ
indiuiduatõis oĩm reꝝ eſſe materiã.ſꝫ ſubaꝝ naturaliũ
tm̃. Ad ſcdam dꝛ. ꝙ licet materia ſm ꝙ ponit de q̃d
ditate ſpẽi ſit cõis.non tñ materia ſignata q̃titate. de q̃
ſolũ eſt hic ſermo Ad terciã dꝛ ꝙ lꝫ materia oĩm ge/
nerabiliũ ſit vna ſm potentiã. ⁊ ꝑ habitudinẽ ad formã
tñ nõ eſt vna ſm actũ. Sed ſm actũ eſt plurificata ſub
pluribꝫ formis. Nã ſolũ illa dicunt eadem quoꝝ mate
ria actuata per vnam formam eſt vna

Hec ãt determinatõ q̃ ẽ in ſpẽ reſpectu generis
nõ eſt per aliq̃d aliud in eẽntia ſpeciei exiſtens
qd nullo mõ in eſſentia generis ſit.immo quic/
q̃d eſt in ſpecie eſt in genere tñ vt nõ determina
tũ.ſi em̃ aĩal nõ eſſet totũ qd eſt homo ſꝫ pars
eiꝰ nõ pdicaret de eo.cũ nulla pars itegralis de
ſuo toto predicet Hoc aũt quomõ ꝯtigit vi/
deri poterit ſi inſpiciat q̃liter corpꝰ differt ſm
ꝙ pdicat vt genꝰ ⁊ vt ẽ pars integralis aĩalis
nõ em̃ poteſt eẽ eodẽ mõ genꝰ q̃ modo eſt pars
itegralis. Hoc igit nomẽ qd eſt corpus multi
plr accipit. corpꝰ em̃ ſm quod eſt in genere ſub
ſtantie dꝛ ex eo ꝙ hꝫ talẽ naturã vt in eo poſſunt

deſignari tres dimenſiones. ipe em̃ tres dimen
ſiones deſignate ſunt corpus ſm ꝙ eſt in gene/
re quãtitatis. Contingit aũt in rebꝫ naturalibꝫ
vt quod vnã hꝫ ꝑfectõem ad vlteriorẽ etiam ꝑfe
ctionem attingat. ſicut patet in hoĩe. q̃ naturaꝫ
ſenſitiuã hꝫ ⁊ vlterius hꝫ intelligentiã ſilr etiam
ſup illã ꝑfectõeꝫ q̃ eſt habere talẽ formã vt in ea
poſſint tres dimenſiones deſignari pt etiã alia
ꝑfectio adiungi vt vitalis vel aliqd hmõi. Po/
teſt etiã corpus deſignare rẽ aliquã q̃ hꝫ talem
formã ex qua ſeq̃tur deſignabilitas triũ dimen
ſionũ cũ pciſione vt ſcꝫ ex illa forma nulla ꝑfectõ
vlterioꝛ ſequat. ſed ſi q̃d aliud ſupaddit ſit pter
ſcatõem corpis ſic dicti.et hoc mõ corpꝰ erit in
tegralis et materialis ps aĩalis .quia ſic aĩa erit
pter id qd deſignatũ eſt noĩe corpis. ⁊ erit ſuper
ueniens ipſi corpi ita ꝙ ex iſtis duobꝫ aĩa ſcꝫ et
corpore ſicut ex ꝑtibꝫ ꝯſtituat aĩal. Poteſt etiaꝫ
hoc nomẽ corpus hoc modo accipi vt ſcet rem
quandã q̃ talem formã hꝫ ex qua tres dimenſio
nes in ea poſſint deſignari q̃cunqꝫ ſit forma illa
ſiue ex ea poſſit ꝑuenire aliqua vlterioꝛ ꝑfectio ſi
ue non. ⁊ hoc corpus eſt genus aĩalis .qꝛ in aĩa
li nihil accipit explicite qd nõ implicite in cor/
pore ꝯtineatur. non em̃ animalitas eſt alia for/
ma ab illa ꝑ quã in re poterãt deſignari tres di/
menſiones. ⁊ ideo cũ dicebatur ꝙ corpꝰ eſt qd
talẽ formam hꝫ ex qua poſſint deſignari tres di
menſiones in eo intelligebat q̃cunqꝫ forma ſi/
ue eſſet aĩalitas ſiue lapideitas ſiue q̃cunqꝫ alia
forma. ⁊ ſic forma animalis implicite in forma
corpis ꝯtinetur ꝓut corpus eſt genus eius.
Talis etiã eſt habitudo aĩalis ad hoĩem. ſi em̃
aĩal tm̃ noĩaret rẽ aliquã q̃ haberet talẽ formam
vel ꝑfectõem vt poſſit ſentire ⁊ mouere ꝑ pnci/
piũ in eo exñs cũ pciſione alteriꝰ ꝑfectõis tũc q̃/
cunqꝫ alia vleterioꝛ ꝑfectio ſuperueniret ad aĩal
haberet ſe ꝑ modũ ꝑtis ⁊ nõ ſicut iplicite ꝯten/
ta in rõne aĩalis. ⁊ ſic aĩal nõ eẽt genus hois ſed
eſt genus ſm ꝙ ſcat quandã rẽ ex cuiꝰ forma pt
ꝓuenire motus ⁊ ſenſus q̃cũqꝫ ſit illa forma ſiue
aĩa ſenſibilis tm̃ .ſiue ſenſibilis ⁊ rõnalis ſimul

Sic ergo genus ſcat indeterminate totũ id
qd eſt in ſpẽ. nõ em̃ tm̃ ſcat materiã. ſilr etiã drã
ſcat totũ ⁊ nõ ſcat tm̃ formã. ⁊ etiã definitio to
tum ſcat et etiã ſpẽs Sed tñ diuerſimode. qꝛ
genus ſcat totũ vt q̃dã denoiatio determinans
illud qd eſt materiale in re ſine determinatõe ꝓ/
prie forme. Vñ genꝰ ſumit ex materia q̃uis nõ

ſit materia vt pꝫ in corꝑe. qꝛ corpus ex hoc dꝛ ꝙ hꝫ talem ꝑfectõnem. vt poſſint in eo deſignari tres dimenſiones. q̄ q̇dē ꝑfectio materialr̃ ſe hꝫ ad vlteriorē ꝑfectõem. dr̃ia vero eſt econuerſo ſicut q̄dā denominatio ſumpta a forma determinate ꝓter hoc ꝙ de ꝑmo intellectu eius ſit materia determinata vt pꝫ cū dꝛ aiatū ſcꝫ eſt illud qđ hꝫ aiam. nõ em̄ eſt determinatū q̇d ſit vtruꝫ corpus vel aliqđ aliud: Vñ dt Auicēna ꝙ genus nõ intelligit̃ in drña ſicut ꝑs eſſentie eius. ſꝫ ſolū ſicut ens extra eſſentiā. ſicut eſt ſubiectū de intellectu paſſionis ⁊ ſubiectum de paſſione ꝑdicat̃. iđ etiā genus nõ ꝑdicat̃ de drña ꝑ ſe loquendo. vt dt phus in tercio metaphiſice. ⁊ in quartho topicoꝝ. niſi forte ſicut ſubiectū ꝑdicat̃ de paſſione: Sꝫ definitio vel ſpēs cõprehendit vtrāqꝫ partē ſcꝫ determinatā materiā quā deſignat nomē generis. ⁊ determinatā formā quā deſignat nomē drñe. Et ꝑ hoc pꝫ rõ q̄re genus drña ⁊ ſpēs ſe habeāt ꝓportionabiliter ad materiā et formā ⁊ cõpoſitum in natura. q̄uis non ſint idē quod illa. qꝛ nec genus eſt materia. ſed a materia ſumptū vt totū ſ̄cans. nec drña ē forma. ſꝫ a forma ſumpta. vt totū ſ̄cans. Vñ dicimus hoiem eſſe aial rõnale mortale ⁊ non ex animali ⁊ rõnali. ſicut dicim9 eū eſſe ex aia ⁊ corpore. ex aia em̄ ⁊ corꝑe dꝛ homo eſſe ſicut ex duabꝫ rebꝫ q̄dā res tercia ꝯſtituta q̄ nulla illaꝝ eſt. hõ em̄ nec eſt aia nec corpus. ſꝫ ſi aliquo mõ ex rationali ⁊ aiali dꝛ eſſe non erit ſicut res aliqua tercia ex duabꝫ rebꝫ eſt ꝯſtituta. ſꝫ ſicut intellectus tercius ex duobꝫ intellectibus. intellect9 em̄ aialis eſt ſine determinatõne ⁊ ꝑfectõne ſpecialis forme exꝑmens naturā rei ab eo qđ eſt materiale reſpectu vltime ꝑfectõis. intellectus aūt hmõi drñe rõnalis ꝯſiſtit in determinatõe forme ſpecialis: ex q̇bꝫ duobꝫ ꝯſtituit̃ intellect9 ſpēi ⁊ definitõnis. ⁊ iđ ſicut res ꝯſtituta ex aliq̇bꝫ rebus nõ recipit ꝑdicatõem eaꝝ reꝝ ex q̇bꝫ ꝯſtituitur ita nec intellectus recipit ꝑdicatõem eoꝝ intellectuū ex q̇bꝫ ꝯſtituit̃. nõ em̄ dicim9 ꝙ definitio eſt drña. Quāuis aūt genus ſ̄cat tm̄ eſſentiā ſpēi. nõ tñ oporꝫ vt diuerſaꝝ ſpēꝝ quaꝝ idē eſt gen9 ſit vna eēntia. qꝛ vnitas generis ex ipa indeterminatõe vel indrña ꝓcedit: non aūt ita ꝙ illud qđ ſ̄cat̃ ꝑ genus ſit vna natura ⁊ eſſentia in numero in diuerſis ſpeciebꝫ cui ſupueniat res alia q̄ ſit drña determinās ipam ſicut forma determinat materiā q̄ eſt vna numero. ſꝫ qꝛ genus

ſ̄cat aliquā formā. nõ tñ determinate hāc vł illā quā drña determinate exꝑmit. q̄ nõ ē alia q̄ꝫ illa q̄ determinate ſ̄cabat̃ ꝑ genus Et iđ dt Cõmentator in vndecimo metaphiſice ꝙ materia ꝑma eſt vna. ⁊ dꝛ vna ꝑ remotõeꝫ oim formaꝝ ſꝫ genus dꝛ vnū ꝑ cõmunitatē ⁊ generalitatem forme. Vñ pꝫ ꝙ per additõem drñe remota eſt illa indeterminatio q̄ erat cā vnitatis generis et remanent ſpecies ꝑ eſſentiā diuerſe Et ḡ genus nõ eſt vnū numero ſm naturā in illis ſpēbus diuerſis. qꝛ auferṫ illico cā vnitatis. ſcꝫ indeterminatio Et qꝛ vt ſupra dictū eſt natura ⁊ eſſentia ſpēi eſt indeterminata reſpectu indiuidui ſicut natura generꝭ reſpectu ſpēi. inde eſt ꝙ ſicut id qđ eſt genus ꝓut ꝑdicabat̃ de ſpē implicabat in ſua ſ̄catõne totū q̄uis indiſtincte qđ determinate expreſſum erat in ſpē. ita id qđ eſt ſpecies ſm ꝙ ꝑdicat̃ de indiuiduo oportet ꝙ ſ̄cet totū id qđ eſt eſſentialiter in indiuiduo. licꝫ indiſtincte. Et hoc mõ eſſentia ſpēi ſ̄cat̃ noīe hominis. vñ hõ de ſorte ꝑdicat̃. Si aūt natura ſpēi deſignat̃ cū ꝑciſione materie deſignate q̄ eſt ꝑncipiū indiuiduatõis. ſic habebit ſe ꝑ modū partis. ⁊ hoc mõ ſ̄cat̃ noīe humanitatis Humanitas em̄ deſignat id vñ hõ ē hõ. materia aūt deſignata nõ eſt id vñ hõ eſt hõ. ⁊ ita nullo modo continetur inter illa ex quibus homo habꝫ hoc ꝙ ſit homo. Cum ergo humanitas in ſuo intellectu includit tantū ea ex quibus homo habet vt ſit homo. patet ꝙ ex ſignificatõne eius excluditur vel ꝑciditur materia deſignata. Et qꝛ ꝑs non ꝑdicatur de ſuo toto inde eſt ꝙ nec de homine nec de ſorte ꝑdicatur humanitas. Unde dicit Auicenna ꝙ q̇dditas compoſiti nõ ē ipm cõpoſitum cuius eſt q̇dditas. q̄uis etiā ipa q̇dditas ſit cõpoſitum ſicut humanitas. licꝫ ſit cõpoſita non tamē eſt homo. immo oportet ꝙ ſit recepta in alio quod ſit materia deſignata.

Sꝫ qꝛ vt dictū ē deſignatio ſpēi reſpectu generis eſt per formā. ⁊ deſignatio indiuidui reſpectu ſpēi per materiā. ideo oportet ꝙ nomē ſignificans aliq̇d vñ natura generis ſumit̃ cum ꝑciſione forme determinate ꝑficiētis ſpēm ſ̄cet partē materialē totius: ſicut corp9 eſt materialꝭ ꝑs hois. Nomē aūt ſ̄cans id vñ ſumit̃ natura ſpēi cū ꝑciſione materie determinate ſ̄cat partē formalē. ⁊ iđ humanitas ſ̄cat̃ vt forma q̄dā ⁊ dꝛ ꝙ ē forma toti9 nõ q̄ſi ſupaddita ꝑtibꝫ eēntialibus. i. materie ⁊ forme ſic forma dom9 ſupaddit̃

partibꝫ integralibꝫ. ſed magis eſt forma q̄ eſt totū ſcꝫ materiā ꝯplectēs ⁊ formā cū ꝑciſiõe eoꝝ per que nata eſt materia deſignari. Sic ergo patet ꝙ hoc nomē homo ⁊ hoc nomē humanitas eſſentiā homīs ſignificāt. ſed diuerſimode. quia hoc nomē homo ſignificat eam vt totum inq̄ꝫtum ſcꝫ nõ ꝑcidit deſignatõem materie. ſed implicite cõtinet eam ⁊ indiſtincte. ſicut dictuꝫ eſt ꝙ genus cõtinet differentiā. ⁊ ideo ꝑdicatur hoc nomē homo de indiuiduis. ſed hoc nomē humanitas ſignificat eam vt ꝑtem. quia nõ cõtinet in ſignificatione ſua niſi id quod eſt hominis inq̄ꝫtum homo. ⁊ ꝑcidit omnē deſignationem materie. vnde de indiuiduis homīs nõ ꝑdicatur. ⁊ propter hoc nomē eſſentie quandoqꝫ inuenitur ꝑdicari de re. dicimus em̄ ſortem eſſe eſſentiā quandā. ⁊ quādoqꝫ negat̃ ſicut dicim9 ꝙ eſſentia ſortis non eſt ſortes

Queritur. Utrum eadem eſſentia nomīe generis ⁊ ſpēi ⁊ indiuidui importet̃ Arguit̃ ꝑmo ꝙ nõ. q̇a genus ſpēs ⁊ indiuiduū dicūt diuerſas intentõnes. ſed diuerſe intentões a diuerſis naturis ſumunt̃. ḡ idem eſſentialr̃ noīe generis ſpēi ⁊ indiuidui nõ importat̃ Et cõfirmat̃. qꝛ ſi diceret idem eſſentialiter ſeq̄retur ꝙ diuerſe ſpēs eiuſdē generis haberēt eandē eſſentiā qđ falſum eſt Secundo. illa quoꝝ vnuꝫ ſupaddit eſſentie alterius aliq̇d qđ nõ eſt de eſſentia eius nõ dicūt eandē eſſentiaꝫ. ſed ſic eſt de ſpē reſpectu generis. qꝛ addit drñam. ⁊ de indiuiduo reſpectu ſpēi. qꝛ addit materiā ſignatā Tercio. eſſentia generis ꝑt intelligi ſine eſſentia ſpēi ⁊ ſine eſſentia indiuidui. ḡ ꝑ ipſa nõ importat̃ idē eſſentialiter. Cõſequētia tenet. qꝛ quecunqꝫ ſunt eadē ſic ſe habēt ꝙ vnū non ꝑt intelligi ſine alio.

In oppoſitū eſt doctor ſanctus in textu

Sciendum eſt primo. ꝙ poſtq̄ꝫ viſum eſt de eſſentia generis ſpēi ⁊ indiuidui ſm ſe. Cõſequenter vidēdum eſt de eſſentijs ipſoꝝ ꝑ cõꝑatione ad genus ipſorū ⁊ ad ſeinuicē vt melius videat̃ qualiter eſſentia diuerſimode importat̃ ꝑ genus ſpēm ⁊ indiuiduū. Pro quo ſupponit̃ ꝙ determiatio generis ad ſpēm nõ eſt ꝑ aliq̇d in eſſentia ſpēi ſic exn̄s ꝙ nullo mõ ſit in eſſentia generis. imo q̇cquid ē in ſpē diſtincte eſt in genere indiſtincte. Si em̄ aial nõ eſſet totum qđ eſt homo ſed eſſet ꝑs eius nõ ꝑdicaret̃ de eo cū nulla ꝑs integralis prediceṫ de ſuo toto. Et iſtud videri poterit ſi inſpiciat̃ q̄liter differt corp9 ſm ꝙ eſt ꝑs aialis. et ſm ꝙ eſt gen9 ei9. nõ em̄ ꝑt eē gen9 eo mõ q̄ eſt ꝑs aialis. Vñ corpus poteſt capi dupl'r. Uno mõ ꝓ ſubſtātia ꝯpoſita ex materia ⁊ forma corporeitas que eſt apta ſuſcipe tres dimēſiones. ⁊ ſic eſt in ꝑdicamento ſubſtātie Alio mõ poteſt capi pro illis tribus dimenſionibꝫ. ⁊ ſic eſt in ꝑdicamento quantitatis. Et adhuc primo9 corpus poteſt capi dupl'r Uno modo vt ſignificat iſtam ꝑfectionē que eſt eſſe corporeum cum ꝑciſione cuiuſcūqꝫ alterius perfectionis. ita ꝙ ſi aliqua alia ꝑfectio iterum addatur illa eſt preter eius ſignificationem. Et iſto modo corpus eſt pars materialis animalis. et licet ipſi corpori addantur iſte ꝑfectiones vegetatiuū et ſenſitiuū. ille tamē ſunt ꝑter eius ſignificationē. ⁊ non includuntur in ſua ꝑfectione. Alio modo capitur ꝓut ſignificat iſtam ꝑfectionem que eſt eſſe corporeū. vt potentialiter continet omnes ꝑfectiones ſequētes ſic ꝙ quecūqꝫ perfectio ſibi addatur. illa non eſt preter ſignificatõem eius. imo indiſtincte includitur in ſua ꝑfectione. Et hoc modo eſt genus animalis. quia omnes ꝑfectiones quas habet animal vltra iſtā que eſt eſſe corporeum includuntur indiſtincte in corpore quod eſt genus animalis. ⁊ ſimiliter diceretur de quolibet genere reſpectu ſpecierum

Sciënduꝫ ſecundo. ꝙ genus non ſignificat materiā tm̄. ⁊ differentia formā tm̄. imo quodlibet iſtoruꝫ ſignificat totum. ſed diuerſimode Quia genus ſignificat totam eſſentiā ſpeciei ſm eſſe cõfuſum ⁊ indeterminatum quia ſumitur ab vno eſſe quod eſt materiale ſiue ab vna ꝑfectione. que comparata ad vlterioreꝫ ꝑfectionem dicitur materia. Sed differētia ſignificat totam eſſentiam ſpeciei cõſideratam ſub vltima ꝑfectione. quā dedit forma partis illi materie que cõꝑata ad priores ꝑfectiones habet modum forme. Ideo differētia in cõſtitutione ſpeciei comparata ad genus habet modū forme. Et ita genus non ꝑdicatur per ſe de differentia. neqꝫ differētia de genere. Quia q̄uis ibi ſit incluſio poteſtatiua. illa tamen non ſufficit ad predicationem. ſed definitio vel ſpecies importat eſſentiaꝫ ſpēi conſideratā ſub illa ꝑfectione. que reſultat ex vnione ꝑfectionis generis ⁊ ꝑfectõis a qua ſumitur differentia

Concluſio prima Similiter ſe habet ſpecies reſpectu indiuidui ſicut genus reſpectu ſpeciei. Probatur concluſio. qꝛ ſicut genus continet indeterminate totuꝫ qđ eſt in ſpecie determinate. ita ſpecies continet indeterminate totum quod determinate continetur in indiuiduo. Unde ſm ꝙ ſpecies predicatur de indiuiduo ſe habet vt totuꝫ reſpectu ipſius. ⁊ hoc modo eſſentia ſpeciei ſignificat̃ hoc nomine homo quādo ꝑdicatur de ſorte. Si vero ſignificaretur natura ſpeciei cum preciſione materie ſignate. que eſt principium indiuiduationis. ſic ſe haberet ꝑ modum partis. et tunc ſignificaretur hoc nomine humanitas. Et q̄uis ipſa eſſentia ſit compoſita. non tamē eſt ipſum compoſitum cuius eſt quidditas. Ut humanitas licet ſit compoſita non tamē eſt homo imo anteq̄ꝫ ſit homo. oportet ꝙ ſit recepta in materia ſignata. Ex quibus patet ꝙ homo et humanitas totam eſſentiā hominis ſignificant. ſed diuerſimode. quia homo ſignificat eam ſine ꝑciſione deſignationis materie. ſed implicite continet ipſam ſicut genus continet differentias. Ideo genus ⁊ ſpecies predicantur de indiuiduis. Sed humanitas illam eſſentiam ſignat cum preciſione materie ſignate ⁊ ꝑ modum partis. Ideo de indiuiduis non predicatur

Concluſio ſecunda ⁊ reſponſiua ad queſitum Eadem eſſentia importat̃ ꝑ genus ſpeciem ⁊ indiuiduum licet diuerſimode. Prima pars patet. quia genus de ſpecie eſſentialiter ꝑdicatur ⁊ ſpecies de indiuiduo. ſed quod ꝑdicatur eſſentialiter de aliquo eſt idem eſſentialiter cuꝫ illo de quo ꝑdicatur. quia ſi eſſet diuerſum vel ſe haberet vt ꝑs diuerſa. ⁊ tunc non ꝑdicaretur de toto. vel ſe haberet vt totū diuerſuꝫ. ⁊ tūc talis ꝑdicatio eſſꝫ falſa. qꝛ nulla eſſꝫ habitudo ſubiecti ad ꝑdicatū. Scđa ꝑs patet ex dictis

Dubitatur primo. Utrum genus differentia ⁊ ſpecies ſint idem quod materia forma ⁊ compoſitum

Reſpondetur ad dubium ꝙ non. ſed ſed ſe habent proportionabiliter ad materiam formam ⁊ compoſituꝫ in na

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

turalibus. Quia licet genus nõ ſit materia. tñ ſumitur ab illo quod habet modũ materie ⁊ ꝑcat totum. Differentia etiã non eſt forma. ſed ſumit̃ ab illo quod habet modũ forme ⁊ ſignificat totũ. Ideo dicimus ꝙ hõ eſt animal rõnale et non ex aĩali ⁊ rõnali. ſicut dicimus ipm̃ eſſe ex materia ⁊ forma ⁊ anima ⁊ corpe. Et ſi aliquo mõ dicat̃ ꝙ hõ eſt ex animali ⁊ rõnali. non eſt ſicut res tercia ex duabꝫ rebꝫ conſtituta. ſed ſicut tercius intellectus ex duobus intellectibꝫ conſtitutus. ex quibus duobus intellectibus conſtituitur intellectus ſpẽi ⁊ definitõnis Et quia pars integralis non predicat̃ de ſuo toto. iõ genus et dr̃ia non p̄dicant̃ de ſua definitõe. ſicut nõ dicimus ꝙ definitio ſit genus vel dr̃ia.

Dubitatur ſecũdo. Utrũ ꝑ hoc ꝙ genus ſignificat totam eſſentiã ſpẽi oporteat ꝙ diuerſaꝝ ſpecierũ habentiũ idem genus ſit eadẽ eſſentia. Ad dubiũ reſpondetur ꝙ nõ. quia vnitas generis ex indeterminatione vel indifferẽtia ſumit̃ ⁊ non ex eo ꝙ ſignificatum generis ſit vna natura numero in diuerſis ſpeciebꝫ. cui ſuꝑueniat res alia que ſit differẽtia determinãs ipm̃. ſicut forma determinat materiã cui aduenit. Sʒ quia genus indetermiate aliquã naturã ſignificat quã differẽtia ſignat determinare. Et ſic genus dr̃ vnũ ꝑ indetermiatiõem forme ꝑcate ꝑ ipm̃. ſed ꝑ additõem forme determinãtis remota illa indeterminatõne quã habet genus remanent ſpẽs ꝑ eſſentiã diuerſe.

Ad rõnes. Ad primam dicitur. ꝙ non oportet diuerſas intentões ſꝑ ſumi a diuerſis naturis vel eſſentijs. ſed q̃nqꝫ ſumunt̃ a diuerſis modis eſſendi. vel gradibus ꝑfectionis eiuſdẽ eſſentie. Ad confirmationẽ dr̃. ꝙ ſpecies diuerſe eiuſdẽ generis nõ important eandẽ eſſentiã neqꝫ vnã. niſi ſm genus. ⁊ illa vnitas eſt potẽtialis tm̃. Ad ſecundã dr̃. ꝙ ſpẽs non addit aliquid generi. quod nõ confuſe ſignificet̃ ⁊ indetermiate ꝑ genus ⁊ potentialiter in ipſo contineat̃. Ad terciã dr̃. ꝙ illa que ſunt eadẽ eſſentialiter ⁊ cõuertibiliter ſm modũ eſſendi ſic ſe habẽt ꝙ vnũ nõ poteſt intelligi ſine alio. ſed quãdo differunt in modis eẽndi. tunc vnum poteſt intelligi ſine alio. Modo ſic eſt de genere reſpectu ſpeciei

¶ Seq̄tur ſecũda ps ꝓmi tractatus

Iſo quid ſignificet̃ ꝑ nomen eſſentie in ſubſtantijs cõpoſitis. Videnduʒ eſt quomõ ſe habeat ad intentiones logicas. ſcʒ ad rationem generis ſpeciei ⁊ differẽtie. Quia aũt id cui conuenit rõ generis ⁊ ſpẽi predicatur de hoc ſingulari ſignato. impoſſibile eſt ꝙ ratio vniuerſalis. ſcʒ generis vel ſpeciei conueniat eẽntie ſm ꝙ ꝑ modum partis ſignificatur: vt nomine humanitatis vel animalitatis. Et ideo dicit Auicẽna ꝙ rõnalitas nõ eſt differẽtia ſed principium differẽtie. ⁊ eodeʒ modo humanitas nõ eſt ſpẽs nec animalitas genus. Similiter non poteſt dici ꝙ rõ generis vel ſpẽi conueniat eẽntie ſm ꝙ eſt q̄dam res exiſtens extra ſingularia. vt platonici ponebant. quia ſic nec genus nec ſpẽs predicaret̃ de indiuiduis. nõ eñ poteſt dici ꝙ ſortes ſit illud quod ab eo diuiſum ⁊ ſeꝑatum eſt Nec illud iterum ſeꝑatum ꝓduceret in cognitionẽ illius ſingularis. ⁊ ideo relinquitur ꝙ rõ generis vel ſpẽi cõueniat eẽntie ſm ꝙ ſignificatur ꝑ modum totius vt nomine hoĩs vel aĩalis ꝓut implicite et indiſtincte ꝯtinet totum id quod in indiuiduis eſt. Natura aũt vel eẽntia ſic accepta poteſt dupl'r cõſiderari. Uno modo ſm rõnem ⁊ naturã ꝓpriam: ⁊ hec eſt abſoluta cõſideratio eiꝰ. ⁊ hoc mõ nihil eſt verum p̄dicari de ea niſi q̄ conueniunt ſibi ſm ꝙ hmõi. vñ quicq̄d alioꝝ attribuit̃ ei falſa erit attributio. verbi grã hoĩ in eo ꝙ homo eſt cõuenit aĩal ⁊ rõnale. ⁊ alia q̄ in definitione eius cadunt. albũ vero ⁊ q̄cquid hmõi fuerit quod nõ eſt de rõne humanitatis nõ conuenit hoĩ inquãtum hõ. ſed magis ꝯuenit ei inquantum eſt hic hõ. Tamẽ ſi queratur vtrũ illa natura ſic ꝯſiderata poſſit dici vna vel plures. neutꝝ concedendũ eſt. q2 vtrũqꝫ eſt extra intellectũ humanitatis. ⁊ vtrunqꝫ põt ſibi accidere. Si eñ pluralitas eẽt de ĩtellectu eius. tũc eẽt vna ⁊ eadem eẽntia ſortis ⁊ platonis. nec poſſet in pluribꝫ plurificari. Alio mõ cõſiderat̃ eẽntia ſm eẽ quod hꝫ in h̄ vel in illo. ⁊ ſic de ip̄a aliq̄d p̄dicatur ꝑ accidẽs rõe eius in q̄ eſt ſicut dr̃. hõ eſt albus. hic albedo p̄dicat̃ ꝑ accñs. q2 ꝑ h̄ ꝑticulare qđ eſt ſortes. Quis hoc nõ ꝯueniat hoĩ inq̄ntum hõ. Hec aũt natura hꝫ duplex eſſe. vnũ in ſingularibꝫ. aliud in aĩa. ⁊ ſm vtrũqꝫ ꝯſequunt̃ dictã naturã accidẽtia in ſingularibꝫ. ⁊ hꝫ multiplex eſſe ſm ſingulariũ diuerſitatẽ. ⁊ tñ ipi nature ſm ꝓmã ſuã ꝯſideratõem. ſ. abſolutã nullũ iſtoꝝ eſſe debet̃. Alteꝝ eñ eſt dicere ꝙ eſſentia hoĩs inq̄ntũ hmõi habeat eẽ in h̄ ſingulari. q2 ſi eẽ in hoc ſingulari ꝯueniret hoĩ inq̄ntum hõ eſt. nũq̄ eẽt extra hoc ſingulare. Silr̃ ſi ꝯueniret hoĩ inquãtũ hõ eſt nõ eẽ in hoc ſingulari. nũq̄ eſſet in hoc ſingulari. qđ eſt falſum. ergo patꝫ ꝙ natura hoĩs abſolute ꝯſiderata abſtrahit a q̄libet eẽ in aĩa ⁊ in ſuppoſitis. ita tamẽ ꝙ non fiat p̄ciſio alicuius eoꝝ. ⁊ hec natura ſic ꝯſiderata ẽ que p̄dicat̃ de indiuiduis oĩbus Nõ tñ ꝓpterea põt dici ꝙ rõ vl'is ꝯueniat nature ſic accepte. q2 de rõe vl'is eſt vnitas ⁊ ꝯmunitas. nature autẽ humane neutrũ iſtorum cõtingit ſm abſolutã ꝯſideratõem ſuam Si eñ eſſet de intellectu hominis communitas. tunc in quocũqꝫ inueniret̃ humanitas. in eo inueniret̃ ꝯmunitas. ſʒ quicquid in eo eſt indiuiduatũ eſt. Similiter etiam non poteſt dici ꝙ ratio generis vel ſpẽi accidat

nature humane ſm eſſe quod habet in indiuiduo. q2 non inuenit̃ in indiuiduis humana natura ſm vnitatem vt ſit quid vnũ omĩbus conueniens quod ratio vniuerſalis exigit

Queritur. Utrum eſſentie ſubſtantie cõpoſite abſolute cõſiderate cõueniat ratio vniuerſalis. puta generis ſpeciei vel differẽtie. Arguit̃ ꝓmo ꝙ ſic. quia duo ſunt de rõne vniuerſalis. ſcʒ vnitas nature. et cõmunitas. ſed hec duo cõueniunt eſſentie abſolute conſiderate. Una eñ eſt que conſiderat̃ ſine his in q̄bus diuerſificat̃. Eſt etiã cõis. quia ſic conſiderat̃ ſine ꝑticularibꝫ. g̃ ⁊c̃. Secundo. vniuerſale dicit̃ qđ aptuʒ natum eſt eſſe in multis ⁊ dici de multis. ſed eſſentia ſm ſe cõſiderata eſt huiuſmodi. habet eñ aptitudinẽ ad eſſe in multis. ergo ipſi illo modo cõſiderate conuenit ratio vniuerſalis. Tercio. Uniuerſale eſt forma totius cõcretiue ſignata. ſed eſſentia ſm ſe cõſiderata eſt huiuſmodi. ergo ⁊c̃.

In oppoſitum eſt doctor ſanctus in textu

Scienduʒ primo. ꝙ poſtq̄ doctor ſanctus oſtendit quid nomĩe eſſentie in ſubſtantijs materialibꝫ ſignificet̃. tam in generali q̄ in ſpeciali ſm ꝙ importat̃ illa eẽntia in nomĩe generis ſpeciei vel indiuidui. Cõſequẽter videndũ eſt quomõ in illis ſe habet eſſentia ad rõem vniuerſalis. ſcʒ generis ⁊c̃.

Sciendũ ſecũdo. ꝙ eſſentia ſubſtãtie cõpoſite poteſt dupl'r cõſiderari. Uno mõ ꝑ modũ ꝑtis ⁊ in abſtracto ſicut humanitas. Alio mõ ꝑ modũ totius quando implicite cõtinet totum quod eſt in indiuiduis. vt homo. Et adhuc natura ſic ſignata poteſt dupl'r ꝯſiderari. Uno mõ ſm ꝓpriam eius rõnem. ⁊ ſic nihil verificat̃ de ipſa. niſi quod ſm ſe ſibi cõuenit. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ſi quid aliorum ſibi attribuat̃ falſa erit attributio. vt homini inq̄tuʒ eſt homo cõueniunt animal ⁊ rõnale. Album vero ⁊ alia accidẽtia q̄ nõ ſunt de rõe humanitatis nõ poſſunt ſic homini cõuenire. Ex quo patet. ꝙ ſi querat̃ an natura ſic cõſiderata ſit vna vel plures. neutrũ concedendũ eſt. quia vtrunqꝫ eſt extra intellectum nature ſic cõſiderate. Si eñ vnitas eſſet de intellectu nature nõ poſſet effici plures in ſorte ⁊ in platone. Simil'r ſi pluralitas eſſet de intellectu eius nunq̄ poſſet dici vna. quod tamẽ falſum eſt. quia natura homĩs eſt vna ſcilʒ ſm ꝙ eſt in ſorte. Alio modo p̄t cõſiderari ſm eẽ quod habet in alio. ⁊ ſic de ip̄a aliquid p̄dicatur ꝑ accidens rõne illius in quo eſt. Et hoc iterũ dupl'r. ſm ꝙ habere poteſt duplex eſſe. ſcʒ in ſingularibus ⁊ in anima. ⁊ ſm vtrunqꝫ eſſe ip̄am conſequuntur aliqua accidentia. Quia ſm primũ eſſe ip̄am cõſequunt̃ accidẽtia realia. vt album nigruʒ et ſimilia. ſed ſm aliud eſſe quod habet in anima ip̄am conſequunt̃ accidẽtia intẽtionalia. vt genꝰ ſpecies ⁊ ſic de alijs Et adhuc in ſingularibꝰ natura p̄dicta poteſt habere plura eſſe ſm diuerſitatẽ ⁊ pluralitatẽ ſingulariũ. ⁊ tamen ipſi nature ſm primã conſideratione eius accepte nullũ iſtoruʒ ſibi debetur. Et ergo eſt falſum dicere ꝙ eſſentia hominis inq̄tum hmõi habeat eſſe in hoc ſingulari. quia ſi hoc conueniret homini inq̄tũ homo nunq̄ eſſet extra h̄ ſingulare. Simil'r ſi ſibi cõueniret inq̄tum homo non eſſet in hoc ſingulari nunq̄ eſſet in eo. Ex quo patet ꝙ natura hominis ꝑ modũ totius deſignata ⁊ abſolute accepta abſtrahit ab eẽ quod habet in alio. ſcʒ in ſingulari vel intellectu Non tamẽ in tali ſignificatione fit p̄ciſio alicuius iſtoꝝ eſſe quod habet in ſingularibꝫ vel in anima. Et ideo natura ſic conſiderata eſt illud quod p̄dicatur de oĩbus indiuiduis. Et ſicut dictuʒ ẽ. ꝙ multiplex hꝫ eẽ ſm ſingulariũ diuerſitatẽ. ita etiã dicendũ eſt de ip̄a natura ſm eſſe qđ habet in intellectu

Concluſio prima. Ratio vniuerſalis puta generis ſpẽi ⁊ differẽtie non cõuenit nature ꝑ moduʒ partis deſignate. Probat̃ concluſio. quia illud cui cõuenit rõ vniuerſalis p̄dicatur de ſingularibus. ſed hoc non poteſt cõuenire nature ſic ſignificate. nam hec ꝓpoſitio eſt falſa ſortes ẽ humanitas. igitur ⁊c̃. Et ideo bene dicit Auicẽna. ꝙ rationalitas non eſt differẽtia. ſed principiũ differẽtie. nec humanitas eſt ſpecies. ſed principiũ ſpeciei. Et ex eodem medio poteſt ꝓbari ꝙ ratio vniuerſalis nõ poteſt conuenire eſſentie poſite extra ſingularia. quemadmodũ poſuit plato. q̇a talis eſſentia p̄dicari non poteſt de indiuiduis. Non eñ poteſt dici ꝙ ſortes ſit illud quod eſt ab eo ſeꝑatum. Et ſic patet ꝙ ratio vniuerſalis nõ cõuenit eſſentie ꝑ moduʒ partis ⁊ abſolute cõſiderate. Simil'r licet natura homĩs abſolute cõſiderata ⁊ deſignata ꝑ modũ totius ſit illud quod p̄dicatur de indiuiduis. tamẽ ratio vniuerſalis non cõuenit nature ſic accepte. Prima pars patet. quia licet natura abſolute cõſiderata abſtrahat a quolibet eſſe. Quia tamẽ ſignificat̃ ꝑ modũ totius in ſignificatione eius non fit preciſio alicuius eoꝝ in q̄bus eſt. ergo natura ſic ſignificata ẽ illud quod p̄dicatur de indiuiduis. Secũda pars pꝫ q2 de rõne vniuerſalis eſt vnitas ⁊ ꝯmunitas nature. ſed nature accepte ſic neutrũ iſtoꝝ ꝯuenit. vt pꝫ ex dictis. Igit̃ ſm abſolutã ꝯſideratione nõ cõuenit nature rõ vniuerſalis

Concluſio ſecũda. nature cõſiderate ſm eſſe quod habet in indiuiduis nõ cõuenit rõ vniuerſalis. ſed ſibi cõuenit ratio vniuerſalis ſm eſſe quod habet in intellectu. Prima pars patet. quia licet natura exiſtens in indiuiduis habeat cõmunitatẽ. ⁊ ſit in multis. tamẽ non habet actualẽ vnitatẽ. niſi ꝓut abſtrahitur ꝑ intellectũ a multis indiuiduis Ideo dr̃ Cõmentator. ꝙ intellectus eſt qui facit vniuerſalitatẽ in rebus. talis aũt vnitas req̄ritur ad rationem vniuerſalis. ergo ⁊c̃. Secũda pars patet. q2 natura in intellectu habet eſſe abſtractũ ab omĩbus cõditionibꝫ indiuiduantibꝫ. ergo habet rõem vniformẽ ad omĩa indiuidua eius que ſunt extra aĩam. ꝓut eſt eq̄liter ſimilitudo omniũ et equaliter ducens in cognitõem ipſoꝝ. ⁊ per cõſequens illo modo accipit̃ ſub rõne vnius. ⁊ ſub rõne cõmunis pluribus que ꝑtinent ad rõem vniuerſalis

Dubitatur primo. Utrum natura ſm eẽ qđ habet in intellectu ſemꝑ habeat rõnem vniuerſalis. Ad dubium rñdetur. ꝙ licet natura ſm eſſe qđ habet in intellectu habeat rõnem vniuerſalis. tñ ſm ꝙ eſt in hoc intellectu vel in illo eſt q̄dam ſpẽs ꝑticularis intellecta. Prima pars patet ex dictis. Secũda ps ꝓbatur. quia receptũ eſt in recipiente ſm ꝯditõem et modum recipientis ſed intellectus vnius homĩs eſt vnus ſingularis. ⁊ diſtinctꝰ ab intellectu alterius. ergo ſpẽs intelligibilis recepta in intellectu huius vel illius eſt ſingularis. Ex quo ſeq̄tur. ꝙ ꝯmentator errauit ex vnitate forme intellecte volens cõcludere vnitatẽ intellectus in omĩbus hominibꝫ. Patet. quia forma exiſtens in intellectu non eſt vniuerſalis in eſſendo. imo ſingularis. ſed ſoluʒ eſt vniuerſalis in rep̄ſentando ſm quod refertur ad res extra aĩam exiſtẽtes. vt eaꝝ cõmunis ſilitudo. Exẽplũ eſt de vna ſtatua corꝑali rep̄ntante multos hoĩes. manifeſtũ eſt ꝙ illa habꝫ ꝓpriũ eſſe ⁊ ſingulare ſm ꝙ eſt in hac materia Sʒ hꝫ rõeʒ cõis. ⁊ vl'is ſm ꝙ ẽ rep̄ntatiua pluriũ

Et cõſimiliter forma in intellectu exiſtẽs ẽ vl'is in rep̄ſentando. ⁊ ꝑticularis in eſſendo

Dubitatur ſecundo: Utrum iſta propoſitio ſit cõcedenda. ſortes eſt ſpecies. Ad dubiũ r̃ndetur. ꝙ licet hec ꝓpoſitio homo eſt ſpẽs concedat̃. hec tamẽ non eſt cõcedenda ſortes eſt ſpecies. Patet. quia homo vt ſibi attribuit̃ illa intentio eſt in intellectu. ideo non ſeq̃tur ꝙ conueniat ſorti. quia homo illo modo non predicatur de ſorte Et ſic patet. q̃liter eſſentia ſeu natura ſubſtãtie compoſite ſe habeat ad rõnes vniuerſaliũ ſcʒ generis ſpẽi et differẽtie Rõnes facte ante oppoſitum ſoluunt̃ ex dictis.

Relinq̃tur ergo ꝙ rõ ſpẽi accidit nature humane ſm̃ illud eſſe quod hʒ in intellectu. ip̄a em̄ natura humana in intellectu habet eſſe abſtractum ab om̄ibus indiuiduis. et iõ habet vniformẽ compationeʒ ad oĩa indiuidua q̄ ſunt extra aĩam. put eq̃liter eſt ſimilitudo reducens in omniũ cognitõem inquantũ ſunt hoĩes ⁊ ex hoc ꝙ talẽ reſpectum habet ad indiuidua intellectus adinuenit rõem ſpẽi. et attribuit ſibi. Un̄ dicit ꝯmẽtator in p̄mo de aĩa. ꝙ intellectus agit vniuerſalitatẽ in rebus. Idẽ etiã dicit Auicẽna in ſua metaphiſica Et q̄uis hec natura intellecta habeat rõnem vl'itatis ſm̄ ꝙ opatur ad res extra aĩam. q2 eſt vna ſil'itudo oĩm rerũ. tamẽ ſm̄ hoc ꝙ habʒ eſſe in hoc intellectu vel in illo eſt ꝑticularis q̄dam ſpẽs intelligibilis: ⁊ iõ dictũ cõmẽtatoris deficit ſupra terciũ de aĩa qui voluit ex vl'itate forme intellecte vl'itatem intellectus in oĩbus ꝯcludere. q2 nõ eſt vl'itas illius forme ſm̄ hoc eſſe quod habet in intellectu: ſed ſm̄ ꝙ refertur ad res ſm̄ ꝙ eſt ſil'itudo reruʒ. ſicut etiã ſi eſſʒ vna ſtatua corꝑalis rep̄ñtans multos homines. cõſtat ꝙ illa himago vel ſpẽs ſtatue haberet eẽ ſingulare proprium ſm̄ ꝙ eẽt in hac materia. ſed haberet eẽ commune ſm̄ ꝙ eſſʒ communis rep̄ſentatio plurium Et quia nature humane ſm̄ abſolutam conſideratiõnẽ ſuam conuenit ſm̄ ꝙ p̄dicatur de ſorte. ⁊ ratio ſpẽi nõ cõuenit ei ſm̄ abſolutam conſideratiõnẽ ſuam. ſʒ eſt de accidentibus que conſequuntur eam ſm̄ eẽ quod habet in intellectu. ideo nomẽ ſpẽi nõ p̄dicatur de ſorte. vt dicatur. ſortes eſt ſpẽs. qð de neceſſitate accideręʒ ſi ratio ſpẽi cõueniret homini ſm̄ eſſe ſuum quod habet in ſorte. vel ſm̄ ſuam abſolutam conſiderationem ſm̄ quam eſt homo. Quicquid em̄ conuenit homini inquantum homo eſt p̄dicatur de ſorte Et tamẽ predicari conuenit generi ꝑ ſe. cum in eius diffinitione cadat. Predicatio em̄ eſt quoddam quod complectitur actum intellectus componẽtis et diuidentis habens fundamẽtum in re ip̄ſa ſm̄ vnitatem eorum quorum vnum de altero dicit̃ Unde ratio p̄dicationis poteſt includi in rõne huius intentionis que eſt genus. que ſimpliciter ꝑ actum intellectus completur: nihilomin9 tamẽ id cui intellectus rationem p̄dicabilitatis attribuit componens vnum cum altero non eſt ip̄ſa intentio generis. ſed potius id cui intellectus rationem generis attribuit: ſicut quod ſignificatur ꝑ hoc nomẽ animal Sic ergo patʒ qualiter eſſentia vel natura ſe habet ad rationeʒ ſpẽi. quia ratio ſpeciei non eſt de his que conueniunt ei ſm̄ abſolutam conſiderationem ſuam Nec eſt de accidentibus que conſequuntur ip̄ſam ſm̄ eſſe quod habʒ extra animam vt albedo nigredo. ſed de accidẽtibus que conſequuntur ip̄ſam ſm̄ eſſe quod habet in intellectu Per hũc autem modum conuenit ſibi ratio generis ⁊ ſpeciei vel differentie.

Queritur. Utrum nomẽ abſtractũ a genere vel ſpecie p̄ſcindat ab his que nomẽ generis vel ſpeciei cuʒ quadã indeterminatione ſignificat. Arguitur primo ꝙ non. quia genus ſignificat id quod abſtractũ ſignificat. ſed abſtractũ eſt a ſuis ſpeciebus tractum ⁊ ſpecies eſt abſoluta ab indiuiduis. ſed vbi eſt abſtractio ibi eſt preciſio. ergo nomen abſtractũ non plus ſignificat p̄ſcindendo q̄ʒ nomẽ generis vel ſpeciei. Secũdo. ſi nomẽ abſtractũ ſignificaret cum p̄ciſione inferioꝝ. tunc iſta nomina albedo et nigredo ſignificarent p̄ſcindendo ab his que ſunt poſt ſua ſignificata. igitur albedo de hac albedine non p̄dicaretur. quod ẽ falſum. igitur nomẽ abſtractuʒ non ſignificat cum p̄ciſione Tercio. ſi nomẽ abſtractũ p̄ſcinderet a poſterioribus tunc includerent̃ p̄ora. ⁊ ꝑ cõſequens talia p̄ora de ſeipſis p̄dicati poſſent. vt dicendo. humanitas eſt animalitas. qð tamen eſt falſum

In oppoſitum eſt doctor ſanctus in textu

Sciendum primo. ꝙ vt dictum fuit prius nomini abſtracto non poteſt cõuenire intentio generis. ſpeciei. aut differẽtie. eo ꝙ ſub tali intentione non poſſunt predicari de ſuis poſterioribus. eo ꝙ non ſignificant totuʒ ſub mõ totius. Ideo vt videat̃ qualiter ſe habeãt ad inuicem concretũ ⁊ abſtractũ mota eſt queſtio preſens

Sciendũ ſecundo. ꝙ abſtractum ⁊ concretum ſic differunt inter ſe. quia concretũ ſignificat eſſentiaʒ ſm̄ ꝙ eſt in habẽte non p̄ſcindendo a poſteriorib9. vt homo ſignificat eſſentiã hominis non p̄ſcindendo p̄ncipia determinantia ad eſſe indiuidui. Sed nomẽ abſtractũ ſignificat eſſentiã p̄ſcindendo a poſterioribus. vt humanitas ſignificat eſſentiã hominis p̄ſcindendo a ſuppoſitis. Ex quo patet. quare abſtractuʒ de concreto non p̄dicatur. Ideo dicit Auicenna. ꝙ licet eſſentia ſubſtantie materialis ſit compoſita ex materia et forma. non tamen dicit ipſum compoſitum. Sed obijceretur. nam abſtractum ⁊ concretum dicunt eandem eſſentiã. igitur abſtractuʒ de concreto poteſt predicari et econtra. Antecedens patet. quia humanitas

ſignificat formaʒ totius homĩs. ⁊ eãdem ſignificat homo Ad iſtud reſpondetur ꝙ licet abſtractum ⁊ concretum dicant eandẽ eſſentiã ita ꝙ q̄cquid ſignificat concretum. ſignificat abſtractum. ⁊ econtra. tamẽ non oportet ꝙ vnuʒ de alio predicet̃. Et q2 in ip̄is eſt diuerſus modus cõſiderãdi et quia p̄dicatio non ſumit̃ ab eſſentia ſm̄ ſe. nec ſolũ a modis eſſendi. q2 ſunt diuerſi in abſtracto ⁊ in cõcreto. Ideo de ſe inuicem nõn p̄dicantur. Nã homo ſignificat ſine preciſione ſuppoſitoꝝ. humanitas vero cum preciſione. Ideo homo ſignificat formã totius ꝓpter quod de ſuis inferioribus p̄dicatur. ſed humanitas ſignificat formaʒ totius per modũ partis. Ideo de inferioribus non p̄dicatur. Non em̄ dicimus ꝙ ſortes ſit humanitas. humanitas em̄ ſe habet ad hoĩem. ſicut ꝑs ad totũ. ⁊ ſicut forma ad ꝯpoſitũ

Concluſio prima. Nomen abſtractũ de nullo alio p̄dicari poteſt niſi de ſeipſo. ⁊ ꝓpter hoc dr̃ Auicẽna ꝙ eq̃nitas ẽ tm̄ eq̃nitas ⁊ hũanitas ẽ tm̄ hũanitas Probat̃ concluſio q2 vt prius dcm̄ eſt ſi aliq̄ eſſentia cõmunis ſm̄ ſe et abſolute conſideret̃ ſibi non conueniunt niſi ea que ſunt de eſſentia eius ſm̄ ſe cõſiderata. ⁊ non vt habet eſſe in alio igitur ⁊c̃. Item ſi nomẽ abſtractuʒ de alio p̄dicaretur. hoc eſſet de abſtracto vel cõcreto. Non de cõcreto. q2 ſe habet ad ip̄m concretũ. ſicut pars ad totum. modo pars non p̄dicatur de ſuo toto. nec de abſtracto. cum tale nomẽ abſtractum ſm̄ ſuum modũ ſignificandi p̄ſcindat quodlibet a ſeipſo. vt animalitas preſcindit humanitatem. Ideo de humanitate non predicatur

Concluſio ſecũda ⁊ reſpõſiua. Nomẽ abſtractum a genere vel ſpecie p̄ſcindit ab his que nomẽ generis vel ſpeciei cum quadã indeterminatiõe ſignificat. Probatur concluſio in iſtis duobus nominib9 animal ⁊ animalitas. Nam animalitas ſignificat ea que ad eſſentiã animalis pertinent p̄ſcindendo ⁊ remouendo om̄e illud quod ſequit̃. ſed animal illud idem ſignificat non p̄ſcindendo a poſterioribus. quia animal vere p̄dicatur de om̄ibus ſuis ſpeciebus. quod nõ fieret ſi preſcinderet ab ip̄is. ⁊ induceret̃ in om̄ibus alijs. igitur concluſio vera

Sciendũ ſecũdo ꝙ in ſubſtantijs materialibus genus ſumitur ab eo quod eſt materiale in re. Et differentia ab eo quod eſt foꝛmale. vt animal ſumitur a foꝛma ſenſitiua et rationale a ratione ſeu a foꝛma rationali. que ſe habet vt pꝛincipium eſſentiale reſpectu foꝛme ſenſitiue. Sed aliter eſt in intelligentijs. qꝛ in ipſis ſumitur genus ab aliquo cõi. in quo apꝑ̃hendunt̃ cõuenire quod nõ eſt materiale ſimpliciter ſed ſolum inq̃ȝtuȝ habet modum determinabilis Et differẽtie earum ſumũtur a ſuis eſſentijs. inq̃ȝtuȝ ſunt tales vel tales gradus perfectionis.

Cõcluſio pꝛima Subſtantie ſeparate inter ſe conueniunt et differunt. Pꝛobatur ↄcluſio. qꝛ ipſe ſubſtantie ſeparate immaterialitate cõueniũt ideo ab earum ĩmaterialitate poteſt ſumi genus earũ. Sed differunt in hoc ꝙ ꝑfectio vnius nõ eſt eadem cũ perfectõne alterius quia perfectiones ſpecierũ ſunt ſicut numeri. vnde ſicut in numeris paulatim aſcendimus ſic in pꝛoceſſu ſpecierum ſm ꝓceſſiones rerum aſcendimus qꝛ ſemꝑ natura de imꝑfecto ad ꝑfectũ pꝛocedit vt de plantis ad aĩalia perfecta et aſcendendo gradatim vſq̃ȝ ad aĩal perfectiſſimũ. Et cõſimili modo fit in intelligentijs aſcendendo et deſcendẽdo a pꝛimo pꝛincipio. Unde per hoc ꝙ ab ipſo pꝛimo fit maioꝛ vel minoꝛ deſcenſus nature ipſarum ſtꝫ magis vel minus ꝑfecte. qꝛ natura pꝛimo ꝓpinquioꝛ. eſt ꝑfectioꝛ. et magis diſtans. eſt imꝑfectioꝛ.

Concluſio ſcđa. et reſponſalis ad queſitum In ſubſtantijs ſeparatis ſunt genus ſpecies. et differentia. Pꝛobatur cõcluſio. q̇a omne illud cuius eſſentia diſtincta eſt a ſuo eſſe. eſt oꝛdinabile in genere. ſed ſubſtantie ſeparate ſunt hmõi. nam ip̃e nõ ſunt ſuum eſſe. immo ſuũ eſſe realiter diſtinguitur ab eſſentia ipſaꝝ. Sed qđ eſt oꝛdinabile in genere habet ratõem generis ſpeciei indiuidui vel differentie. igitur in ſubſtantijs ſeꝑatis reperiuntur genus ſpẽs et differentia.

Dubitatur pꝛimo Circa pꝛobationem ſecunde cõcluſionis vtrũ eſſe receptum in eſſentia ſit tm̃ vnꝰ pꝛedicamenti et diuerſarum ſpecierũ. Arguitur pꝛimo ꝙ non. quia eſſe eſt actus eſſentie. ſed decẽ ſunt eſſentie diſtincte ſm genus. igitur eſſe eſt in decem generibꝫ et nõ in vno tm̃ Scđo ſic. illud quod diuerſificat̃ per hoc ꝙ in alio ⁊ in alio recipitur. ſolũ numero diuerſificatur. ſicut albedo recepta in ſoꝛte. vl̃ platone. que ꝑ hoc ſolum acq̇rit numeralem diuiſionẽ. Sed eſſe receptũ in diuerſis eſſentijs ſolum variatur ꝑ hoc ꝙ in alio ⁊ in alio recipitur. igitur ſolum variatur ſm numerũ ⁊ nõ ſm ſpeciem. Ad dubiũ dicuntur tria. pꝛimo ꝙ eſſe eſſentie variatur ſm genus ⁊ ſm ſpeciem et poteſt reperiri in diuerſis generibꝫ. patet quia tale eſſe eſt idem realiter cum eſſentia ideo ſicut variatur eſſentia in decem generibus et per diuerſas ſpecies ipſoꝛũ. ſic etiam variatur tale eẽ. Dicitur ſcđo ꝙ eſſe exiſtentie eſt tm̃ in vno pꝛedicamẽto. ſcȝ in pꝛedicamẽto ſubſtantie. patet qꝛ actus eſt eiuſdem generis cum ſua pꝛima. et pꝛopꝛia potentia. ſed eſſe exiſtentie eſt pꝛimus et pꝛopꝛius actus ſubſtantie et nõ conuenit accidentibus niſi ꝓut ſunt in ſubiecto. igit̃ eſſe exiſtentie eſt eiuſdem generis reductiue cũ eſſentia ſubſtantie. Unde ſola ſubſtantia per ſe habet eſſe exiſtentie. Accidentia vero ſolum habent ipſum per hoc ꝙ ſunt in habente. Tertio dicitur ad dubium. ꝙ eſſe exiſtentie eſt differens ſpecie in diuerſis ſpeciebꝫ patet. qꝛ eſſe exiſtentie fluit ab eſſentia foꝛmaliter ⁊ in ea recipitur tanq̃ȝ in ꝓpꝛia potentia. igit̃ ſm variatõem illius eſſentie ſubſtantie in diuerſis ſpeciebꝫ. eſſe fluens foꝛmaliter ab ipſa ⁊ in ipſa receptum neceſſario ſm ſpẽm variatur. Cũ ergo ſint diuerſe ſpẽs ſubſtantiarũ. ſequitur ꝙ eſſe exiſtentie eſt diuerſarũ ſpecierum. Ad pꝛimũ argumẽtum dubij dicit̃ ꝙ eſſe exiſtentie non eſt actus cuiuſlibet eſſentie ſed ſolum eſſentie ſubſtantie ideo tale eſſe ſolum reꝑitur in genere ſubſtantie. Ad ſecũdũ dicit̃. ꝙ eſſe exiſtentie receptum in diuerſis non ſolũ variat̃ nũeraliter. Nec eſt ſimile de albedine recepta in diuerſis q albedo eſt in ſe determinate ſpeciei. et eſſe per diuerſa ſubiecta ſolũ variatur numeraliter. Eſſe autẽ de ſe non eſt determinate ſpeciei ſed trahitur ⁊ determinatur ad ſpẽm per illud in quo reperitur. ſcȝ per eſſentiam.

Dubitat̃ ſecundo. quot gradus dr̃ñaꝝ reperiunt̃ in rebꝫ Ad dubiũ reſpõdet̃ ꝙ in rebꝫ inueniunt̃ ſex gradus drãꝝ. Pꝛimus eſt qñ vna res differt ab alia ꝑ diuiſionẽ materie. vt albedo reꝑit̃ in diuerſis ſubiectꝫ Secũdus gradus eſt qñ dr̃ña nõ ſolũ ſumitur ſm diuiſionem materie. ſed etiam ꝓpter diuerſam diſpoſitionem ſubiecti qꝛ qđ melius eſt diſpoſitũ melius recipit. vt lumen differenter eſt in aere ⁊ in aqua. Tertius eſt qñ eſt cõtraria diſpõ in ſubiectis. vt albedo ⁊ nigredo ↄtrariaȝ requirũt diſpoſitionẽ in ſuis ſubiectis. Quartus eſt ꝓpter habere ↄtrariuȝ et nõ habere. ⁊ hoc modo differũt coꝛpoꝛa celeſtia ⁊ elemẽta. Quintus eſt qñ vna res habet materiam ⁊ alia non. et hoc modo ſubſtantie ſeparate materialibus differũt. Sextus eſt ꝑ hoc qđ eſt habere ꝓ̃ncipium et nõ habere. et ſic drũt ens creatum et nõ creatum Et qꝛ ſm drãm recipientis cauſat̃ dr̃ña recepti. ⁊ in eſſentia ſubſtantie cõpoſite. et in eſſentia intelligẽtie ſunt diuerſe diſpõnes recipientium ipſum eſſe Et ſimiliter eſt in ſingulis. ideo opoꝛtet ꝙ ip̃m eſſe variet̃ ſm ſpeciem. vt dictum.

Ad rõnes Ad pꝛimã dicitur ꝙ genus nõ ſꝑ ſumit̃ a materia vel ab eo qđ eſt materiale ſimplicit̃ nec dr̃ña a foꝛma ſimpl̃r. Sed hoc ↄtingit ſolum in materialibꝫ. qꝛ in imaterialibꝫ ab eodẽ realiter accipiũtur genus et dr̃ña ſm diuerſos gradus ꝑfectiõis. Ad ſcđam đr ꝙ intentiones nõ ſunt in rebus niſi fundamẽtaliter. Et q̃ȝuis ſubſtãtie ↄpoſite ſint nobis ignote nihil tñ obſtat quin in eis ſit genus et dr̃ña. licet a nobis determiate nõ ↄgnoſcant̃ q̃ȝtum ad quid eſt Ad tertiaȝ ↄcedit̃ ꝙ ex ꝑte ſuiille ſubſtãtie ſunt definibiles definitõe q̇dditatiua et de illis põt haberi demõſtratio ꝓpter q̇d. ex ꝑte noſtri nõ poſſunt actualiter definiri. nec poſſemus facere de ip̃is demõſtratõem ꝓpter q̇d nec habere ſciam ↄpletaȝ.

Et quia in iſtis ſubſtantijs quidditas non eſt idem quod eſſe. ideo eſt oꝛdinabilis in pꝛedicamẽto. ⁊ ꝓpterea inuenitur in eis genꝰ ſpecies et differẽtia. Quãuis earum differentie pꝛopꝛie nobis occulte ſunt In rebus enim ſenſibilibus ipſe differentie eſſentiales nobis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aliquãdo ſunt occulte. vnde ſignificanť ꝑ diffe
rentias accidentales que ex eſſentialibus oꝛiũ/
tur ſicut cauſa ſignificatur per effectum ſuum.
ſicut bipes ponitur differentia hominis. acci/
dentia autem pꝛopꝛia ſubſtantiarum immate/
rialium nobis ignota ſunt. vnde differẽtie ea/
rum nec per ſe nec per accidens a nobis ſigna
ri poſſunt. Hoc autem ſciendũ eſt ꝙ non
eodem modo ſumitur genus ⁊ differentia in il
lis ſubſtantijs ⁊ in ſubſtantijs ſenſibilibus. q̇a
in ſubſtãtijs ſenſibilibus ſumitur genus ab eo
quod eſt materiale in re. differentia vero ab eo
quod eſt foꝛmale in ipſa. vnde Auicenna dicit
in pꝛincipio ſui libꝛi de anima ꝙ foꝛma in rebꝫ
compoſitis ex materia et foꝛma eſt differentia
ſimplex eius quod conſtituitur ex illa. non autẽ
ita ꝙ ip̃a foꝛma ſit differentia. ſed qꝛ differen/
tie pꝛincipium. vt idem dicit in ſua metaphiſi
ca. Et dicitur talis differentia eſſe differentia
ſimplex. quia ſumitur ab eo qđ eſt pars quiddi
tatis rei ſcꝫ foꝛma. Cum autẽ ſubſtantie imma
teriales ſunt ſimplices quidditates non poteſt
capi differẽtia ab eo quod eſt pars quidditatis
ſed a tota quidditate. Et ideo in pꝛincipio de
anima dicit Auicẽna ꝙ differentiã ſimplicem
non habent niſi ſpecies quarum eſſentie ſunt
cõpoſite ex materia ⁊ foꝛma. Similiter etiam
in eis ex tota eẽntia ſumitur genus. Nõ tamẽ
differẽti. vna enĩ ſubſtantia ſeparata ꝯuenit cũ
alia in immaterialitate. ⁊ differũt ab inuicem
in gradu ꝑfectionis ſm receſſum a potentialita
te ⁊ acceſſum ad actum purum ⁊ ideo ex eo qđ
conſequitur illas inq̃ʒtum ſunt ĩmateriales ſu/
mitur in eis genus ſicut eſt intellectualitas vł
aliquid hmõi. ab eo autem quod conſequitur
in ipſis gradũ perfectionis ſumiť in eis differẽ
tia nobis tamẽ ignota. Nec opoꝛtet has diffe
rentias eſſe accidentales q̇a ſunt ſm maioꝛẽ et
minoꝛẽ ꝑfectionẽ que nõ diuerſificant ſpeciem
Gradus enĩ ꝑfectiõis in recipiendo foꝛmã ean
dem nõ diuerſificant ſpẽm ſicut albius ⁊ minꝰ
albũ in participãdo albedinem ſunt eiuſdẽ ra/
tionis. ſed diuerſus gradus ꝑfectionis in ip̃is
foꝛmis vel naturis ꝑticipatis ſpẽm diuerſifi/
cat. ſicut natura pꝛocedit ꝑ gradus de plantis
ad aĩalia per quedam que ſunt media inter ani
malia et plantas ſm phm in ſeptimo de anima
libus. Nec iterũ eſt neceſſarium. vt diuiſio
intellectualium ſubſtãtiarũ ſit per duas differẽ
tias veras. quia hoc impoſſibile eſt accidere in
oĩbus. vt phyloſophus dicit in vndecimo de
animalibus. Tertio inuenitur eẽntia in ſub
ſtãtijs cõpoſitis ex materia ⁊ foꝛma in quibus
et eſſe eſt receptum et finituꝫ pꝛopter hoc ꝙ ab
alio eſſe habẽt. ⁊ iterum natura vel quidditas
earũ eſt recepta in materia ſignata ⁊ ideo ſunt
finite et ſuperius et inferius et eis pꝛopter diui
ſionẽ ſignate materie poſſibilis eſt multiplica/
tio indiuiduoꝛũ in vna ſpecie. ⁊ in his qualiter
habeat ſe eſſentia ad intentiones logicas ſupꝛa
dictum eſt ſufficienter.

Queritur. Utrum omne habens eſſentiaꝫ
reponatur in pꝛedicamento. Arguitur ꝙ ſic pꝛimo.
quia res nõ ponitur in pꝛedicamẽto ꝑ ꝯparatõeꝫ ad ſuũ
eſſe. ſed ꝑ cõparatiõem ad ſuas eſſentias. igiť diuerſitas
modoꝛũ habendi eſſe nõ facit ꝙ aliquid ſit in pꝛedica/
mento. vel nõ. ſed ſolum hoc pꝛouenit ex ꝑte eſſentie. igi
tur omne habens eſſentiam ponitur in pꝛedicamẽto.
Secũdo. omne habens eſſentiaꝫ vel eſt ens per ſe vt
ſubſtantia. vel ens in alio vt accidẽs. ſed oĩs ſubſtan
tia et omne accidens ſunt in pꝛedicamẽto. igitur et oĩe
habens eſſentiam eſt in pꝛedicamento. Tertio. ſi ali/
quod non habens eſſentiam non eſſet in p̄dicamento ma
xime eſſet verum de pꝛima cauſa. ſed pꝛima cauſa eſt in
pꝛedicamento. igitur Minoꝛ patet quia mẽſura et mẽſu
ratum debent eſſe vnigenia. hoc eſt vnius nature. ſed pꝛi
ma cauſa eſt menſura oĩm. igiť cũ alia ſint in pꝛedicamẽ/
to. pꝛima cauſa reponiť in p̄dicamento. In oppoſituꝫ eſt
doctoꝛ ſanctus in textu.

Sciendũ pꝛimo. ꝙ in ſubſtantijs eſt triplex
modus habendi eſſentiam. Uno modo aliquid habet
eſſentiam eandem realiter cum ſuo eſſe. et hoc eſt vnum
tm̃ ſcꝫ pꝛima cauſa. quia in ipſo pꝛimo eſſentia nõ diſtin
guitur ab eſſe. ideo dixerũt aliqui ip̃um non habere eſſen
tiam. Alio modo in ſubſtantijs reꝑitur eſſentia ſimplex
que tñ eſt in potentia ad recipiendũ eſſe diſtinctuꝫ ab ea
vt in ſubſtantijs creatis intellectualibus. Tertio mo/
do inuẽnitur in ſubſtantijs eſſentia ꝯpoſita ex materia ⁊
foꝛma que cũ hoc recipit eſſe ab ea diſtinctum vt in ſub
ſtantijs compoſitis.

Sciendũ ſcđo. ꝙ in ipſis ſubſtantijs cõpo/
ſitis eſſentia eſt finita ſuꝑius et inferius. qꝛ eſſe receptuꝫ
eſt in eſſentia. et eſſentia in materia ſignata rõe cuius ꝓ/
pter diuiſionem materie poſſibilis eſt in ipſis multitu/
do indiuiduoꝛũ ſub eadem ſpecie

Concluſio pꝛima. omne habens eſſentiam
aliam a ſuo eſſe reponitur in pꝛedicamento. Pꝛobať con
cluſio. qꝛ oĩe tale eſt ens limitatum et cauſatum ab alio
ſed ens cãtuꝫ ſufficienter diuiditur ꝑ decem pꝛedicamẽ/
ta. igitur oĩe tale ens eſt in p̄dicamẽto aliquo. Et quia
oĩe genus habet aliqua pꝛincipia. ideo ſi ſit aliqua res
que careat pꝛincipijs ſicut pꝛima cauſa. ſequitur ꝙ non
poniť in pꝛedicamento Quia omne qđ poniť in genere
ꝑticipat pꝛincipia illius generis. ⁊ ſic ens habens eſſen/
tiam nõ diſtinctã a ſuo eſſe nõ eſt in pꝛedicamento.

¶Concluſio ſecũda. Licet pꝛima cauſa ſit
eſſe. non tamen eſt ymaginandum ꝙ ſit illud vniuerſale
eſſe quo quelibet res eſt foꝛmaliter. ſicut aliqui errãtes di/
xerunt. Pꝛobatur concluſio. quia genus generaliſſimum
eſt pꝛimum pꝛincipium quo oĩa ſub eo contenta foꝛma
liter habent eſſe. ideo dicitur pꝛimum pꝛincipium foꝛma/
le ſue cooꝛdinationis. ſed pꝛima cauſa. vt pꝛobatuꝫ eſt. nõ
eſt in pꝛedicamento. ergo non eſt illud eſſe commune quo
res dicũtur eſſe foꝛmaliter. Item eſſe cõmune quo res cre
ate ſunt foꝛmaliter poteſt recipere additionem multaruꝫ
differentiarum determinantium. ſicut eſt eſſe per ſe vel eẽ
in alio. que iterũ multis differentijs ſubdiuidi poſſunt. ſꝫ
eſſe pꝛime cauſe nullam recipit additõnem ſiue perfectio
nem. cum ſit perfectiſſimum. ergo non eſt foꝛmale omniuꝫ
rerum pꝛincipium Ex dictis patꝫ reſponſio ad queſitum
ſcꝫ ꝙ omne habens eſſentiam diſtinctam a ſuo eſſe reponi/
tur in pꝛedicamento. ſed habens eſſentiam non diſtinctaꝫ
ab eſſe nõ eſt in p̄dicamento.

Dubitatur pꝛimo. Utrum quia pꝛima cau
ſa eſt eſſe tm̃. alie perfectões ſibi deficiant Ad dubium
reſpondetur. ꝙ hoc non opoꝛtet. quia diſtantia ipſius eſſe
ab eſſentia non arguit ſimpliciter perfectionem. ſed iden/
titas eſſe ⁊ eſſentie arguit ſimpliciter perfectionem. Quia
vnitas rei dicit perfectionem. ergo illa res que maxime ha
bet vnitatem habet etiam ſummam perfectionem. ſed pꝛi
ma cauſa eſt huiuſmodi. ergo ⁊c̃. Unde ꝙ in aliqua re
eſſe ſit aliud ab eſſentia. hoc eſt quia res habet ab alio eſſe
effectiue. et quia pꝛima cauſa omnino caret ꝑncipio. ideo
eminenter continet omnes perfectiones. ⁊ eminentius q̃ꝫ
ſint in ſeipſis. quia in ipſa pꝛima cauſa vnite reperiuntur
et in rebꝫ ſparſim. Exemplũ textus eſt. ſicut ſi aliquis per
vnam qualitatem poſſet facere omnes operationes omni
um qualitatum. in illa qualitate eminenter haberet cete/
ras qualitates. Ita pꝛima cauſa in ſuo eſſe quod eſt ſim/
plex eſt cauſa omniũ perfectionum que ſunt in rebus emi
nenter. ⁊ vnite ꝯtinet oẽs ꝑfectiones rerũ

Dubitať ſecũdo Utrum ſubſtantie ſepara/
te ſint oꝛdinabiles in genere Ad dubium reſpondetur
ꝙ ſic. ſicut ſatis patꝫ ex dictis. qꝛ omnis ſubſtantia habẽs
quidditatem aliam ab eſſe in pꝛedicamento reperitur. ſed
ſubſtantie ſeparate ſunt huiuſmodi. ergo ⁊c̃. Unde in ip/
ſis ſubſtantijs ſeparatis eſſe eſt receptum ⁊ limitatuꝫ ad
capacitatem nature recipientis. que eſt quidditas illaruꝫ
et illa quidditas non eſt recepta in aliqua materia. ideo vt
dicitur in libꝛo de cauſis. intelligentie finite ſunt ſuperius
quia ſuum eſſe finitur per illud in quo recipitur. ſed ſunt
infinite inferius. quia tales foꝛme ſeu eſſentie non finiũtur
ſm capacitatem alicuꝰ nature recipientis Ideo etiam in
talibꝫ ſubſtantijs non eſt multitudo indiuiduoꝛũ ſub ali/
qua ſpecie. ſed anima rationalis. quia recepta eſt in mate/
ria ⁊ habet coꝛpoꝛum humanoꝛuꝫ multitudinem. ideo ha
bet multa indiuidua eiuſdem ſpeciei. Et licꝫ tales anime
per coꝛpus indiuiduentur. tamen poſtq̃ꝫ ſeparate ſunt nõ
tollitur ſua indiuiduatio. ſed ipſam retinẽt. quia remanet
inclinatio ad ſuum pꝛopꝛium coꝛpus ¶ Aliter tamen lo/
quitur Albertus de indiuiduatione animarũ ſeparatarũ
pꝛopoꝛtionabiliter ad modum indiuiduatiõis intelligen
tiarum. quia ponit multas intelligentias in vna ſpecie ſu/
mendo multitudinẽ ab ipſo quod eſt. qꝛ ſm ipſum in ſub
ſtantijs intellectualibꝫ quod eſt ſe habꝫ vt materia in ſub
ſtantijs coꝛpoꝛeis. Et ſic albertus ponit in anima ratio/
nali aliquid ꝓpoꝛtionabile ipſi materie per qđ indiuiduanť
anime rõnales in coꝛpoꝛe ⁊ extra coꝛpus

¶Ad rõnes ante oppoſituꝫ Ad ꝑmam diciť ꝙ
anteq̃ꝫ aliquid ſit in genere opoꝛꝫ ꝙ habeat ꝑncipia illius
generis. et quia pꝛima cauſa caret omnibꝫ pꝛincipijs. ideo
non poteſt eſſe in pꝛedicamento Quia enĩ in ipſa ſunt idẽ
eſſe ⁊ eſſentia ſignũ eſt ꝙ non habet eſſe ab alio nec materi/
am nec foꝛmam nec eſſentiam Et ſic res non ſolum ponũ
tur in pꝛedicamẽto per ſuam eſſentiam abſolute. ſed per
eſſentiam in habitudine ad eſſe. Ad ſecũdam dicitur
ꝙ licet omnis ſubſtantia creata que habet pꝛincipia ſit in
pꝛedicamento. nõ tamen ſubſtãtꝫ increata que caret om
nibꝫ ꝑncipijs. que etiam nec eſt ſubijcibilis aut pꝛedicabi/
lis Ad terciam dꝛ. ꝙ licꝫ menſura ꝓpꝛia ⁊ adequata ip
ſi menſurato ſit vnigenia ipſi menſurato. non tamen men
ſura excedens ⁊ inadequata. cuiuſmodi eſt ꝑma cauſa.

Queritur. vtruꝫ materia poſſet eſſe ſine foꝛ/
ma. ¶ Arguitur ꝑmo ſic. quia foꝛma poteſt eſſe ſine ma/
teria. quia ſubſtãtie ſeparate ſunt foꝛme ſimplices ſine ma
teria. ergo ⁊ econtra. quia nõ videtur maioꝛ rõ de vno q̃ꝫ
de alio. ¶ Secũdo ſic. accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto.
vt patꝫ in ſacramento altaris. ergo materia poteſt eſſe ſine
foꝛma. Conſequentia tenet. quia accidens non minus de
pendet a ſubiecto q̃ꝫ materia a foꝛma. ¶ Tercio ſic. ꝑmũ
poteſt eſſe ſine ſecũdo. ſed materia ꝑoꝛ eſt foꝛma. ergo ma
teria p̄t eſſe ſine foꝛma. ¶ In oppoſituꝫ eſt doctoꝛ ſanc
tus in textu

¶Sciendũ eſt pꝛimo Quod foꝛma eſt pꝛopꝛius
actus materie. nam materia ſm ſe accepta eſt pura poten
tia nullam habẽs actualitatem. ſi igitur materia habeat ac
tum opoꝛꝫ ꝙ habeat per foꝛmam ad quam eſt in potentia
Quod autem materia de ſe ſit in potẽtia patꝫ. qꝛ vnũquodq̃
q̃ꝫ imperfectum eſt in potentia ad ſuam perfectionem. ſed
materia de ſe turpis eſt ⁊ iꝑfecta ⁊ ꝑficiť per foꝛmaꝫ. ideo
materia eſt in potentia ad foꝛmam

¶Sciendum ſecũdo. Quod foꝛma ſimpliciter
eſt ꝑoꝛ materia. cum ſit actus ⁊ perfectio materie. et q̃ꝫ/
uis materia dicatur pꝛioꝛ foꝛma via imperfectionis. gene
rationis. ⁊ tempoꝛis. tamen talis pꝛioꝛitas non arguit. ꝙ
materia poſſit eſſe ſine foꝛma. quia que ſunt iſto modo pꝛi
oꝛa ſimpliciter loquendo ſunt poſterioꝛa ⁊ imperfectioꝛa.
Nec omnino ſimiliter ſe habet materia ad foꝛmam ſicut
accidens ad ſubiectum. quia accidens de ſe eſt quidaꝫ ac
tus ⁊ materia de ſe non eſt niſi in potentia. ideo accñs ma
gis p̄t eſſe ſine ſubiecto q̃ꝫ materia ſine foꝛma.

¶Concluſio pꝛima. Foꝛma poteſt eſſe ſine ma
teria. Pꝛobatur ꝯcluſio per pꝛimam rationem ante oppo
ſitum. Nec eſt ſimile de materia ⁊ foꝛma. quia foꝛma eſt
ſimpliciter cauſa materie. ⁊ nõ econtra. ⁊ ſic ſi quandoq̃ꝫ
materia dicatur cauſa foꝛme hoc eſt ſolum ſm quid ⁊ in/
q̃ꝫtum ſuſtentat ⁊ recipit eſſe foꝛme

Concluſio ſecũda. Et reſponſalis ad queſi/
tum. materia nõ p̄t eſſe ſine foꝛma. Pꝛobatur cõcluſio. qꝛ
vnũquodq̃ꝫ eſt inq̃ꝫtum habet eſſe ⁊ ſuum pꝛopꝛium actũ
ergo ſi materia ſit. ipſa habebit ſuum ꝓpꝛium eſſe ⁊ ſuũ ꝓ/
pꝛium actum. ſed actus eius eſt foꝛma. vt patꝫ in ꝑmo no
tabili. ergo materia non poteſt eſſe ſine foꝛma Secun/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

do'ꝓbatur.quia nulla res participat eſſentiã formalem alicuius rei niſi participet formaz illius rei.ſicut paries nõ dicitur albꝰ niſi habeat albedinez.ergo materia non poteſt dici ens neqꝫ eſſe niſi in ſe habeat formam.⁊ per ꝯſequẽs materia non põt eſſe ſine forma.

¶Dubitatur primo. Utrum per potentiam diuinam materia poſſit eſſe ens in actu ſine forma Iſtud eñ queritur.quia rõnes predicte non videntur ꝓbare niſi ꝙ materia ſm curſum nature non poteſt eſſe ſine forma. Reſpondet doctor ſanctus ꝙ non. Nec eſt cõtra dei potentiam.nec diminuit potentiam eius.quia materiam eſſe ſine forma nullo modo habet ratiõem poſſibilis.imo implicat ꝯtradictõem.ſcz ꝙ aliquid ſit ⁊ nõ ſit.ſi materia ſine forma haberet eſſe. Unde ꝙ repugnat materiaz eſſe ſine forma ſic oſtendit.qr virtus vniuſcuiuſqꝫ rei accipienda eſt ſm modũ eſſentie ⁊ nature cuius eſt virtus. vñ ſi forma cuius eſt aliqua virtus ſit limitata ⁊ finita.virtꝰ eius eſt limitata ⁊ finita.ſi vero eſſentia nõ fuerit limitata ſeu finita tũc virtus eius eſt illimitata ⁊ infinita.⁊ extendi poterit ad omnes effectus ꝯueniẽtes tali forme vel nature. Cum aũt deus ſit actus ꝓmus purus .⁊ eſſe puruz in ſe habens plenitudinem eſſendi.virtus eius poteſt extendi ad omne illud quod poteſt participare eſſe.et ſi ad aliquid non extendatur hoc eſt qr illi repugnat ratio eſſendi ſed materie repugnat ratio eſſendi ſine forma.vt iam patuit.qr ſi eſſet ſine forma eſſet ens ⁊ etiam non ens,qr nõ haberet ſuũ ꝓprium actum per quem ſolum ſibi ꝯuenit eſſe. ergo materia nullo mõ.nec naturaliter.nec ſupnaturaliter poteſt eſſe ſine forma.

Dubitatur ſecũdo. Utrum accidens per potentiã diuinam poſſit eſſe ſine ſubiecto. ¶ Et videtur ꝙ nõ.qr ſubſtãtia nõ poteſt eſſe ſine accidente. Nã impoſſibile eſt ꝙ ſit aliq̃ ſubſtantia quin ipſa ſit creata.⁊ hinc oportet ꝙ in ſe habeat relatõem que eſt creature ad creatorez.ergo a maiori videtur impoſſibile eſſe ꝙ accñs poſſit eſſe ſine ſubiecto. ¶ Ad dubium reſpondet doctor ſanctus ꝙ ꝑ potentiam diuinã accñtia poſſunt eſſe ſine ſubiecto. Cuius rõ eſt.qr accñtia ſunt per eſſe ſubiecti inq̃tum per ſubiectum ſuſtentantur.ſed ipſe deus eſt ꝓma cauſa omnium rerũ.ergo ipſe ſupplere poteſt defectum cauſarum ſecũdarum.⁊ facere quicquid ſecũde cauſe faciunt .quia ille non agunt niſi ꝑ virtutem quã ab ipſo hñt.ergo ꝓma cauſa facere põt accidẽtibꝰ illud qđ facit ſubiectum. Et ſic poteſt illud ſuſtentare ſine ſubiecto. In quolibet tamen accñte eſt duo ꝯſiderare. Primo cõſideranda eſt natura accidentis puta natura albedinis. Et iã opꝫ ibi ꝯſiderare indiuiduationem ipſius.ſi ergo ꝯſideretur natura accñtis dr ꝙ deus facere poteſt talem naturam per ſe ſubſiſtere .ſine hoc ꝙ ſit in ſubiecto.⁊ ſic accidens eſt indiuiduũ ſpẽale omnẽ modũ eſſendi ipſius accñtis ꝯtinens. Si vero ꝯſideremꝰ indiuiduatõem accñtis tũc opoꝛꝫ ſi ſit aliud accñs a q̃titate.ꝙ ibi ſit q̃titas que ſit ſubiectum eius.quia cetera accidentia a q̃titate mediante q̃titate indiuiduant

Ad rõnes dubij dr. ꝙ ſubſtantia creata nõ põt eſſe ſine aliquo accidente.⁊ hoc eſt quia ipſa de ſe non habet eẽ ſed eẽ habet ꝑ dependẽtiam ad ꝓmam cauſam.ex qua habitudine.ſibi ineſt relatio creature ad creatorem. Nec poteſt eſſe ſine tali relatione.quia hoc eſſꝫ dicere ipſam eẽ dependentem a primo.nec eſſe factum.quod eſt impoſſibile. ſed ſic non eſt de accidente.qr accñs non habet neceſſario dependentiam ad ſubiectum niſi ꝓpter impfectionẽ eius ideo poteſt a ſubiecto abſtrahi ⁊ eſſe ſine ſubiecto. Rationes facte ante oppoſitum ſoluũtur ex dictis.

Queritur vtruz eſſentia vniuerſalitatem habeat ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu. ¶ Arguit ꝓmo ꝙ non.quia ab eodem habet natura vniuerſalitatem ⁊ ꝙ poſſit eẽ in multis.ſed non habet eſſe in multis ab intellectu.ergo eẽntia non habet vniuerſalitatem ab intellectu. ¶ Secundo ſic.natura vniuerſalis apta nata eſt eſſe in multis.⁊ h̄ habet per potentiam in ea exiſtentem.ſed cuius eſt potentia eius eſt actus.⁊ talis potentia nõ ineſt materie ab intellectu.ſed ſibi ꝯuenit in ſe.ergo ſimiliter ⁊ vniuerſalitas Tercio ſic.omne receptum in alio recipitur in eo ſm moduz recipientis.ſed intellectus eſt ſingularis.ergo dum vniuerſale recipitur in eo fit ſingulare ⁊ particulare.ergo eſſentia non capit vniuerſalitatem ab intellectu ⁊ in intellectu.

In oppoſitũ eſt doctor in textu.

Sciẽdũ ꝓmo.ꝙ intellectus cõſiderans naturam eſſe in multis ſm vnam rõnez attribuit ſibi aliquã intentionem vniuerſalitatis.nec poteſt eam cõſiderare niſi ſm ꝙ a ꝯditionibꝰ indiuiduantibꝰ eſt abſtracta ꝑ lumẽ intellectus agentis ⁊ in intellectu recipitur. Unde ſi intellectus videat ꝙ talis natura ſit ita ꝯmunis ⁊ confuſa ꝙ poſſit diſtingui ꝑ differentias formaliter oppoſitas.⁊ contrahi ad diuerſas ſpẽs equaliter ſibi attribuit intentiõem generis.⁊ ſi talis natura non ſit amplius formabilis per differentias formales.ita ꝙ ſit ducta ad eſſe formale ⁊ ſpecificum.ſed ſolum per differẽtias materiales deſcẽdit ad indiuidua.tunc intellectus ſibi attribuit intentõnem ſpẽi Et ſilr dẽm eſt de alijs intentõibꝰ ſuo modo.

¶Sciendum ſecũdo. Q essentiam habere vniuerſalitatem ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ habeat ꝯmunicabilitatem ⁊ aptitudinem ad eſſe in multis.que eſt fundamentum intentionis vniuerſalis que dr vniuerſalitas. Alio modo ꝙ habeat vl̃itatem ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu ſm actum vl̃itatis et actu recipitur.⁊ intentõem vl̃is que dt reſpectum nature cõmunis ad multa inferiora quibꝰ cõuenit ꝓmo

Concluſio prima: ſi capiatur vniuerſalitas ꝓ cõmunicabilitate nature cõmunis eſſentia habet ꝙ ſit vniuerſalis a lumine intellectus ꝓme intelligentie Probatur cõcluſio.qr natura habet cõicabilitatez ꝑ hoc ꝙ eſt quidã actus potens ſe diffundere ꝑ multa inferiora.ſed hoc ſibi cõuenit vt eſt quidam radius lucis ꝓme intelligentie q̃ quidẽ intelligentia eſt fons omniũ formarũ ⁊ ꝑfectionuz. et omnis actus dependet ⁊ effluit ab illo fonte ⁊ inq̃tum eſt in effluxu eſt adhuc receptibilis in multis. qr nõ eſt terminatus ad aliquod ſingulare vel indiuiduũ.ergo ſic capiendo vl̃itatem eſſentia non habet vniuerſalitatez ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu

Concluſio ſecũda. Si capiatur vl̃itas pro actu vel intentõe vniuerſalitatis ſic eſſentia habet vl̃itatẽ ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu. Probatur cõcluſio. qr ad actum vl̃itatis requiritur ꝙ natura ſit accepta per modum vnius.⁊ cõmunicabilis reſpectu multoꝝ.ſed hoc ſibi cõuenit ꝑ hoc ꝙ eſt in intellectu. Quod patz.quia hoc ſibi cõuenit vt eſt abſtracta ⁊ denudata a cõditõibꝰ indiuiduantibus,et ꝑ hoc eſt accepta vt actus incõmunicabilis .nam

fit incõmunicabilis per hoc ꝙ tangit materiam ſignataz. ergo ꝯcluſio vera

¶Dubitatur primo. Utrum iſta vniuerſalitas ⁊ alie intentiones logice ſint in ꝓdicamento. Ad dubium reſpondetur breuiter ꝙ nõ . Cuius rõ eſt.qr tales intentões nõ dicũt formaliter aliquam naturam vel eſſentiã que cadat ſub diuiſione entis realis.qđ diuidiť in decẽ ꝓdicamenta.ſed ſunt entia rõnis in aĩa exiſtẽtia

Dubitatur ſecũdo. Utrum in ſubſtantijs ſeparatis natura differat a ſuppoſito. ¶ Et videť ꝙ ſic.qr in materialibꝰ ſubſtantijs differt a ſuppoſito.nam ſuppoſitum vltra naturam addit materiã indiuidualem.ergo ſimiliter in ſeparatis natura differt a ſuppoſito. Itẽ in ſubſtantijs ſeparatis natura dr ꝯſtituere ſuppoſituz. ſed nihil ꝯſtituit ſeipſum.ergo ⁊c. ¶ Pro dubio ꝯſiderandum eſt ꝙ aliqui dixerũt in ſubſtãtijs materialibꝰ naturã differre a ſuppoſito.eo ꝙ natura eſt forma tm̃.⁊ ſuppoſituz non eſt forma tm̃.ſed cũ hoc dicit materiam. Et dicũt iſti ꝙ eadẽ eſt forma partis ⁊ forma totius re.licet differant ratõne Diciť eñ forma partis.ꝓut facit materiam eſſe in actu.ſꝫ diciť forma totius inq̃tum cõſtituit ſpẽm rei.⁊ ſic ſm eos ſuppoſitum differt a natura.qr ſuꝑ naturã addit materiam. Sed hec poſitio ſupius improbata eſt. vbi oſtenſum eſt ꝙ materia pertinet ad quidditatez rei materialis .⁊ ꝙ forma partis ⁊ forma totiꝰ realiter diſtinguũtur. Ideo aliter dicendũ eſt.ſcz ꝙ in rebꝰ compoſitis ex materia ⁊ forma natura ⁊ ſuppoſitum differũt. qr natura in ſe tm̃ comprehendit illa que cadunt in definitione ſpẽi. ſicut humanitas ſolum includit ea que cadũt in definitõne hominis ſed materia indiuidualis nõ cadit in definitione ſpẽi.vt in definitione hominis nõ cadũt he carnes ⁊ hec oſſa.⁊ tñ in iſto homine includuntur. Unde hic homo aliquid habet in ſe quod nõ habet humanitas.quia includit materiam ſignatam quam non includit humanitas .⁊ humanitas ſignificatur vt pars formalis eius. Sed in ſubſtãtijs immaterialibꝰ natura ⁊ ſuppoſitum non differunt realiter patz.qr in ſubſtantijs immaterialibꝰ nõ fit indiuiduatio per hanc materiam indiuidualem ⁊ ſignatam.ſed ipſe forme per ſe indiuiduãtur ⁊ opoꝛꝫ ꝙ ipſe forme ſint ſuppoſita ſubſiſtentia.quare in eis non differunt natura ⁊ ſuppoſitum. Item ad hoc ꝙ natura ⁊ ſuppoſitum differãt oportet ꝙ ſuppoſitum includat aliqua principia que in natura nõ includũtur. Sed in ſubſtantijs imaterialibꝰ ſuppoſitũ nihil includit vltra ipſam naturam. Igitur in eis natura et ſuppoſitum.non differũt. Et inde eſt ꝙ ipſa natura q̊cunqꝫ modo ſignificetur ſemper predicatur de ſuppoſito. ¶ Ad primam rationem dubij dicitur ꝙ vt viſum eſt non eſt ſimile de compoſitis ⁊ de immaterialibꝰ ſubſtãtijs ¶ Ad ſecũdam dicitur ꝙ natura non ſic dicitur conſtituere ſuppoſitũ ꝙ ſit vna res.⁊ ſuppoſitum alia res. ſed dicitur conſtituere .quia habet modum ſignificandi quo ſignificatur per modum ſimplicis forme ⁊ ſuppoſitum ꝑ modum totius.

¶Ad rõnes ante oppoſitũ Ad ꝓmam dr ꝙ ſi capiatur vniuerſalitas pro cõmunicabilitate ab illo habet eſſentia vniuerſalitatem a quo habet aptitudinem ad eſſe in multis. Sed ſi capiatur pro intentione vniuerſalitatis non eſt vera ¶ Ad ſecũdam dicitur ꝙ eſſentia q̃tum ad naturam eſt in rebus ⁊ etiam q̃tum ad multitudinem.ſed q̃tum ad vniuerſalitatem quam habet in intellectu eſt in intellectu.⁊ hec vnitas que eſt in intellectu adequata eſt multitudini que eſt in rebꝰ ¶ Ad terciã dicitur.ꝙ ſimilitudo eſſentie vniuerſalis in intellectu dupliciter conſideratur. Uno modo vt eſt quedam res in intellectu exiſtens.⁊ ſic eſt ſimplex ⁊ ſingularis.ſcz in eſſendo. Alio modo conſideratur per habitudinez ad illa quorũ eſt ſimilitudo.⁊ ſic eſt vl̃is.ſcz in reꝑſentando

Unc reſtat videre quomodo ſit eſſentia in accidentibus. qualiter eñ ſit in omnibus ſubſtantijs dictũ eſt. ⁊ quia vt dictum eſt eſſentia eſt illud quod per definitionem ſignificatur. oportet vt eo modo habeant eſſentiam quo habent definitionem . Definitionem autem habent incompletam. qr non poſſunt definiri niſi ponatur ſubiectum in eoꝝ definitione.⁊ hoc ideo eſt quia nõ habẽt eſſe ꝑ ſe abſolutum a ſubiecto. Sed ſicut ex forma ⁊ materia relinquitur eſſe ſubſtantiale quãdo cõponũtur , ita ex accidente ⁊ ſubiecto relinquitur eſſe accidentale quãdo accidẽs ſuſtantie aduenit.⁊ ideo nec etiam forma ſubſtantialis cõpletam eſſentiaz habet ſine materia.quia in definitione forme ſubſtantialis oportet ꝙ ponať id cuius eſt forma .⁊ ideo definitio eius eſt per additionem alicuius quod eſt extra genus eiꝰ ſicut ⁊ definitio forme accidentalis. Unde in definitione ponitur corpus a naturali philoſopho qui cõſiderat animam ſolum inq̃tum eſt forma phyſici corporis. Sed tamen inter formas ſubſtãtiales ⁊ accidẽtales hoc itereſt. qr ſicut forma ſubſtãtialis nõ habet per ſe eſſe abſolutũ ſine eo cui aduenit.ita nec illud cui aduenit. ſcz materia. Et ideo ex cognitõe vtriuſqꝫ relinquitur illud eſſe in quo res per ſe ſubſiſtit: et ex eis efficitur vnuz ꝑ ſe:propter quod ex cõiũctione eoꝝ relinquitur eſſentia quedã. Unde forma q̃uis in ſe cõſiderata nõ habꝫ completam rõnem eſſentie.tamẽ eſt pars eſſentie complete: Sed illud cui aduenit accñs in ſe eſt cõpletum ſubſiſtens in ſuo eſſe. hoc quidem eſſe naturaliter ꝓcedit accidẽs quod ſuꝑuenit . Et ideo accidens ſuꝑueniens ex ꝯiũctione ſui cuz eo cui aduenit nõ cauſat illud eẽ in quo res ſubſiſtit ⁊ ꝑ quod res eſt ens ꝑ ſe. ſed cauſat quoddam eſſe ſecũdum ſine quo res ſubſiſtens intelligi poteſt eſſe,ſicut ꝓmum poteſt intelligi eſſe ſine ſecũdo. Uñ ex accidente ⁊ ſubiecto nõ efficitur vnum ꝑ ſe.ſꝫ vnum ꝑ accidẽs. Et ideo ex eoꝝ ꝯiũctione nõ reſultat eẽntia quidẽ ſimpliciter.ſicut ex ꝯiũctione forme cũ materia ꝓpter

qꝺ accidēs neq; rationē ꝯplete eſſentie hꝫ.nec
pars ꝯplete eēntie eſt.ſꝫ ſicut eſt ens ſm q̇d.ita
eēntiā ſm q̇d habꝫ: Sꝫ illud qꝺ ꝺ⁊ ṗmū mapi
me ⁊ veriſſime in quolibꝫ genere eſt cā eorum q̄
ſunt poſt in illo genere.ſicut ignis qui eſt in fi/
ne caliditatis eſt cauſa caloris in aliȷ̄s rebꝰ cali
dis.vt in ſecūdo metaphyſice ꝺ⁊.Et ideo ſub/
ſtantia q̄ eſt ṗmum in genere entis veriſſime ⁊
mapime eēntiam habēs.opoꝛꝫ ꝙ ſit cā accidē
tium q̄ ſecūdaria ⁊ quaſi ſm q̇d rōnē entis par
ticipant.Quod tm̄ diuerſimode ꝯtingit.q⁊ em̄
partes ſubſtantie ſunt forma ⁊ materia: ideo q̄
dam ꝯſequūtur ṗncipaliter formā.⁊ q̄dam ma
teriā.Forma aūt aliqua inuenit̄ cuius eſſe non
depēdet ad materiā vt anima intellectiua. ma
teria vero non habꝫ eſſe niſi ꝑ formā. Vn̄ in ac
cidētibꝰ que ꝯſequūtur formam eſt aliquod qꝺ
non habꝫ cōmunicationē cum materia.ſicut ē
intelligere quod non fit ꝑ organum corporale.
ſicut probat ph̄us tercio de anima. Aliqua ve
ro ſunt ex conſequētibꝰ formam que habēt cō/
municationē cū materia.ſicut ſentire Sed nul
lum accn̄s conſequitur materiā ſine ꝯmunica/
tione forme.In his tamē accidētibus que ma
teriam conſequūtur inuenitur quedam diuerſi
tas.Quedam em̄ accidētia conſequūtur mate
riam ſm ordinem quem habet ad formam ſpe/
cialem.ſicut maſculinū ⁊ femininū in animali/
bus.quorū diuerſitas ad materiam reducit̄.vt
ꝺ⁊ decimo metaphiſice. Unde remota forma
animalis.dicta accn̄tia non remanent niſi eq̇/
uoce.Quedam vero cōſequūtur materiaꝫ ſm
ordinem quē habꝫ ad formā generalem. ⁊ ideo
remota forma ſpēali adhuc in ea remanent.ſi/
cut nigredo cutis in ethiope ex cōmixtione ele
mentorum.nō ex rōne anime.⁊ ideo poſt mor
tem remanet in eo.Et quia vnaqueq; res indi
uiduatur ꝑ materiaꝫ ⁊ collocatur in genere vel
in ſpecie ꝑ ſuam formam.ideo accn̄tia que con
ſequūtur materiam ſunt accn̄tia indiuidui.ſm
que indiuidua eiuſdem ſpēi ab inuiceꝫ differūt
Accn̄tia vero que conſequūtur formam ſunt ꝓ
prie paſſiones vel generis vel ſpēi.Unde inue
niūtur in omnibꝰ participantibꝰ naturaꝫ gene
ris vel ſpēi.ſicut riſibile ꝯſeq̄tur formam in ho
mine.quia riſus contingit ex aliqua appꝛehen
ſione conuenientis rei vel delectabilis anime
hominis Sciendum eſt etiam ꝙ accidentia
aliquando ex ṗncipiȷ̄s eſſentialibꝰ cauſant̄ ſm
actum ꝑfectum.ſicut calor in igne qui ſemꝑ ac
tu eſt calidus.aliquando vero ſm aptitudineꝫ
tm̄.ſed complemētū accidit ex agente exteriori
ſicut dyaphaneitas in aere que completur per
corpus lucidum exterius.⁊ in talibꝰ aptitudo
eſt accidens inſeparabile:ſed ꝯplemētuꝫ quod
aduenit ex aliquo ṗncipio qꝺ eſt extra eſſentiaꝫ
rei.ita ꝙ nō intrat conſtitutiōem rei eſt ſepara
bile ſicut moueri ⁊ huiuſmodi accn̄tia Sci
endum tamen eſt ꝙ in accidētibꝰ alio modo ſu
mitur genus.differentia.⁊ ſpēs.q̄ꝫ in ſubſtan/
tiȷ̄s.quia em̄ in ſubſtantiȷ̄s ex forma ſubſtanti/
ali ⁊ materia efficitur per ſe vnum. vna quadaꝫ
natura ex earum coniūctione reſultante que ꝓ
prie in predicamēto ſubſtantie collocant̄.ideo
in ſubſtantiȷ̄s nomina concreta que compoſitū
ſignificant proprie in genere eſſe dicūtur.ſicut
ſpecies vel genera.vt homo vel animal.nō au
tem forma vel materia eſt hoc modo in predica
mento niſi per reductionem ſicut ṗncipia in ge
nere eſſe dicūtur.ſed ex accidēte ⁊ ſubiecto nō
fit vnum per ſe.Vn̄ non reſultat ex eorum vni/
one vel coniūctione aliqua natura cui intentio
generis vel ſpeciei poſſit attribui Unde nomi
na accidentalia ⁊ concretiue dicta non ponū/
tur in predicamēto ſiue in genere ſicut ſpecies
vel genus.vt album ⁊ muſicum niſi per reduc
tionem.ſed ſolum ſm ꝙ in abſtracto ſignātur.
vt albedo ⁊ muſica Et quia accn̄tia nō compo
nūtur ex materia ⁊ forma:ideo nō poteſt in eis
ſumi genus a materia: ⁊ differentia a forma.ſi/
cut in ſubſtantiȷ̄s compoſitis.Sed opoꝛꝫ vt
genus ṗmū ſumat̄ ex ipſo mō eēndi ſm ꝙ ens
diuerſimode ſm prius ⁊ poſterius dicitur de
decem generibus p̄dicamentorum.ſicut dicit̄
q̄ꝫtitas ex eo ꝙ eſt menſura ſubſtantie. Et qua
litas ſm ꝙ eſt diſpoſitio ſubſtantie ſm philo/
ſophum nono metaphyſice.Differētie vero in
eis ſumūtur ex diuerſitate ṗncipiorum ex qui/
bus cauſantur. Et quia proprie paſſiones ex
propriȷ̄s ṗncipiȷ̄s ſubiecti cauſantur.ideo ſub
iectum ponitur in definitione eorū loco differē
tie.ſi ī abſtracto definiatur ſm ꝙ ſunt proprie
in genere.ſicut dicit̄ ꝙ ſimitas eſt curuitas na
ſi:ſed econuerſo eſſet ſi eorum definitio ſume/
retur ſm ꝙ ꝯcretiue dicūtur.ſic em̄ ſubiectum
in eorum definitione poneretur ſicut genus.q⁊
tunc definirentur per modum ſubſtantiarum
compoſitaruꝫ in quibꝰ ratio generis ſumitur a

materia.ſicut dicimus ꝙ ſymus eſt naſus cur/
uus. Similiter etiam.etſi vnum accidens ſit
alterius accidentis principium:ſicut principi
um relationis eſt actio et paſſio et quātitas.et
ideo ſm hoc definit philoſophus relationem
in quinto metaphiſice.Sed quia propria prin
cipia accidentium nō ſemper ſunt manifeſta.
ideo quandoq; ſumimus differentias accidē/
tium ex eorum effectibus. ſicut congregatiuuꝫ
et diſgregatiuum dicunt̄ differentie coloris q̄
cauſantur ex abundantia vel paucitate lucis.
ex qua diuerſe ſpecies coloris cauſantur
Sic ergo patet quomō eſſentia in ſubſtantiȷ̄s
et accidentibus īuenit̄ et qūo in ſubſtantiȷ̄s cō
poſitis et ſimplicibus. et qualiter in his om/
nibus intentiōes vniuerſales logice inueniun
tur.Excepto primo quod eſt in fine ſimplicita
tis.cui nō cōuenit ratio generis vel ſpeciei ⁊ ꝑ
cōſequēs nec differētie propter ſuam ſimplici/
tatem.In quo ſit finis et conſummatio huius
ſermonis.

Querit̄. Utrum accidens habeat eſſentiaꝫ
Arguitur primo ꝙ nō.q⁊ qꝺ nō habet definitionē nō
habet eſſentiam Cū eſſentia ſit illud quod ꝑ definitio/
nem ſignificatur.Sed accidentis non eſt definitio ſed ſo
lius ſubſtantie vt dicitur ſeptimo metaphiſice.et etiam
ſecūdo poſteriorū.igit̄ accidens non habet eſſentiam
Secūdo ſic.eſſentia eſt in qua res habet eſſe.ſed acci
dens in ſe non habet eſſe.ſed ſolum habet eſſe per hoc ꝙ
eſt in alio.igitur accidens nō habet eēntiaꝫ Tertio ſic
accidens nō habet entitatem.igitur nō habet eſſentiam.
Antecedēs patet. quia vt dicitur ſeptimo metaphiſice
accn̄s nō eſt ens.ſꝫ eſt entis In oppoſituꝫ ē doctor in tex.

Sciendiuꝫ primo.ꝙ poſtq̄ꝫ doctor ſanctus
determinauit de eſſentia ſubſtantiarū ⁊ qualiter in ipis
fundantur intentiones logice Cōſequenter determinat
de eſſentia accidentium.et etiam oſtendit qualiter in ac/
cidentibꝰ accipiuntur intentiones generis ſpēi aut dr̄ie.

Sciendiuꝫ ſcꝺo.ꝙ accidens multis modis
a ſubſtantia cauſatur. Quia quedam inſequūtur ipſam
ratione forme.et iſta ſunt duplicia.q⁊ quedam inſequū/
tur formaꝫ ſm ꝙ ſupergreditur naturam corpoream vt
intellectus ⁊ voluntas in anima rationali.Alia vero cō
ſequūtur formam ſm ꝙ cōmunicat cum corpore ſicut
ſentire ſequitur animā ſm ꝙ eſt cōiuncta corpori. Alia
vero inſequūtur ſubſtantiam rōne materie.⁊ hoc dupli/
citer.q⁊ quedā inſequunt̄ ipſam per ordinem ad formaꝫ
generalem.ſicut quantitas et alia accidentia communia.
ideo remota forma ſpecifica talia remanent ad minꝰ ea/
dem in ſpecie licet non in numero Alia vero conſequun
tur materiam in ordine ad formam ſpecificam.Ideo ta
lia non remanent remota forma ſpeciali vt habere digi/
tos vel manus non remanent niſi equiuoce remota for/
ma ſpeciali. Et quia res per materiam indiuiduatur.
ideo accidentia ſequentia materiam dicuntur acciden/
tia indiuidui. Alia vero ſunt accidentia que inſequun/
tur totam ſpeciem vt ſunt proprie paſſiones ſicut riſibi/
le ⁊ hinnibile.ſm tm̄ ꝙ habetur in textu accidentia quā
doq; cauſantur ex principiȷ̄s eſſentialibꝰ ſubſtantie ſm
actum ꝑfectum ſicut calor in igne. quia ignis ſemper eſt
in actu calidus. quandoq; ſm aptitudinem tm̄. ſed cō/
plementum ꝓuenit ab aliquo agente exteriori ſicut dya
phaneitas in aere.ipſa em̄ in aere ꝯpletur per corpus lu
minoſum.⁊ ſm talem aptitudinem tale accidens eſt inſe
ꝑabile a ſubiecto.Sed actus eo ꝙ ab exteriori cauſatur
et dependet eſt accidens ſeparabile et ſimile eſt in homi/
ne de riſibile ⁊ ridere.

Concluſio prima Accidens nō habet eſſen
tiam cōpletam.ſed incōpletam.ꝓbat̄ ꝯcluſio. q⁊ eo mo/
do quo aliqua habent definitōnem quidditatiuā eo mō
habent eſſentiam. quia eſſentia eſt id quod ꝑ definitionē
ſignificatur.Sed accidentia non habent per ſeipſa defi/
nitionem completam ſed eorum definitio aliquo mo/
do completur ꝑ ſuū ſubiectum qꝺ ponitur in ſua defini/
tione.igit̄. Item accidēs non habet per ſe eē cōpletū.ſed
vnūqꝺq; eo modo ſe habet ad eſſentiaꝫ ſicut ad eſſe.igit̄
accidens nō hꝫ eēntiā cōpletā. Ex iſtis ſeq̄tur ꝙ forma
que eſt materie vnibilis ⁊ etiā materia nō hn̄t eſſentias
ꝯpletas.pꝫ q⁊ nullum ipſoꝝ eſt per ſe abſolutum.ſꝫ qꝺ
libet eſt reſpectiuum ad aliud. ideo in ſuis definitionibꝰ
ponitur aliquid quod non eſt de eēntia ipſorum.igitur
correlarium eſt verum Licet tamē materia ⁊ forma nō
habeant ꝑ ſe eſſentias ꝯpletas ſunt tm̄ ꝑtes eſſentie cō/
plete. Nam ꝑ hoc ꝙ materia et forma ꝯiungunt̄.⁊ vtrū
q; habet inclinatōem ad reliquum ex ſua ꝯiūctione relin
quitur vnū per ſe quod habet eſſentiam cōpletam. Sed
ex ꝯiunctōne ſubiecti et accidentis nō reſultat vnū ꝑ ſe.
ſed ſolum per accidens. quia q̄ꝫuis accidens inclinatio/
nem habeat ad ſuum ſubiectum.nō tamē ecōtra. ideo ſo
lum ex ipſis fit vnum ſm quid ⁊ ꝑ accidens. Nam acci
dens nō vnitur ſubiecto vt actus proprie potentie.ideo
accidens non eſt pars eſſentie ꝯplete ſicut ſunt materia
et forma. Unde forma in ſua definitione aliquid extrin/
ſecū recipit.patet per ph̄m ſecūdo de aīma quia definit
animā per corpus eo ꝙ ad ipſuꝫ habet inclinationē Dicit
em̄ ꝙ anima eſt actus corporis. et ſimiliter materia non
habet eſſe niſi per formā. ideo per formam definitur.⁊ ſic
patet ꝙ nō ſimiliter vnitur accidens ſuo ſubiecto. ſicut
forma materie.

Concluſio ſcꝺa. Subſtantia eſt cauſa et
principium accidentis.ꝓbatur quia in quolibet genere il
lud quod eſt ꝑ ſe tale eſt ꝑfectū et primū in illo genere.
et eſt cauſa eorum que ſunt poſt. ⁊ que ſunt talia ꝑ ꝑtici/
pationem. Sicut ignis eſt per ſe calidus et primo. et ca
lor non conuenit aliȷ̄s.niſi per ipſum. Sed in genere en/
tis.quod diuiditur in decem predicamenta.ſubſtantia ē
primū ⁊ ꝑfectiſſimū.eo ꝙ habet per ſe eſſe ⁊ accidens ꝓ
pter ſui imꝑfectōnem non habet eſſe niſi in ſubſtātia. igi
tur cōcluſio vera. Ex iſto ſequitur ꝙ ſubſtātia poteſt in
telligi complete ſine accidente ⁊ non econtra.patet.quia
primum ſm ſe poteſt intelligi ſine ſecundo. quia non ha
bet dependentiam ad ſecundum. ſed ſecundum depen/
det a primo et imperfectum a perfecto.igitur correlari/
um eſt verum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Verſoꝛ

Dubitaꝛ primo Utrū in accidentibꝫ ſint genera et ſpecies et differētie. Et videtur ꝙ non. ꝗa genus ſumitur a materia. et dr̃ia a forma. ſed accidētia nō ꝯponunꝛ ex materia et forma. igitur in ipſis nō ſunt genus ⁊ differentia Ad dubium reſpondetur ꝙ in accidentibus reperiuntur genus et ſpecies. ⁊ dr̃ntia. Aliter tamē ꝗ̃ȝ in ſubſtantijs. quia primū quod eſt in ipſis accidētibꝫ ſumitur ex primo modo eſſentiali. ſm̃ ꝙ ens diuiditꝛ in decem prima genera. ſicut primus modus eſſendi ꝗ̃titatis eſt in eſſe ꝑ modū menſure. et ꝓ̇mus modus qualitatis eſt in eſſe ꝑ modū diſpoſitionis. et ſic de alijs predicamētis. Sed differentie accidētium ſumunꝛ ex ꝑte diuerſitatis principiorum ex quibꝫ cauſantur in ſubiectis. vel in habitudine forme ad materiam. vel econtra et ſic de alijs. Quia tamen ꝓprie paſſiones ex principijs ſui ſubiecti cauſanꝛ. ideo ſubiectū ponitꝛ in definitōe eaꝝ loco dr̃ie ſi illa accidētia definianꝛ in abſtracto. vt cū dr̃ ſymitas eſt naſi curuitas ſed quādo in ꝯcreto definiunꝛ ſubiectum in ſua definitōne ponitꝛ ꝑ modū generis. vt ſymus eſt naſus curuus. Et ſimile ē vbi vnū accidēs cauſatur ab alio accidente. qꝛ accidens qđ eſt cauſa ſe habet ꝑ moduȝ ſubiecti reſpectu alterius. vt relatio cauſaꝛ ab actione. vel paſſione ſiue a qualitate. Ad rationē dubij dicitꝛ ꝙ genus nō ſumitꝛ a vera materia. ſed ab illo qđ habet modum materie. et illud bene reperitꝛ in accidentibꝫ.

Dubitaꝛ ſecūdo. Quare ſubiectū ponitur ꝑ modū dr̃ntie in definitione accidentis. abſtracti. Ad dubiū reſpondetur ꝙ cauſa eſt qꝛ accidens in abſtracto deſignatū dicit q̄ndam dependētiam que incipit a natura ſignificata et terminaꝛ in ſubiecto. Sed qꝛ illa habitudo incipit a natura accidētis. ideo in ꝓ̇mo loco definitionis ponitꝛ genus de predicamēto accidētis. Sed qꝛ ſubiectū terminat illā dependentiam. ideo in tali definitōne ponitꝛ ſubiectum ꝑ modum dr̃ie. Circa tamē predicta ꝯſiderandū eſt ꝙ aliquotiens propria principia accidentium ſunt nobis ignota. ⁊ noībꝫ ꝓprijs innoīata ſicut ⁊ in ſubſtantijs. dr̃ie ꝓprie ſepe ſunt nobis ignote. Ideo qñ ꝗ̃ȝ ſumimus dr̃ias accidentiū ſuoꝝ ab effectibus ſicut ꝯgregatiuū ⁊ diſgregatiuū viſus ſunt dr̃ntie coloris Et ſic patet qualiter eēntia repitꝛ tam in accidētibꝫ ꝗ̃ȝ in ſubſtantia. Et qualiter ſe habent ad intētiones logicas Rationes facte ante oppoſitū faciliter ſoluunꝛ ex dictis. ꝗa ſolum ꝓbant ꝙ in accidētibus non eſt eſſentia completa tamen non ꝓbant quin ibi ſit eſſentia incōpleta. Accidētia eñ habent eſſentiam incōpletam. ſubſtantie vero materiales eſſentiam habent ꝑfectam. intelligētie vero ꝑfectiorem. Sed prima cauſa qui deus eſt. eſſentiam habet ꝑfectiſſimā. in quo ſit finis ⁊ ꝯſummatio huiꝰ ſermonis

¶ Queſtiones magiſtri Joannis verſoris ſuper tractatu de ente ⁊ eſſentia ſancti Thome de aquino doctoris angelici ordinis fratrū predicatorum expliciunt feliciter.